ex dictis illorū testium plene non prohibetur qꝺ dictꝰ donatꝰ se obli-
gauerit cōmuni.nā dicti hoīes qui fuerūt ex prioribꝰ illo tpe multipli
citer p̄nt repelli a testimonio.Primo quoniā vbicūqꝫ singuli de vni-
uersitate deponūt in fauorem vniuersitatis in actu qui succedit post-
modum in fauorē cōmodi seu incōmodi singuloꝝ de vniuersitate nō
sunt tales idonei testes:qꝛ in effectu deponerēt super facto proprio ⁊
consequunt̃ cōmodum.hoc probatur ratione naturali.debemus em̄
attendere effectū rei vt apertissime tenēt doctores.⁊ maxime Jo.an.
in.c.cū nuntius.prealle.⁊ in.d.l.parētes.vbi dicit ꝙ si cōitas conten-
dit de pascuis ipsius cōmunis vbi sint pascua singuloꝝ illi de vniuer
sitate nō sunt idonei testes.Et maxime hoc ꝓcedit in vniuersitate se-
culari.Nam singuli nō sunt effecti ad istā vniuersitatē vnde non pro
bāt ita plene sicut alĳ:nec etiā tractat̃ solū cōmodū vniuersitatis. vt
no.Arch.in prin.sed in casu nostro nedū tractat̃ de cōmodo ⁊ fauo-
re vniuersitatis secularis:sed in ꝯñia de preiudicio singulorum:quia
deficiēte dicta probatione collecta venit imponēda singulis ad satis-
faciendū oneribus cōitatis.⁊ ꝓ hoc facit qꝺ not.Bar.in.l.deferre.ff.
de iure.fis.⁊ in.l.oībus.C.de testi.vbi dicit qꝺ procurator ad negotia
nō est idoneꝰ testis quādo perdita ipsa remaneret obligatus. ¶ Itē
⁊ secundo dicti qui fuerunt priores repellunt̃ a testimonio rōne suspi
tionis dāni eis imminētis:quoniam nō reperiēdo idoneos fideiusso-
res ipsi tenētur in subsidium.ff.de mag.conue.per totū.Nec obstat si
dicatur qꝺ ex superabūdanti non ex necessitate receperunt dictam fi-
deiussionem.Nam licet nō reperiatur expresse in statuto cōmunitatis
statutū:tm̄ ex quo cōsuetudo antiquissima est in dicta cōitate vt prio
res recipiāt fideiussores ab emptoribꝰ gabelle p̄dicte eo ip̄o qꝺ assum
pti fuerint isti ad officiū prioratus vidētur obligari ad satisfaciendū
quod per alios solitū est fieri.Pro hoc videtur tex.in.c.ecclesiasticū.⁊
in.c.his.xi.dist.bene facit tex.in.l.ꝙ si nolit.in.§.qꝛ assidua.ff.de edil.

edic:pro hoc q8 no. Bar.in.l.nemo est qui nesciat.ff.de duo.reis.z ibi dicit q in 9ctu tacite venit id q8 solitum est fieri:z ideo dicti quondã priores nõ sunt in hac re idonei testes cũ euitent dãnũ de facili deponerẽt sup dicta pmissiõe. ¶ Itẽ z tertio nõ sunt idonei testes:qñ vbi cũq3 officiales etiã deposito officio volunt deponere de actu gesto corã se vel p se ex cui9 gestiõe vel omissiõe laus vel vituperium posset eis ascribi nõ sunt idonei testes:z ẽ no.doc.in.c.cũ nobis.de test.p Inn.in c.iij.de arbi.Sed in casu nostro vituperiũ vel ignorantia posset eis ascribi sicuti nõ puidissent:nec fecerunt vt alij pdecessores.igit zc.tres iste 9siderationes etiã singule 9siderate videnť sufficere z multo fortius vbi oẽs cõuenerũt vt in casu nostro. nec obstat dictũ illoz duoz testiũ.Nã p'o vt dixi solũ deponũt vbis enũtiatiuis platis propter aliud nec faciũt psumptionẽ:q2 sunt singulares.nã 9ponũt sup diuersis 9fessionib9 z nõ sup eadẽ re vñ l3 verus testis faciat psumptionez qñ deponit sup ipo facto.de quo queriť:secus tamẽ est qñ deponit in iudicio.op3 eñ q8 duo testes ad minus pbent iudiciũ nec vnus testis releuat.ita notabiliter sentit gl.z apertius Bar.in.l.fi.ff.de questioni.Sed in casu nostro illa verba enuntiatiua solũ faciũt iudicium cuz fuissent plata pter aliud nec pbant per quos testes:z ideo non releuant:nec coadiuuãt.Et pro hoc.c.cũ dilecti.de elec.c.tam lr̃is.de test. maxime in absentia patris.l.certũ.§.si qs absente.ff.de confes.z q no. in.c.fi.eo.titu.Nec obstat dictũ cãcellarij q nõ est iurat9 nec deposuit in forma testimonij vt in sequenti mẽbro latius diceť. Item necessario nõ 9cludit obligationẽ subsecutã s3 solũ dicit q Andreas dicit se facturũ q donatus solueret cõi vñ nõ sequiť qui fecerit maxime cum ipsemet Andreas postea deposuerit dictũ donatũ nunq̃ se obligasse. Et p hoc pt3 qd dicendũ in scdo:z satis pt3 r: sponsio in cõtrariũ ad tertiũ.nã qd obligeť rõne secundi z non stãdo in verbis:dico primuz q8,cum sequestrũ nõ appareat p lr̃as cancellarij 9fectio postmodum ad reqstionẽ dñoz nullo mõ pbať seqstrum posse etiam si cancellarius nunc attestareť sequestrũ fuisse factũ in plenissima forma: z hoc pbatur apertissime primo:q2 viue voci notarij non est credendum.vt no.Hosti.in.c.post cessionem.de pb.quinimo scriptura sua nõ facit fidem etiã cõcepta super actu nisi habeat inscriptionẽ testiuz.vt in auf. de here.z fal.§.si vero absunt.z in auf.de tabel.z in auf.de fide instr. sed hoc casu etiã scriptura notarij nõ apparet:quia iste litere cancellarij mere testimoniales attestãtes factũ de pterito nec fuerũt scripte tẽpore q̃ diciť rogatus:nec est in pthocollo suo:ergo nullã fidẽ faciunt

2 vt in dictis iuribus legiť z notať. ¶ †Itẽ notarius deponẽs sup aliquo casu nõ facit maiorẽ fidem quã vnus testis:sed cõputať in numero testiũ.vt.l.domitius labeo.de test.z clarius in.c.cũ ioannes.de fide instru.z in casu nostro nõ habent vim vni9 testis:quia nõ deponũt in forma iuramẽti:nec citata parte nec pstito iuramento:z ideo nihil valet dictũ suũ:vt pbať aperte in.c.tua.de coha.cle.z mulie.z i.c. insup. in.c.tuis.de testib9. ¶ Itẽ psupposito q nunc veniret z iuraret i forma testimonij nõ faceret plenã fidẽ:q2 vnus testis non sufficit etiam si epali pfulgeat dignitate.vt dicit tex.in.c.licet ex quadã.de test. Et p h̃ infero ad id q8 dixi de quarto dubio.nũquid debeãt oẽs iste pbationes seu psumptiones simul 9iungi ad faciendum plenã fidẽ:iuxta regťam q̃ nõ prosunt singula multa iuuãt in.c.cũ causam.de testi. z i l.iij.ff.eo.z breuissime dico q 9iungi nõ debeãt:q2 vbicũq3 cõueniunt psumptiones diuerse speciei nõ cõiunguť ad faciendã plenã pbationem:q2 cũ nõ 9mittanť in vnã nõ sunt 9miscibiles:h̃ est theorica bar. in.l.admonẽdi.ff.de iureiu.z Io.calde.z alioz in.d.c.cũ causam. S3 ita est in casu nostro:nã sequestrũ est vnũ factũ de per se separatũ a promissione asserta:ergo nõ põt 9iungi nec coadiuuat dictum illorum testium:q qñ fuerunt priores:z dictũ duoz in nullo releuat.vt.S.dixi. Quare 9cludo pdictis autẽticis dictũ Donatum non esse contractui Castillionis aliqualiter obligatũ.igiť zc.Laus deo. Nico.Abb.

¶ Consilium.xviij.

1 Mulier habens sexaginta tãtum in bonis suis si donauit illa alicui vt eam aleret:nec ad hoc reqsiuit iudicem loci nec nepotem suum: queritur an preiudicet nepoti.

Stãte statuto tenoris infrascripti videl3 si qua mulier habẽs filios vel filias legitimas vnã vel plures cuiuscũq3 sexus fecerit testamẽtum vel codicillos vel donationes nõ possit relinqueere dare vel vendere vl' alienare ita q8 filij ei9 q remanserunt postea possint priuari bonis suis nisi causa necessitatis vl' victus:saluo q8 quartã partẽ bonoz suoz p suo arbitrio dispẽsare vel de ea possunt disponere nõ obstãte dispositiõe q̃ primo facta erat postea fuit facta aditio:vt ibi dicit filios habẽs. Dicit etiã nepotes descendentes ex ea z detracta fuerũt illa vba. videlicet fecerit testamentũ vel codicillos vel donationes vt fuit additũ in fine:relique tres partes pro rata diuidanť. ¶ Item alio statuto puisum fuit q nulla interpretatio fiat vel admitti debeat sup aliq̃ caplo statuto:z sed sicut verba iacent simpľr z vulgariter intelligãt absq3

1 vlla interpretatione.† Cõtingit in facto q mulier quedã habẽs forte sexagita in bonis non habens aliter vñ viuat,donauit illa bona quibusdam attinentib9 cũ hoc vt deberent eã regere.Nec ad hoc reqsiuit iudicem loci nec nepotẽ filiũ filie.qriť nunqd preiudicať ex hoc dicto nepoti q̃ ad tres partes.Breuitatis causa arbitror q sic:ita q8 dicti sui attinentes habebunt illa bõa,put iter eos 9uentũ extitit. Moueor primo q pdictũ statutũ excipit a puisione sua casum necessitatis nec casum exceptũ aliter determinauit.ergo pure relinquitur sub dispositione iuris cõis p hoc q8 de exceptione not.glo.sup rub. de regu.iur. lib.vj.facit optime.c.susceptũ.de reg.iur.lib.vj.z.l.commodissime.ff.d libe.z posthumis.Sed de iure cõi possunt parẽtes ascendẽtes de suis bonis libere disponere nõ reqsitis filijs vel nepotib9 nec iudicibus:dũmodo nõ faciãt in fraudẽ descendẽtiũ.vt not.in.l.hereditati.ff.de bo. auto.iud.pos.vbi per Bar.in.c.raynutius.de testa.itaq3 filij nil habebunt post mortẽ parentũ.vt ibi.ergo licuit isti mulieri seruãdo ius cõmune 9trahere put fecit nepote vel iudice nõ reqsito. ¶ Secundo et idẽ pbať sic.vbicũq3 statutũ emanat 9 iuris dispositionẽ est strictissime intelligendũ:z recedẽdũ est a terminis iuris cõis quãto min9 fieri põt.vt.l.j §.hec aũt vba.ff.de neg.gest.l.si viro.§.de vero.ff.sol. matr. in.c.in nostra.de iniur.not.Inno.in.c.cum causam.de rescrip.z Bar. in.l.omnes ppli.ff.de iusti.z iure.Sed in casu nostro statutũ hoc est cõtra ius cõe.vt mater nõ possit disponere nisi de quarta. ergo quaten9 excepit cãm necessitatis d3 reduci ad ius cõe:vt libere in casu necessitatis possit disponere de oibus bonis sicut põt de iure cõi etiã necessitate cessante.Satis eñ statutũ operať 9 ius cõe cũ piudicet extra casuz necessitatis. ¶ In casu ergo necessitatis cessare debet cõis interpretatio z additio:quare nõ potest fieri recursus ad iudicem vel ad nepotẽ sine lesione iuris cõis:q non est necessario fiendũ:q2 statutuz debet restringi vt reducať ad terminos iuris cõis in.c.cũ dilectus.de consuetu.z.l.ij.C.de noxa.Non ergo debet ampliari z late intelligi vt recedatur a libera facultate iuris cõis:sicut fieret in casu nr̃o si esset opus recurrere ad iudicẽ vel nepotẽ. Idem ex isto intellectu cõtrariũ sequereť quod mulier tenereť recipere alimẽta ab ea forte a qua non vellet:q8 nunq̃ fuit de mente statuti. Sed tñ voluit cõpescere illicitã z effrenatã dispositionẽ mulieris in piudicãdo suis descendentibus. ¶ Itez z quarto statutũ in principio dicit realiter mulierem non posse alienare postea excepit simpľr casum necessitatis sui victus.ergo tunc põt alienari sine requisitione nepotis vel iudicis.alias autẽ nõ diceret nõ posse simpľr.nã nõ simpľr diciť posse qui debet habere alterius 9sensum vel seruare aliquã solẽnitatem.l.tutor qui repertoriũ.ff.de admi.tuto. z.C.de predi.mi.sine decre.per totũ.id eñ dicimur posse q de iure possumus.c.facit homo.xxij.q.ij.z.l.filius.ff.de cõdi.inst. Et maxime ad iudicẽ nõ teneť ire.argu.optimũ.l.fi.C.de predi.mi.sine decre.non ali. lib.x.vbi pt3 q decretũ sit omissum in certa specie alienatiõis 9 iuris dispositionẽ nõ extendiť ad aliũ casum non puisum. Ita dicendũ est in casu nr̃o. ¶ Et si diceres q nõ diciť ista facere ex necessitate vict9 quare necessitas est qñ non habet aliter vnde subueniat in.c. quãto.d cõsuetu.Sed ista habebat remediũ petendo a nepote.dico q statutũ noluit q mulier iret mendicãdo alimenta sua etiã per manus alioz vel nepotis sed solũ vt relinqueret extra casuz necessitatis:bñ eñ sciuisset statutũ hoc etiã dicere si voluisset argu.de deci.ad audientiã.satis enim grauauit eũ extra casum necessitatis:vnde voluit tollere prouisionem a iure cõcessam in casu indigentie cũ non debeat addi afflictio afflicto:de cleri.egro.p totũ. nec ppie diciť sine necessitate si p mendicata suffragia habeat querere alimẽta:q2 non dicemur posse vbi honestas resistit.d.l.filius.z opprobriũ est mendicare.xciij.di.diaconus. videť insuper de hoc casus in auf.cõtra rogatus.C.ad trebe.vbi dicitur q rogatus vt restituat quicqd superest de hereditate teneť ad minus quartã conseruare fideicõmissario:nisi alienet pro necessitate sui victus z si simpľr cõcedit alienationẽ causa victus.Nec reqrit vt pus super hoc recurrat ad fideicõmissariũ cui9 fauorẽ erat prohibita alienatio:q2 nec decet q vadat ad inuicẽ.not.in simili p Bar.in.auf. res que.cõia de leg.ergo fortius nõ fuit necesse ire i casu nr̃o ad iudicẽ vl' requirere neptẽ vbi agiť de proprijs bonis ipsius mulieris z vbi aliter intelligereť fieret recessus iure cõi z sine culpa.ita grauiter piudicareť mulieri contra no.per Bart.in.l.oẽs populi.z maxime hoc dicendũ est in casu nostro vbi agitur de bonis modicis i quib9 cessat solẽnitas vrgente necessitate etiã a iure adducta.vt probať in.c.terrulas.iuncto fine exceptione.xij.q.ij. Et hoc pfecto credo tenendũ licet in 9rium reputemus fore aliquoz doctoz theoricã:sed nõ potest pcedere i casu nostro vbi lederet ius cõe.z ita amare piudicareť mulierib9. ¶ Quare cõcludo dictã conuentionẽ factã cũ dictis agnatis valuisse: ex quo in veritate fecit ex necessitate sui vict9.vt satis colligiť ex tenore ipsius conuentionis:licet aliter non adiuerit iudicem nec ipsum nepotem requisierit.Laus deo. Nico.Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Quedaz domina dominica vxor cuiusdã Ambrosij post conditũ testũ viro inscio coheredẽ extraneuz instituit.de hoc testamẽto postea non habita mentione fecit solẽniter quandã cõpositionem: cũ viro suo:vt ipsa pmoriẽte certa bona ipsius mulieris venirent ad virũ cum certo onere ad pias causas:z illa bona cõstituebant quasi maiorẽ partem bonoz ipsius mulieris:z sic cõtra

prius decederet maritus: deberēt ad ipsam ꝑuenire bona ptinētia ad maritū cū certis onerib⁹ etiā ad pias causas. demū aliter dicto testamēto nō reuocato decessit dicta mulier. Querit᷑ nunc an ꝯpositio ꝑiudicet testamēto: cū de eo nulla fuerit facta mentio vel econtra.

¶ Consilium .xviij.

1 ☞ Donatio facta inter virum ⁊ vxorem an valeat.
2 Testm̄ semel factū nō reuocat᷑ nisi per aliud solēniter perfectum.
3 Voluntas vltima est ambulatoria vsq̄ ad mortem.

Christi eiusq̄ matris nominibus inuocatis. Videt᷑ p̄mo q̄ dicta cōpositio nō valuerit. p̄io q̄ videt᷑ auferre voluntatē testādi seu testm̄ mutandi extēdi cōpositione q̄ñ oīa bona mulieris venirent: q̄ est ꝯ. l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de ver. ob. est enim ꝯ mores vt qs habeat h̄r̄dez ꝯ liberā voluntatē que debet esse ambulatoria vsq̄ ad extremū vite. l. iiij. ff. de adimē. le. ⁊ c. cū marthe. de cele. miss. Nec ob. q̄ iuramētum in hac cōpositione fuit appositū: q̄ vt no. dicit Bar. in d. l. stipulatio nō obligat. c. nō est obligatoriū. de reg. iur. lib. vj. ⁊ maxime hoc videt᷑ ꝑcedere ex parte viri cui ꝑmisit vxor ꝑ solennē stipulationē oīa bona sua.

1 ¶ † Scd̄o probat᷑ sic. donatio inter vir̄ ⁊ vxorē facta nō v3. vt de dona. inter vi. ⁊ vxo. l. j. ⁊. ij. ⁊ c. fi. eo. ti. Sed hec fuit quedā donatio cū ex mutuo amore coniugali hoc ꝑcessit. igit᷑ ⁊c. Et s̄m quosdā talis donatio nō ꝯfirmat᷑ iuramēto: q̄ vr̄ ꝯ bonos mores si mutuo amore se spoliant. vt not. in c. cū cōtingat. de iureiur. ⁊ in l. si qs pro eo. ff. de fideius.

2 ⁊ l. seius ⁊ augerius. ff. ad leg. fal. ¶ Tertio facit q̄ testamentū semel cōpositū nō reuocat᷑ nisi per aliud solēniter ꝑfectū. l. sancimus. ⁊ l. hac cōsultissima. C. de testa. Sed testm̄ non fuit reuocatū expresse nec tacite hoc dicēdo iuxta ea que habent᷑ ⁊ notant᷑ in dictis legibus. ergo d3 stare firmū ⁊ preiudicare cōpositioni p̄dicte. ¶ Sed his non obstantibus que non obstāt nec vrgent ꝯ ꝯpositionē arbitror dictā cōpositionem validā fore ⁊ ꝑiudicare testamēto quo ad contēta in ea. Et p̄mo adduco tex. in l. rem legatā. ff. de adimē. leg. vbi p3 q̄ legatū in testa-

3 mento testator ex mera liberalitate alij donauit. ¶ † Itē vltima volūtas est ambulatoria vsq̄ ad finē mortis. vt in iurib⁹ prealle. Nec potest quis sibi statuere legē in testamēto a qua non liceat recedere ēt si iurauerat. vt plene no. per Jo. an. in regula qd̄ semel. de reg. iur. lib. vj. in mercu. no. xiij. q. ij. vltima voluntas. videt᷑ tex. in l. si quis. in p̄nci. ff. de le. iij. vnde potest testator de bonis suis libere disponere in ꝯhendo tam in testamēto q̄ post testm̄. vt l. heredes palam. ff. de test. ⁊ d. c. cū marthe. licuit ergo dicte dñice de rebus suis etiā post testm̄ disponere. nulla etiam habita mentione de testamento: maxime ꝯhendo vt fecit vt satis probat᷑ in iuribus preallegatis. Solum ergo restat videre vt dicta cōpositio predicto modo valuerit. ⁊ maxime inter maritu3 ⁊ inter vxorem ⁊ sic indirecte r̄ñdetur ad ꝯrium: ⁊ dico q̄ sic. Nā si bene inspiciant᷑ verba cōpositionis non est in ea alicui coniugū sublata libertas testandi seu testm̄ mutandi nec per ea fuit derogatū heredis institutioni in testamēto facte. non enim ꝑmisit dicta dña dñica h̄r̄dē facere maritū. Nec econtra nec dedit oīa sua bona p̄sentia ⁊ futura: quo casu possunt militare. no. per Bart. in d. l. stipulatio. ⁊ per Cy. ⁊ alios in l. fi. C. de pac. Sed solū vxor disposuit de quibusdā rebus particularibus ⁊ maritus disposuit de rebus presentibus ⁊ non de futuris. quo casu valet stipulatio s̄m gl. ⁊ Bar. ⁊ oēs in d. l. fi. ⁊ l. stipulatio. cū possint testari de rebus acq̄rēdis in futur̄. testm̄ dicte dñice remanet validum in rebus ⁊ iuribus nō cōprehensis ī dicta cōpositione testamēto extāte: qd̄ tp̄e mortis nil vltra remāserit nil tñ habet obstare. satis eñ est q̄ remanere potuit ⁊ q̄ in p̄senti pōt heres adire hereditatē: cū hereditas consistat etiā sine bonis cū sit nomen iuris. l. heredis appellatio ff. de ver. sig. ⁊ hoc colligit᷑ ex verbis dicte compositionis de qua obseruāda non obligauerūt auferre liberā facultatē testādi: sed de certis bonis dūtaxat paciscēdo. ꝗnimo dico q̄ si heres adijt hereditatē ex illo testamento tenet᷑ ⁊ obligat᷑ marito ad obseruātiā dicte cōpositionis ad hoc. l. veteres. C. de ꝯhen. ⁊ cōmit. stip. ⁊ qd̄ no. in c. j. de test. Et plus dico q̄ si oīa bona p̄ntia ⁊ futura donassent: valeret donatio maxime interposito iuramēto: nō obstāte opi. Bar. quā moderniores nō fuerunt secuti cū testator possit fieri sine bonis particularibus: cū hereditas sit nomen iuris vt p̄dixi: ⁊ ipsemet Bar. hoc sensit in auf. ingressi. C. de sacrosan. eccle. Nec ob. d. l. stipulatio. q̄ ibi tollebat᷑ directe facultas heredē instituendi qd̄ nō ꝯtingit in casu nostro quicq̄d de hoc casu nostro: tñ nō ob. opi. Bart. sed ꝯcordat cū hac cōpositione non venerunt bona p̄sentia ⁊ futura: nec ꝑmiserūt se instituere heredes, sed potius senserūt ꝯriū vt p̄dixi. ⁊ per hoc tollit᷑ primū ⁊ vltimū motiuum. ¶ Non obst. illud de donatione ꝓhibita inter vir̄ ⁊ vxorē multiplici ratione. Prima q̄ fuit morte ꝯfirmata qd̄ fieri pōt. c. fi. de do. inter vi. ⁊ vxo. vt l. donatiōes. C. eo. ti. Item q̄ non fuit donatio inter viuos sed causa mortis que non prohibet᷑ inter maritum ⁊ vxorē. cum ex h̄ nō efficiatur alter pauperior. vt l. in donationib⁹. C. ad l. fal. ⁊ l. si causa mortis. ff. de dona. Itē in ꝯriū potest dici q̄ nō fuit donatio s3 quedam ꝯpositio vt mutuū pactum de lucrandis certis bonis matrimonio dissoluto per mortē alteri⁹ fieri potest inter cōiuges. vt d. c. fin. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ l. deo nobis. ff. de epis. ⁊ cle. Nō enim potest dici simpliciter donatio que fit animo aliud ꝯsequendi seu remunerandi. vt d. l. hoc iure in fi. ff. de dona. no. Bar. in proemio ff. oru3 qualis fuit ista. ¶ Conclusio ergo q̄ testamētū dicte dominice remanet validū: ⁊ cōpositio facta per eam cum marito est per omnia obseruāda maxie ratione iuramenti ⁊ dispositionis facte ad pias causas. argu. c. relatū. ⁊ l. j. de testa. Et hec sufficiant. Nico. Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Quedā mulier promisit trecētos noīe dotis filie sue: marito recipiēti ⁊ stipulāti pro se ⁊ noīe suo. hoc inter cetera in ipso cōtractu adiecto q̄ matrimonio dissoluto aliter quā per mortē filie sue dicta dos deberet sibi reddi postmodu3 natis filijs ex dicto matrimonio decessit marit⁹: ⁊ sic commissa stipulatione dos fuit restituta dicte mulieri. Deniq̄ dicta filia trāseūte ad scd̄a vota ꝑmisit dicta mulier eius mater scd̄o viro trecētos noīe dotis: hoc inter cetera adiecto q̄ si matrimoniū dissolueret᷑ per mortē ei⁹ filie supstitibus filijs de ipso matrimonio: tūc dos remaneret apud ipsu3 maritū remanēte noīe ipsor̄ filiorum: ita qd̄ dos cederet ipsis filijs dūtaxat ⁊ ad hoc obligauit se ⁊ suos heredes per solennē stipulationē. morit᷑ postremo dicta filia: ad cui⁹ successionē veniūt filij primi matrimonij dicentes se debere succedere in dicta dote cu3 filijs secundi matrimonij: maxime occasione statuti loci in quo inter cetera disponit᷑ q̄ si qua mulier trāsierit ad scd̄a vota ⁊ decesserit ab intesta. relictis filijs ex primo matrimonio ⁊ ex secundo: aut quocūq̄ alio ⁊ tunc eo casu filij p̄mi matrimonij ⁊ secūdi ⁊ cuiuslibet matrimonij succedāt ab intestato dicte eius matri equali portione tam in dotibus eor̄ matris vndecūq̄ habuerit ⁊ ꝑcesserit quā in alijs q̄buscunq̄ eius bonis non obstāte aliq̄ pacto apposito in instr̄o dotis ipsius matris ⁊c. secūdus maritus opponit de stipulatione predicta. Queritur quid iuris ⁊c.

¶ Consilium .xix.

1 ☞ Statutū inq̄tum fieri pōt d3 reduci ad terminos iuris cōis etiā ꝑ impropriationem verborum si id expedit.
2 Maritus qui tenetur dare partem eor̄ que habuit filijs primi matrimonij non compellit᷑ ante lapsum anni restituere dotem que consistit in rebus immobilibus.

Christi eiusq̄ matris noib⁹ inuocatis. Vidēdū est primo pro ipsius clara decisione q̄d dicendū de iure cōi. Scd̄o nūquid variet᷑ in hoc iuris cōis dispositio vigore dicti statuti. In primo omissis argumētis q̄ ad partes fieri solēt sic mihi videtur distinguēdū. qd̄ aut mater dotauit filiā de suis ꝓprijs bonis aut de bonis ipsius filie. ⁊ hoc deprehēdit᷑ de administratione bonor̄ ipsius filie. Nā si mater administrabat tp̄e promissionis bona filie: tūc vr̄ mater de suo dotē cōtulisse. hoc colligitur ex his q̄ legunt᷑ ⁊ notant᷑. in l. fi. C. de dot. promis. ⁊ l. vna. C. de rei vxo. act. §. accedit. ¶ Primo casu cū dotē ꝯtulerit ex propria substātia potuit etiā in ꝑiudiciū filior̄ futuror̄ dotem sibi reddi stipulari sicut q̄libet extraneus. vt in d. §. accedit. ⁊ l. quoties. ff. sol. mat. ⁊ sic licite potuit dando dotē scd̄o viro apponere pactū exclusiuum filior̄ p̄mi matrimonij: cū in re sua potuerit opponere quodlibet pactū. C. man. l. in re mandata. ⁊ c. de his. de sepul. hoc ergo casu exclusis filijs primi matrimonij dos ipsa erat filior̄ dūtaxat scd̄i matrimonij. ¶ Scd̄o casu cū mater dotauit de bonis filie non valuit pactū appositū in ꝑiudicium filior̄ primi mr̄imonij. sicut eñ directe nō posset ipsa mater excludere filios primi matrimonij a sua successione. l. cū alijs. C. de secū. nup. ⁊ in auf. vt cum de appel. cog. §. aliud quoq̄ cap. l. in. ita ⁊ forti⁹ nō potuit ista dotādo de bonis filie apponere pactum filior̄ primi matrimonij exclusiuū. ar. in l. nemo potest. de leg. j. ⁊ l. ius agnationis. ff. de pactis. ¶ Sed hoc casu arbitraret᷑ ipsam auiā teneri ad supplēdū scd̄o marito de sua substantia cum obligauerit se ⁊ suos heredes ⁊ ad implemētum oīm que venerunt in ꝯctu. Q̄tum ergo sibi aufertur ex filijs primi matrimonij, tātū est sibi supplēdū per dictā auiā de substantia cū potuerit ad hoc se obligare. arg. in l. rem alienā. ff. de contrahen. emp. ⁊ l. elegāter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. ⁊ l. ex empto. de act. empt. ⁊ bene facit in fi. l. c. inter cetera. de preben. Hec ꝑcedunt inspecta dispositione iuris cōis. Sed nūc examinādum est quid dicendum est inspe-

1 ctis verbis censure municipalis. ¶ † Et videt᷑ primo nam dictum statutū debet q̄tum fieri potest reduci ad terminos iuris cōis etiam per impropriationē verbor̄ si expedit. vt in c. cum dilect⁹. de cōsue. ⁊ l. iij. C. de noxa. per doc. in c. causam que. de rescrip. intelligitur ergo dictū statutum qd̄ voluerit tollere pactū oppositum in dote ꝑfecta ab ip̄a filia vel ipsius patre. secus si ab extraneo vt est mater in hoc casu q̄ cu3 non teneat᷑ dotare filiā dicta mater debet prohiberi pacisci dote3 sibi reddi contra multa iura superius alleg. ⁊ similia. Nam causa iusta est restringi statutū cū quis sine culpa pateretur dānum. v tno. Bar. in l. oēs. ff. de iusti. ⁊ iure. verū cum verba statuti satis in hoc videāt᷑ clara ⁊ generalia. excludunt enim quodcunq̄ pactū in instrumēto dotis appositum vndecūq̄ mater habuerit dotē vel processerit ipsa dos: ergo icludit statutū dotē profectā a matre cū dicat vndecūq̄ processerit ⁊c. generalia enim verba generaliter sunt intelligēda. xix. dist. si romanorum. xxx. q. j.

rum.xxx.q.j.si dormierit z pro hoc qđ in simili no.Bar.in.l.iiij.§.ptor ait.ff.de dā.infec.vbi dicit φ si statuto caueť de reo citādo in faciē vel ad domū sufficit φ sit citatio psonalis vel ad domū.Nec debet ad terminos iuris cōis reduci vt intelligať qđ prius ad faciem si reperiri pōt inde ad domū:q2 sȝ hūc intellectū adderet statutū ad ius cōe. ¶ Cū ergo in casu nostro vba sint clara disponētia sup dotē maternā vndecūqȝ pcesserit gñaliter sunt intelligēda.facit.c.in his.de priui.z qđ fuerit mens statuentiū colligiť clare ex additione vbi in piudiciū stipulatur dotē sibi reddi disponiť vt certo casu dos remaneat ibi penes dotatā z suos heredes z maxime hoc pcedit cū filia dotata a matre excludať a successiōe mřis zc.prout ibi latius ɔtineť. Sic videntur statuētes hoc casu voluisse piudicare dotādi:vt nō obstāte quocūqȝ pacto apposito i instrumēto dotali debeāt venire ad successionē matris filij primi z secūdi matrimonij. ¶ Cōcludo ergo in casu nostro φ siue dicta dos pcesserit ex substātia matris dotātis siue ex bonis ipsi⁹ filij oēs filij tā primi φ̄ secūdi matrimonij veniūt ad successionē maternā equaliter z in viriles portiones vt in dicto statuto ɔtineť.z facit.d.l.cū alijs.Sed ipsa mater que noīe pprio se obligauit scđo marito tenebatur tm̄ de suo supplere quātū fuit sibi subtractū a filijs primi matrimonij vt in iurib⁹ prealle. ¶ †Quādo autē marit⁹ tenebať dare partem eoꝝ que habuit filijs primi matrimonij:dico qđ realiter maritus nō compelliť ante lapsum anni restituere dotē que ɔsistit in rebus immobilib⁹ sicut in castro nostro.vt.l.vna.§.exactione.C.de rei vxo.act. Quia aūt respectu partis sue nō reperiť in hoc priuilegiata.vñ teneť tradere intra tp̄s boni viri arbitrio ɔputādum.iuxta no.i.l.ij.z.l.iiij.ff.de re.iur.z.l.ij.C.de vsu.rei iu.cū si.Et hec sufficiāt.Nico. Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Super questiōe vertēte inter cō

mune seu homines planistāgarij ex vna parte z notariū artis lane ex alia parte super eo vcȝ an statutū cōis senaꝝ prohibēs pannū deferri in territorio seneñ.zc.put plene z late ɔtinetur in dicto statuto qđ incipit.Veduto che grāde quantita zc.habeat locū in dicta ɔsti.planistāgarij.z maxime respectu forensium cleri non soluta gabella.de quo in dicto statuto cōtinetur:introduxerūt certam quātitatē pannoruȝ ad dictum castrum zc.

¶ Consilium.xx.

1. Territorium vnde dicatur.
2. Districtus vnde dicatur.

In christi noīe amē.

Christi postulato suffragio videť pmo φ sic:siue inspiciamus dispositionē iuris cōis siue continentiā capitulorū iandudū initoꝝ inter magnificū cōe senarum ex vna parte z cōe z hoīes dicti castri ex alia.de iure eñ cōi licuit dicte cōitati senaꝝ in toto territorio seu districtu gabellas reꝝ vehendarū inducere:z certaꝝ specierū delationem phibere:cū vtatur in toto suo territorio iurib⁹ principis z tāto tp̄e his iurib⁹ dicta ciuitas Senarū est vsa:qđ nō est memoria in ɔ̄rium.vt in.c.sup quibusdā. de ver.sig.in.l.infamē.in fi.ff.de pub.facit qđ no.Inn.in.c.cum te. de re iud. z i.c.cū P.tabellio.de fide instr.Et sic nō ob.l.vectigalia.ff.de publ.q̄ phibet gabellas induci per inferiorē ab imperatorē. Certū est qđ dictū castrū Planistāgarij est de territorio seu districtu Seneñ. †Nā dicitur territoriū a terrēdo† z district⁹ a distringēdo. ideo vbicūqȝ quis habeat potestatē terrēdi seu distringēdi:totū illud diciť de territorio seu districtu suo.vt in.l.pupillus.§.territoriū.ff.de ver.sig.p Bar.in.l.nō dubito.ff.de cap.z postli.z qđ legi.z no.in cle.ne romani.de elec.vñ lȝ posset disceptari vtrū dictū castrū sit de comitatu Seneñ. maxime per id qđ habeť in.xx.c.dictoꝝ pactoꝝ.tñ negari nō potest quin sit de territorio de iurisditione z districtu.vt clare colligitur ex p̄dictis iñcta submissione facta p hoīes castri vt ptȝ clarissime ex tenore submissionis.dictum igiť statutū cōcernēs totū territoriū z districtū Seneñ. extendit vinculū z vires suas ad dictū castrū.quapropter ex non solutione gabelle dicti panni inciderūt in cōmissum.vt in.c.cum sm leges.de here.lib.vj.z in.l.fi.ff.de pub.cū si.nec capitula seu pacta inita per ciuitatē Seneñ.z dictū castrū habēt in aliquo impedire vires dicti statuti seu pena cōmissionis insurgere ex eo.nā si pōderetur nō auferunt potestatē cōi Seneñ.statuendi z puniēdi in dicto castro.Tria enim vidētur capitula ad materiā faciētia:vcȝ scđȝ nonū z vigesimū.videnť eñ illa capitula solum eximere hoīes z cōe dicti castri a gabellis z alijs grauaminib⁹.Non eñ dant ptātem portandi de alijs locis species veritas maxime respectu forensiū qui nō reperiuntur priuilegiati;nec priuilegium vni ɔcessum ad aliū extendēdū est nec psonalis ad alias personas est extendēda.xxix.di.per totū.dicta vero pacta tanφ̄ inita habent vim legis vt in.l.cesar.ff.de pub.non possunt ergo hoīes castri aq̄ pendentis qui detulerūt pannos ad dictū castrū Planistāgarij ɔtra tenorē dicti statuti vigore dictoꝝ pactoꝝ se defendere. ¶ Sed his nō obstātibus que iudicio meo nō obstāt puto φ vigore dictoꝝ pactorū dictū statutū nō vēdicet sibi locū in dicto castro Planistāgarij.etiam nec in alienigenis deferentib⁹ pānos ad dictū castrum. Et primo per dictū capitulum scđm dictoꝝ pactoꝝ in quo inter cetera ɔtinetur qđ non solū hoīes sed cōe dicti castri debent esse exempti z liberi tā in gñe φ̄ in specie ab oībus taxijs,datijs,gabellis:z alijs qbuscunqȝ grauaminibus realibus z psonalib⁹ p tp̄e.xx.anno.tunc proxime futuroꝝ. ¶ Sed certum est φ si ex delatione pannoꝝ etiā per forenses delatorum gabella in.d.c.ij.ɔtenta solüereť p ingressu castri p̄dicti:non esset dictum castrū immune a gabellis seu liberū z exēptū:cum indirecte collectarenť gabellarenť hoīes z cōe dicti castri.cum oporteret aut carere dictis pannis aliquib⁹ alienigenis deferentib⁹ aut pro maiori solito emerent cum delatores venderēt carius ppter onera gabelle.ad hoc l.fundi ptem.ff.de ɔ̄hē.emp.facit.c.quāto.de priui.z.c.fi.de immu. eccle,li.vj. ¶ Itē tenēdo ɔ̄rium de directo cōmitterenť ɔ̄ dictum capitulum nonū dictoꝝ pactoꝝ:quo capitulo disponiť φ oēs intrare redit⁹ ordinarij z extraordinarij dicte terre Planistāgarij cuiuscunqȝ conditionis existant bancoꝝ ciuilium z penaꝝ ɔdemnationē zc.sint z esse debent cōitatis hoīm Planistangarij pro dicto tp̄e.xx. anno.nec negari potest qn gabella vel pena posita in dicto loco non sit ɔ̄ immunitatē ad bonū dicti castri.saltē in quādā ɔsequentiā.ergo zc.Et p ɔ̄ñs concludo φ dictū statutum nō vēdicat sibi locū in dicto castro:nec ēt alienigenis deferentibus pannos ad dictum castrū zc.Nico. Abbas.

¶ Consiliun.xxj.

1. Vicarius epī an sit preferendus archidiacono.
2. Vicarius episcopi associatur in iurisditione.
3. Vicarius episcopi habet dignitatem φ̄diu est in officio.
4. Consuetudo contra honestatem non valet.
5. Humilitatis primus gradus quis sit.

Christi eiusqȝ matris noīb⁹

inuocatis.Viso dubio de quo queritur an vicari⁹ dñi epī p̄ferendus sit dño archidiacono bonoñ.z ecōtra.† Et primo videť dicendū dñm archidiaconū p̄ferendū cum ei⁹ officiū sit ppetuum:z officiū vicarij tp̄ale.vnde digniora sunt ppria pmanētia q̄ tp̄alia:preterea archidiaconus dr̄ esse vicarius epī.vt no.per Jo.and. in.c.j.de offi.archi. ¶ Tamē his nō obstātib⁹ q̄ vere nō obstāt ɔ̄rium puto verius.Et pmo adduco:q2 ille qui est in maiori iurisditione i dubio preferendus est ibi minori in successionib⁹.vt in.c.statuim⁹.xvij. distin.§.fin.z.c.seq archidiaconus aūt nullā potestatē hȝ in vicariū epī. Nec etiā habet in aliquā iurisditionē cōtētiosam de iure cōi. Sed dūtaxat intentionē suā fundat de iure cōi sup duob⁹ exp̄ssis in.c.ad hec. in.§.in quadā.de offic.archi.procedunt poti⁹ sm varias ɔsuetudines locoꝝ quā de iure cōi.vt no.Jo.an in.§.i quādā.Ad idē bo.glo. est in c.ad hec.de exces.p̄la. ¶ †Itē z scđo vicarius epī dr̄ associari epō i iurisditione.vt dixit tex.in.c.in noua actiōe.xvj.q.vij.Ergo preferendus est post epm oībus diocesanis.arg.in.c.recolētes.de sta.regu.z in.c.cū in tua diocesi.de spon. ¶ Itē z tertio z quāto quisqȝ preest meliorib⁹ tāto maior est z honestior.vt dicit tex.in auť.de defen.ciui.in.§.nos igitur.Sed vicarius epī preest meliorib⁹: q2 archidiacono z omnib⁹ de dioceśi.vt.s̄.dictū est.z habet iurisditionē ordinariā z archidiaconus nullā habet iurisditionē contentiosaȝ de iure cōi.vt.s̄.dixi. Est ergo longe maior ipso archidiacono.ergo illi p̄ferendus. ¶ Itē ex quarto generalis officialis epī facit idē consistoriū cū ipso epō z participat de iurisditione ipsius epī.z i.c.ij.de ɔsue.li.vj.z in.c.romana.de appel.eo. tit.Ergo honorādus est pre oībus p̄ter epm sicut dicimus in papa q facit idē cōsistoriū cum deo:z no.Inno.z Hosti.in.c.iiij.de transla.prela.ideo post deū pre oībus dȝ honorari.Ad idē bon⁹ tex.c.fi.xciij.di. ¶ †Nō obstāt ɔ̄ria superius formata.Et primo ad primum rñdeť φ vicarius epī habet dignitatē φ̄diu est in officio.licet sm quosdā extinguať eo mortuo vel remoto:vel remoueať aliquo instituto.vt no.i.d. clem.z si principalis.in.d.c.qm̄ abbas.z satis est φ possit esse perpetu⁹ id est ad vitā suā tenere si non remoueať alio instituto.iuxta no.in cle. z si pricipalis.Itē satis est φ dū vicariā obtinet habet iurisditionē ordinariā supra ipsum archidiaconū ergo preferendus z dignitas vicariat⁹ propria est vnde iuste tractant separatim de officio vicarij.Et lȝ iurisditio pcedat ex iurisditione sui epī:tñ habeť a legato z non immediate ab ipso epō alias nō esset ordinaria iuxta no.per Inno.i.c. cum ab ecclesiarū.de offi.or.z.l.quia.ff.de iur.om.iu. ¶ Ad scđm argumētum rñdetur qđ archidianus dr̄ vicarius epī q2 illa duo q̄ sibi competunt.de quibus in.d.§.i quādam pertinebāt olim ad iurisditionē epī vt no.Jo.an.in.c.j.de off.archi.Sed gñalis officialis epī est vicarius in tota iurisditione.iuxta tñ ea q̄ habenť in.c.licet.de off.vic.lib.vj.Et facit idē consistoriū cū epō qđ nō facit archidiacon⁹. ¶ Nō ob.tertiū argumentū φ dicit tenere locū epī:qm̄ ex eo dr̄ loca tenere epī: diciť iurisditio esse eadē cū iurisditione epī:rōne aut diciť ex eo vt habeat potestatē in presentia epī dūtaxat:imo hȝ etiā i absentia.vt.s̄.dixi vñ dr̄ sibi adiūctus in administratione vt in.d.c.noua actiōe. ¶ Non ob.vltimū argumētū φ archidiaconus diciť maior post officiales epī: q2 ipse hȝ honorari vt epš.vt.s̄.dixi.cū habeat iurisditionē epī in archidiaconū.Sed diciť maior respectu aliorū clericorū diocesis.Nā vt. s̄. dixi vicarius facit idem consistoriū cum epō.vnde posito epō per ɔsequentiam ponitur vicarius.Et predicta sufficiant.

Uit a me quesitum postea. Nūquid valeat suprascripto ca
su ꝯsuetudo q̄ est ꝯtria oī iuri. Primo diuino. vt satis colli-
gitur ex.c.ad hoc.lxxviij.dis. ¶ Secundo. ordini naturali
vt colligitur ex.c.est ordo.xxxiij.q.v. ¶ Itē iuri canonico:
cū maior in administratiōe ꝓferēdꝰ sit.vt.s̄.plene fuit allegatū. ¶ Itē
ciuili: vt colligitur ex.l.vt gradatim.ff.de mune.ꝛ hono.ꝛ.l.j.ff.de albo
scribē.ergo imprescriptibilis: ꝛ potiꝰ dicit̄ pestis q̄ consuetudo. iuxta
4 ea que habent̄ in simili.c.ad nostrā.in tex.ꝛ glo.de ꝓba. ¶ † Itē ꝯsue
tudo contra honestatē nō valet. vt in.c.cū decorē.de vit.ꝛ hone.cle. Et
nimiꝝ cum principale qđ requirit̄ in.l.sit ipsa honestas.vt.iiij.distin.
Erit autē lex honesta ꝛc. Si ergo ista q̄ ꝓcedūt ex ꝯsensu expresso nō
valent sine ratione vt ibi: quāto minus cōsuetudo non valet que indu
citur ex consensu tacito. ꝛ regulariter minus operat̄ cōsensus tacitꝰ q̄
expressus. iuxta no.in.c.dilecti.de ꝯsue.ꝛ in.l.ij.C.que sit lon.consue. et
viij.di.mala cōsuetudo.ꝛ.c.cōsuetudo. Sed hec ꝯsuetudo est ꝯtra ra-
tionē.vt pꝫ ex predictis. solum eñ videt̄ processisse ex quadā vecordia
ꝛ ambitione seu stultitia. vt innuit tex.vt in.c.legimꝰ.in princ.xciij.di.
ergo nō valet. ꝛ qđ ratione caret extirpare necesse est.lxxviij.di.corripi.
in fi. ꝛ maxime hec cōsuetudo q̄ potius corruptela oīno extirpāda est:
5 quia est contra primū gradū humilitatis necessariū. ¶ † Primꝰ enim
gradus humilitatis est deferre maiori ꝛ nō ꝓferre se equali. vt no.glo.
no.in cle.j.de reli.domi.super ℣.humilitatis.que prosequit̄ alios gra-
dus. ꝛ facit.c.de constātinopolitanis.xxij.di. hinc est q̄ ius ꝓuidet con
tra istos qui volūt se pertinaciter ꝓferre dignioribus vt in penā teneāt
vltimū locū.vt in.c.fi.xciij.di. expresse q̄ talis cōsuetudo nō valet. vult
tex.in.d.c.legimꝰ.vbi reprobat̄ mos locoꝝ in quibꝰ diaconi volebant
se preferre pluribus quibus tñ non erant subditi respectu iurisditiōis
fortius non valet hoc casu vbi vicarius habet iurisditionē in archidia
conū vt predictū est. facit.xciij.dist.illud tanq̄ in fauorē archidiaconi
alleget̄ quoddā priuilegiū quo inter cetera cauetur ipsum archidiaco
num debere post ep̄m primā sedem obtinere: tamen priuilegiū sic gene
raliter loquens iudicio meo intelligi debet respectu alioꝝ clericorum
iurisditionē non habētiū in dictum archidiaconū. nā ꝓuilegium gene-
raliter loquēs debet intelligi ꝛ restringi vt absurditas euitet̄. vt ē tex.
no. in simili materia.in.c.ex ore.de priui. absurdū eñ forte ē archidia-
conū debere precedere vicarium ep̄i. vt patet ex ꝓdictis. ¶ Itē ꝓuile-
gium dat primā sedem post ep̄ꝫ. Sed inter ep̄m ꝛ vicariū suum in sua
diocesi non est dare gradū: cum representāt idē tribunal ꝛ ꝯsistorium.
in.c.ij.de consue.lib.vj.ꝛ in.c.romana.de appel.eo.lib. dicit̄ ergo habe-
re primam sedem post ep̄m ꝛ immediate sequitur ep̄m. Nam vicarius
coruscat ex radijs episcopi: ꝛ iurisditio sua est sicut in simili dicimus
vxore que nobilitatur ex genere mariti.l.fi.C.de incol.lib.x. Et hec suf
ficiant.

Nico. Abbas.

¶ Consilium.xxxij.

1 Usurarius manifestus probatur per famam ꝛ argumenta.
2 Ius canonicum irritando testamentum manifesti vsurarij ad quid habuit respectum.

In nomine saluatoris eiusq̄
mr̄is amē. Quanq̄ ꝯsultatio ad maiorē vt arbitror, clari-
tatem sit quatuor ex themate eligere dubia tñ in effectu in
vnum redigi possunt vꝫ an testamentū minoris ann.xxv. ꝛ maioris
xiiij. nō prestita prius cautione f̄m formā.c.quanq̄.de vsur.lib.vj. va
luerit cū non probet̄ aperte ꝛ formaliter vsurā exercuisse palā ꝛ publi-
ce vendidisse res seu merces, cariori pretio ꝓpter dilatā solutionē pretij
quā quando ꝓtium illico soluebatur. Et videt̄ ꝓmo q̄ dictū testamen
tum valuerit. Nam.c.quanq̄. preallegatū irritat dūtaxat ex defectu
cautionis non prestitit testamentū manifesti vsurarij. vnde non sufficit
qđ testator fuit vsurarius nisi etiā fuerit manifestus. ergo testamētum
ex eo capite impugnari nō potest. cōsequentia est nota. maior probat̄
in.d.c.quanq̄. minor vero probat̄ hac ratione. vsura nō cōmittit̄ nisi
in cōtractu mutui. qđ patet ex diffinitiōe ipsius. est enim lucrū ex mu-
tuo ꝛc. plene not. per Io.an. in regula peccatū. de regulis iur.lib.vj. in
mercu.ꝛ.xiiij.qō.iij. quasi per totū. de vsur. consuluit in contractu em-
ptiōis ꝛ venditionis nō ꝯmittit̄ vsura: etiam si altera pars enormiter
ledatur. vt pꝫ in.c.cum dilecti. extra de emp.ꝛ vēdi. Sed predictus so
lum vendebat merces cariori pretio: ergo non cōmisit vsurā. ¶ Item
ꝛ sc̄do de hoc videtur tex.in.c.in ciuitate.de vsu. vbi expresse dicitur q̄
hmōi ꝯtractus ex tali forma non pōt censeri vsurarius q̄q̄ vēditores
peccatum incurrāt: nisi dubiū sit an illa merces plus minusve t̄pe so-
lutionis sit valitura. potest ergo dictus minor excusari etiam a pecca-
to ꝓpter ꝓbabile dubium an solutionis t̄pe dicte merces forent plus
valiture. ¶ Item presupposito q̄ peccauerit cessante dubio variatio
nis pretij: non tamen incurrit peccatū vsurariū cum non interuenerit
mutuum vt innuit tex.in.d.c.in ciuitate. ¶ Itē ꝛ tertio presupposito
q̄ in effectu commiserit vsuram taliter contrahendo. non tamē potest
dici manifestus vsurarius: cum talis ꝯtractus ex forma nō appareat
vsurarius. vt dicit tex.in.d.c.in ciuitate. manifestū autē est id qđ clare
pꝫ. nec tergiuersatione celari pōt. vt l.c.manifesta.ꝛ.d.c.de manifesto
ij.q.j.ꝛ.c.euidentia.de accusa. ¶ Quarto ꝓsupposito q̄ ex dictis ꝯtra
ctibus publice habitis resultet vsura manifesta in personam dicti mi
noris: iste tamen effectus causari nō potest cum municipali cēsura ca-
uetur minorem in certa forma. que in dictis cōtractibus nō fuit serua
ta contrahere non posse. fuerunt eñ dicti contractꝰ cōtra.l.vt in.l.nō
dubium.C.de legi.ꝛ in regula que contra ius.de reg.iu.lib.vj. Nō eñ
videtur contraxisse quo ad iuris effectū. ¶ Sed his non obstantibus
que vero iudicio obstāt cōtrariā sentētiā arbitror sequendā. Et primo
tex. aptissimi.in.c.nauiganti.de vsu. vbi dr̄ aliter contrahentē tunc de
mū excusari a crimine vsuraꝝ. cū verosimiliter dubitat̄ plus vel minꝰ
solutionis t̄pe merces vendite valiture forēt. Nec etiam sufficit hec du
bitatio nisi t̄pe cōtractus pro viliori ꝓtio dans merces non fuisset vē-
diturus ꝓ minori ꝓtio tunc oblato: quinimo quicunq̄ offerebat pre
tium incontinenti vendebat pro minori pretio quā venderet illis q in
t̄pe differebant solutionē. vt clarissime probatur per libros suos qui fi
dem faciunt in cle.vnica.de vsur. hoc etiam voluit glo.in.d.c.in ciuita
te.in versi. vēditores que declarat tex. illum dum dicit qđ huiusmodi
cōtrahentes incurrunt pctm̄. exponit dictū vsurariū per.d.c. nauigan
ti. nec dicit intelligendū dictum.c.in ciuitate. sc̄dm dispositionē illius
c.nauigāti. Et in hoc gl. optime loquitur: q̄r vnū ius est interpretādū
secundum dispositionem alterius cum iuribus sint cōcordanda iura.
in.c.cum expediat.de elec.lib.vj.in.l.vnica.C.de inoffi.do. Et cum iste
cōtractus faceret palam ꝛ publice ꝛ ad hoc habere stationeꝫ paratā
satis dr̄ vsura manifesta. ad hoc quod no.glo.in.c.i.ꝛ.ij.de vsu.lib.vj.
Bar.in.l.fur.ff.de fur.ꝛ quod no.in.c.ij.de vsu. ¶ Item ꝛ secūdo q̄li-
tas manifesta que reqritur in.d.c.quanq̄. non dꝫ sumi pro notorio: ſꝫ
pront manifestū est species distincta a notorio. nam hec propria huiꝰ
vocabuli significatio est. nam manifestū est id qđ ꝓbari pōt. vt no gl.
in.c.vestra.de cohab.cleri.ꝛ mu.ꝛ tenet qđ mediū inter occultū ꝛ noto
riū vel saltē manifestū dicit̄ ꝛ famosa insinuatio ꝛ cōis ꝛ certa sciētia
ꝛ ex certis proueniens: sed in casu nostro dictꝰ ꝯctus ꝓbari posset, ac
erat publica fama. ꝛ cōis opinio de iniquitate illorū cōtractuū tēpore
vite dicti minoris. ergo satis pōt dici dictū minorē fuisse vsurariū ma
nifestum. ¶ Tertio hec probant̄ per tex.no.in.c.cū in diocesi.de vsur.
1 vbi † habet̄ qđ ꝑ famā ꝛ argumēta ꝓbat̄ quis vsurarius manifestꝰ:
ac in casu nostro nō solū cōcernūt argumenta. ſꝫ vera ꝓbatio ꝯctuum
vsurarioꝝ. Quinimo qđ plus est reperio fuisse cōsultū ꝑ Bart. Gas.
de cal. ꝛ do. Cardi. florentinum qđ ſꝫ in vita non exercet quis publice
vsurā: si tñ pōt ꝓbari qđ erat t̄pe vite vsurarius satis probat̄ eū fuisse
manifestū vsurariū etiaꝫ ad effectū mutandi testamētū qđ manifestū
erat delictū qđ ꝓbari poterat: quanq̄ Fede. in cōsilijs suis ad hoc vl-
timo deuiare videat̄. Nō obstant ꝯtria superiꝰ formata. Et primo ad
primum fatendū est qđ dicti ꝯctus ex formalitate non apparēt vsura
rij cum sint emptionis ꝛ vēditionis: ꝛ sic quo ad formā ꝛ apparētiaꝫ
loquitur dictum.c.in ciuitate. Sed in specie ꝛ alijs circūstantijs maxi
me illa: quia alijs vendebat cōsimiles merces pro minori pretio solu-
tione incontinēti facta: satis probatur cōtractus vsurarij. vt aperte in
nuit tex.in.d.c.nauiganti. Nec ob. qđ hic nō interuenit mutuum: quia
dico qđ imo interuenit mutuū factū. naꝫ videtur emptori fuisse illico
pretium iustum ꝛ statim fuisse sibi a venditore instituēdū in tēpus cū
incremento illius pluris qs soluit pro dilata solutione. vt not. doct. in
d.c.in ciuitate. ꝛ in.c.nauiganti. iura eñ non sunt imposita verbis: sed
rerum effectui in.c.cōmissa.de elec.lib.vj.ꝛ si diceremus oppositū pa-
rata esset via eludendi ꝛ materia promulgata cōtra vsurarios: qđ nō
est dicendū: vt patet in.c.ad nostram.de empti.ꝛ vend.ꝛ.c.illo vos.de
pig. facit in.c.quanto.de priuileg.ꝛ.c.gaudemus.de diuor. Nō obstā
te capitulo manifesta. ibi enim capitur manifestū pro notorio ꝛ nō in
proprio significato. nam a proprio verborū non est recedendū signifi-
cato. ex quo non constat de mente cōtraria. vt.l.nō aliter.de le.iij.ꝛ in
c.fi.de ver.sig. ¶ Item posset dici istum notoriū vsurariū ex quo noto
rie tenebat banchuꝫ paratū ad merces tali modo vēdendas. Ad hoc
not.glo.in.d.c.j.ꝛ.ij.de vsur.lib.vj. iuncto.c.nauigāti. nam si dicti con-
tractus faciūt istum vsurariū. vt.s̄. probatū est. ꝛ publice per euꝫ extē-
debant̄ vt presupponit̄ in casu ergo negari nō potest quin fuit vsura-
rius publicus ꝛ manifestus. Non obstat vltimū motiuū quod nō ob-
stante statuto non poterat cōtrahere. Respondeo eñ dupliciter. Pri-
mo qđ contractus censetur prohibitus minori quatenꝰ alteri obliga-
tur: non autem quatenus alter sibi obligatur: vt probat̄ in.l.iulia.§.
pe.ff.de act.emp. facit.l.nō eo minus.C.de proc. qđ in simili habet̄ de
ecclesia.xij.q.ij.si qua de rebus.ꝛ ꝑ glo.in.c.j.ne sede vacā. per doct.in
c.j.ꝛ.c.tua.de his que fi.a prela. Nō ergo obstabit statutum quominꝰ
2 illo modo augmētaret patrimoniū suū. ¶ † Secūdo respōdeo qđ ius
canonicū irritādo testamentū manifesti vsurarij habuit resepectū ad
odiū hominis: nō aūt ad validitatē ꝯctuum: qđ patet manifeste ex eo
q̄r ꝯtractus sup vsura soluēda sunt ipso iure nulli: vnde nulla obliga-
tio acquirit̄ vsurario. vt in.c.debitores.de iureiur.ꝛ solute possunt re-
peti. vt.d.c.debitores.ꝛ de vsur.cū tu. vnde ꝓsuppono qđ minor non
potuerit ꝯhere nec valuerit contractus: nihilominus q̄tum in eo fuit
crimen vsurariū contraxit vt in obligatione que ꝯhitur ex pacto cōsi-
deratur ipsum factū. vt in.c.debitores. iūcto.c.quanq̄. facit.c.nuper.
de biga.ꝛ.l.obligamur.ff.de act.ꝛ obl. Nec obst. minoritas: quia vbi
pena ipso

pena ipso iure aiure imponit ꝯmittēs delictū ꝓhibitum incidit in illam penā: lȝ aliquo respectu veniat mitius puniēdus. vt no. Bar. l. ij. ff. de excepta. Sed. d. c. ꝙꝙ. irritat testm̄ ipso iure. ergo minor ligat statuti pena ad hoc. c. j. de delic. pue. ꝛ. c. ij. e. ti. qđ videt obstare. sed est restringendū ſm illā lec. ꝛ ſm illā theoricā Bar. in loco palle. Nō ob. gn̄alis ꝯsuetudo mercatoꝝ ciuitatis: qꝛ qđ in se peccatū est nō excus. ꝛ per gn̄alem consuetudinē seu verius corruptelā totius orbis. vt in. c. adulterij malū ꝛc. ꝛ. c. flagitia. xxij. q. ij. queadmodū nō excusarent homines si directe palā ꝛ publice exercēt improbū fenus vsurarium. Nā non refert qd de equipollētibus fiat. in. c. licet ex quadā. de testi. ꝛ i delicto ꝯhendo nō inspicitur forma sed effect⁹. vt in. c. ea que. ꝑe simo. Bona eñ denominatio malum nō excusat: nec valet ꝯsuetudo in ꝯrium. vt ibi: ꝛ est ad hoc ille bonus tex. cū gl. Et hec sufficiant quo ad tria ꝑma quesita. ¶ Uenio ad vltimum q̄situꝫ qđ qꝛ facile est breuiter rn̄deo. Dico eñ ꝙ ius irritandi testamentum cōpetit sororibus q̄ tanq̄ ab intestato succedunt de iure cōi fratri equaliter cum m̄re. vt in auf. de here. que ab intesta. defer. Nā. c. ꝙꝙ. solum mutat testm̄: non autem excludit veniētes ab intestato. facit vt hodie habet in auf. bona dam natoꝝ. C. de bo. ꝓscrip. Coraꝫ quo aūt iudice hec questio nullitatis sit agitāda dico ꝙ corā iudice ecclesiastico. per no. in cle. ꝯpendiosam. de iudi. ꝛ in. c. cū sit gn̄ale. de fo. compe. ꝛ in eo qđ queritur de sequestratione fructus que fienda est q̄stione pendente: dico qđ satis ꝑot fieri seq̄strum ſi timet verosimiliter de dilapidatione si possessor bonorum nō est potēs ad satisfaciendū de fructib⁹ interi ꝑcipiēdis in casu emptionis iuxta no. in. c. iij. ꝛ fi. de sequest. pos. ꝛ fruc. ꝛ sec⁹ puto si possessor est potēs ad satisfaciendū: qꝛ tunc solus dilapidatiōis fructuū timor nō sufficit ad sequestrationē fructuū ꝑ. d. c. fi. l. imperatores. ff. de app. vbi ponit sp̄alem casum post appellationem. In omni tn̄ casu poterūt bona ꝛ fructus describi. iuxta theoricā Bar. in. l. vnica. C. de sequest. Et hec sufficiant. Laus deo. Nico. Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Ad petitionē Petri Bartholo

mei factū fuit seq̄strum certe quātitatis pecuniaꝝ die. xxj. anno domini. M. cccc xxxiij. Apud Frāciscū Joannis ꝯ Hieronymū Antonij per officiales mercantie ciuitatis Senaꝝ. deinde. xxx. die mēsis eiusdē cōparuit qdam Antonius suo ꝓprio noīe ꝛ priuato ꝛ vt ꝓcurator Hieronymi prout apparere dixit manu Joannis Matthei de Aniano notarij ꝛ obtulit stare iuri ꝛ iuri respondere ꝛ soluere iudicatū: ꝛ fecit citare dictū Petrum Bartholomei per Dn̄icum vel dota nuntium curie. Qui nuntius retulit se citasse ad domū solite habitationis dicti Petri: ꝛ dicto petro nō comparente officiales fecerunt restitui pecuniam sequestratā dicto dn̄o ꝓmittente, fideiubēte, obligāte, renuntiāte, iurante. hec verba ita gn̄aliter reperiunt scripta per notariū apud acta dicte curie: deniq; plurib⁹, ꝛ pluribus mensibus elapsis mortuo dicto Hieronymo agitur pro parte dicti Petri Bartholo. anno dn̄i M. cccc xxxvj. ꝯ dictum Antoniū excipit per dictū Antoniū: qđ nō est obligat⁹ eo maxime: qꝛ nō sunt illi officiales corā quib⁹ ꝓmisit cū functi sint eorum officio. Queritur quid iuris?

¶ Consilium. xxiij.

1 ¶ Cautio de iudicato soluēdo an habeat vires corā alijs iudicibus.
2 Obligatio fideiussoris realiter finita obligatione contra principalem cessat.

Christi eiusq; matris ꝑsidio inuocato. Uidetur dictū Petrū nō esse obligatū i aliquo: nō eñ tenetur tanq̄ ꝓcurator: cū ips⁹ officiū expirauerit ꝑ mortem dicti Hieronymi re integra. l. mandatū. C. māda. ꝛ cle. fi. de ꝓcu. ꝛ per ꝯñs nō debet teneri de antea gestis, ꝓcuratorio noīe: sicut dicimus in tutore functo officio. vt in. l. post mortē. ff. qū ex facto tut. ad idem. l. fi. ff. de insti. nō tenet functo officio: nec debet teneri ꝓprio nomine tanq̄ fideiussor: qꝛ cū eēt fideiussor non ꝯtractus: sed de iudicio sisti nec de hoc fecit ipse aliquā scripturā ꝓpria manu liberat⁹ extitit. ex quo intra duos mēses dictus Petrus Bartholomei nō fuit ꝓsecutus negotiū iudicij. vt est tex. no. in. l. fideiussor. C. de fideius. Quinimo nō solū intra duos mēses nō egit: imo plures mēses sunt elapsi: ergo in illo vr̄ dictus Antonius teneri ad rn̄dendū pro dicto Hieronymo.

1 ¶ † Tertio obstat ꝙ cautio etiā de iudicato soluēdo nō habeat vires corā alijs iudicibus seu in alia instātia. l. cum apud. ꝛ. l. cū lite mortua. ff. iudica. sol. Sed in casu nostro non sunt illi officiales corā qb⁹ facta fuit ꝓmissio. ergo extincta est cautio. Sed his nō obstantib⁹ que iudicio meo nihil obuiāt ꝯriam sn̄iam puto verā. Et primo dico hūc teneri ꝓcuratorio noīe per tex. expressum. in. l. ꝓcurator qui ꝑ euictione. ff. de procu. vbi probat ſm lec. Bar. ꝛ fere oīm qđ procurator qui obligauit se tenet rn̄dere ēt finito officio. ad idē. l. seruū titij. ff. mā. Sȝ iste Antonius expresse obligauit se etiā priuato noīe vt ptȝ ex narratione facti. igit remāsit obligatus post mortem dicti Hieronymi. nec obstat lapsus pluriū mensiū vel anni: qꝛ cū sit actio ex sua ꝓmissione orta contra eū maxime personali illa nō tollitur nisi spatio. xxx. annoꝝ. l. sicut. C. de ꝑscri. xxx. anno. imo non videt ꝙ currat prescriptio obstāte mala fide ex dispositione iuris canonici ſm no. cōiter per Moder. in. c. fi. de prescri. licet illud senserit Bart. in. l. sequitur. §. si viā. ff. de vsucap. Sed circa hunc casum nō insisto qꝛ nō est necessariū quo ad casum nostrum cū nō sit fluxū tantū tp̄s vt dicat cōpleta ꝑscriptio contra hanc personam. Sed videt hunc Antoniū obligatū fideiussorio noīe. potuerunt enim officiales in absentia dicti Petri in reuocatiōe sequestri capere fideiussorē in fauorē dicti Petri. vt in. c. penul. de eo qui mit. in poss. et est glo. or. in. c. j. eo. ti. in ver. parati. ꝛ tenet Spec. in ti. de ꝑmo decre. §. iam de effectu. ver. antepe. q̄ quidē oligatio non expirauit ꝑ lapsum anni vel bienij durante obligatiōe principali ꝯ Hieronymū hoc ꝓbo sic. obligatio fideiussoris non soluit realiter durante obligatiōe principali nisi in casibus quibus possit instare ꝯ principalē vt eū liberet a fideiussione. vt legi. ꝛ no. in. c. fi. de fideius. ꝛ in. l. si pro ea ꝯtra quē. C. eo. ti. nec potest cōpellere aduersariū ad agendū ad finē liberationis consequēde. vt in. l. si fideiussor. ff. eo. not. in. c. ꝯstitutus. e. tit.

2 † Sed cessat obligatio fideiussoris realiter finita obligatione ꝯ principalem. vt in. l. grece. in fi. ff. de fideius. ab hac aūt reperimus casum exceptū in. d. l. si fideiussor. vbi liberat per lapsum duoꝝ mēsiū. qui quidē casus cum sit diuersus a regulis iuris. debet ibi stricte intelligi ꝛ non extendi ad casum nō expssum. arg. in. l. ꝑcipimus. in fi. C. de appel. sed in casu nostro sumus extra illū casum. l. si fideiussor. ergo debemus de eo iudicare ſȝ regulam predictā. Qđ aūt sum⁹ extra casum illius. l. probat. illa enim lex loquit in eo qui fideiussit dūtaxat de sistēdo quē in iudicio. Sed in casu nostro nō fuit ꝓcessum ad vlteriora: qꝛ ꝓmisit stare iuri ꝛ rn̄dere ac soluere iudicatum ꝛ in fine simpliciter obligauit se ꝛ fideiussit pro Hieronymo: hoc ptȝ in scriptura cōtenta in actis curie. vnde aduertēdum qđ. d. l. si fideiussor. ꝓprie loquit q̄ iudicio inchoato qs dat fideiussorē de sistendo in iudicio. vnde cū actor teneat litē contestari intra duos menses: ꝛ sic prestat cautionē in. l. iij q. v. libellū. ꝛ in auf. gn̄aliter. C. de epis. ꝛ cler. si intra duos mēses nō prosequit actor videtur tertio cessasse ab intētiōe sua: merito. l. introduxit. vt fideiussor liberet cum ille videat in culpa in nō ꝓsequēdo: ꝛ tacite videt actū intra duos menses litē conte. ꝛ videt vera ratio decidēdi ꝛ multū notabilis. ad illaꝫ. l. quā sentit Host. in summa. eo. ti. §. qualiter sit fideiussor. ob hāc igitur rationē ꝛ tacitā partiū ꝯuentionē illa. l. in casu illo recessit ꝛ deuiauit a cōmunibus regulis liberādo fideiussorē ex lapsu illius modici tēporis. hinc est ꝙ fideiussor de iudicio sisti liberat ꝑ casum superuenientē in ꝑsonam rei. vt in. l. sancimus. C. eo. Sed in casu nostro oia predicta cessant. hic enim cū vno erat lis inchoata. nec spes inchoādi de proximo sed factū fuit sequestrū: qꝛ dictus Hieronymus erat suspect⁹. Itē fuit ꝑstita fideiussio de stando iuri priuato noīe: ꝛ in fine in renūtiatione sequestri obligauit se simpliciter fideiubēdo. ¶ Unde aduertēdum ꝙ illa scriptura que est apud acta curie est abbreuiatura ꝯfecta more notarioꝝ que debet extendi ſȝ eoꝝ consuetudinē. iuxta no. in. c. cū P. tabellio. de fide instru. ꝛ in. l. gallus. ff. de lib. ꝛ post. Et si diligēter ponderetur hȝ duas partes. nā in ꝑma parte in principio comparationis obligauit se suo ꝓprio etiā priuato noīe: ꝛ vt ꝓcurator dicti Hieronymi stare iuri ꝛ rn̄dere iudicato: nec adhuc obtinuerat sequestrum reuocari: sed fecit citare dictū Petrū. illo vero non ꝯparente obtinuit sequestrum reuocari: ꝛ de nouo ꝓmisit pro dicto Hieronymo ac obligauit se ac fideiussit simplr̄ nec fuit dictū d iudicio sisti. Qđ si fuerit illa obligatio noua ex interuallo facta ptȝ post primā obligationē de qua in principio illi⁹ scripture dicit ꝙ fecit citare dictū Petrū ꝛ qđ nuntius retulisset se citasse illū ad domū. ꝛ sic oportuit interuallū intercedere: et postea illo non ꝯparēte obtinuit reuocationeꝫ seq̄stri fideiubendo pro dicto Hieronymo simpliciter sicut fieri dȝ in reuocatione seq̄stri: iuxta not. per Cy. in. l. vna. C. de prohi. sequest. ꝛ per Cano. in. c. ij. eo. ti. ergo dicta obligatio durat in presenti. ꝛ potest ꝯueniri effectualiter ex quo dictus Hieronymus vel eius heres est impotens ad soluendūꝫ. iuxta materiā auf. presente. C. de fideius. Ultimo alia rōne fideiussio fuit hic prestita vt vitaret seq̄stratio iuxta theoricā doctoꝝ in dictis iurib⁹. ꝛ per Bar. in. l. litibus. C. de agri. ꝛ censi. lib. xj. ꝛ. l. fideiussor. ff. q satisd. cog. ꝛ in. l. senatus. de offi. ꝑsi. debuit ergo sapere naturā seq̄strationis. vt in. c. ecclesia que. vt lit. pen. ꝛ in. l. si rē ꝛ ptium. ff. de peti. here. Inno. in. c. ex rōne. de appel. Sed natura seq̄strationis est vt duret donec lis finē accipiat. iuxta not. in. c. examinata. de iudi. ꝛ in. l. si oleū. ff. d dolo. ergo ꝛ fideiussio per quā euitat seq̄stratio dȝ durare vsq; ad illud tempus ꝛ hoc videt apertissime de mēte tex. in. d. l. litib⁹. ꝛ. l. si fideiussor. ꝛ l. senatus. Et si diceremus ad ꝓpositū illud remediū fideiussionis nō esse sufficiēs ad fideiussionē euitādā. Nō ergo hec fideiussio sapit simplicē naturā fideiussionis de iudicio sisti. Nec liberaret hic fideiussor ꝑ mortē principalis sicut liberat cū obligauit se ad sistendū reum in iudiciū cū nō esset actori sufficienter satisfactum. Nō obstāt superius in ꝯriuꝫ allegata. soluitur enim mandatū re integra. Sed hic nō erat res integra: cū obligauerit se ꝑ dn̄o. Itē hic obligauit se ꝓprio ꝛ priuato nomine ꝛ fuit officiū voluntariū ꝛ sic cessat contrariū. l. post mortem. ¶ Nam ibi obiligauit se institor vt dr̄ in tex. Sȝ in casu nostro sic. ad l. si fideiussor. satis fuit supra responsum ad. l. cū apud. ꝛ. l. cū lite. dico ꝙ ꝓcedunt in fideiussore d iudicio sisti seu iudicato soluendo. Sed hic fuit simplex fideiussor facta reuocatione sequestri. vt. s. dixi. Item illa

iura ꝓcedunt qñ qs ꝓmisit simplr̄ de iudicato soluēdo nō expsso noīe
ꝓprio iudicis. Nā tūc tenet ex ꝓmissiōe corā iudice successore eiusdem
tribunalis: qꝛ videt idē iudex. l. deponebat. ff. de iudic. ⁊ hoc aperte tꝫ
Spe. in ti. de leg. §. excipi. ver. sed qd si plures. apertiꝰ bar. in. l. cū apud
⁊ ita fuit in casu nr̄o. Quare ex oībꝰ p̄dictis ꝯcludo dictū Antoniuꝫ
obligatum ad rñdendum ⁊ soluendū iudicatum ſm p̄dicta. Et hec
sufficiant ad presentem articulum ⁊c. Nic. Abb.

Consilium. xxiiij.

1 Remissio secundum consuetudinem italie non fit.
2 Iudex delicti debet purgare prouinciam malis hominibus.

Rodulphus ciuis corneti habens domiciliū in Uiterbio. dum esset in corneto mādauit seu persuasit Martinū ciuem Corneti interfici. qd ibidē factuꝫ est ipso Rodulpho Uiterbij residēte. post dies aliquos gubernator vtriusqꝫ ciuitatis habēs a dño nr̄o papa oīmodā legati de latere ptātem veniens corneti audita infamia dicti homicidij in reditu ad ciuitatē Uiterbieñ. dictū Rodulphum in ciuitate Uiterbij capi mādauit ⁊ fecit ip̄m in manibus ptātis poni. agit nunc in corneto de inquisitiōe facienda: ⁊ de ꝓcessu formādo ꝯ̄ dictū Rodulphū de homicidio petit remitti ꝑ ptātem corneti ad locum delicti viterbiū: cū viterbium ⁊ cornetū sint sub eodē p̄side. ⁊ supplicat gubernatori siue p̄sidi vt mādet potestati viterbij rodulphū remitti ad locum maleficij perpetrati. ¶ Dubitat nunc de quatuor. Et primo vtrū ad reqsitionez potestatis ciuitatis corneti gubernator seu preses teneat mandare ptāti viterbij vt illū remittat. Et si ad mandatum gubernatoris potestas viterbij teneat illū remittere. ¶ Scd̄o queritur an Rodulphꝰ p̄dictus de homicidio in corneto perpetrato ratiōe domicilij qd hꝫ viterbij possit puniri in viterbio vbi detinet captꝰ maxime cum dicte ciuitates sint sub eodem gubernatore. ¶ Tertio querit an remissio debeat fieri añ inchoationē ꝓcessus ꝯ̄ dictum rodulphū vel post. ¶ Quarto an gubernator p̄dictus habens plenam ptātem legati de latere potuerit dictum rodulphū in dicta ciuitate viterbij facere detineri rōne delicti in corneto perpetrati ad hoc vt ibi puniat an ad locū delicti remittatur. ¶ Uenio ad p̄mum ⁊ vr̄ ꝙ gubernator seu p̄ses non teneat remissionem facere vel fieri mādare: sed potius illū captū relaxare vel relaxari facere: qꝛ delictū fuit ꝯfirmatū extra territoriū viterbij vñ etiam presupposito qd mandatū fuisset de homicidio ꝑpetrando in ipsa ciuitate viterbij: ⁊ qd tñ non ibi sed in corneto delictū secutū est. nō p̄ot ex eo in viterbio ꝯueniri. iuxta no. per Bar. in. l. si vt ꝓponit. ff. de fideiusso. ⁊ in. l. nō solum. §. mandato. ff. de iniur. vr̄ tex. iunctꝫ gl. in cle. pastoralis. de re iudi. in ver. nec nō ꝓcedendo. Et no. per aliquos in. c. fi. de foro compe. ergo remissio fieri dꝫ ad locū delicti. qꝛ añ capturam nō fuit ꝯtumax in loco delicti: ergo capi in dicta ciuitate viterbij ad finem remissionis fiēde nō potuit. iuxta no. in. l. j. C. vbi de cri. agi opor. ⁊ videt tex. in auf. vt nulli. §. si vero qs ꝯp̄rehensoꝝ. colla. ix. ¶ Itē p̄supposito ꝙ capi in viterbio potuisset videt ꝙ gubernator nō teneat mandare potestati viterbij vt illū remittat: qꝛ remissio ad locum delicti videt potius de vrbanitate quā de necessitate. arg. d. cle. pastoralis. in ver. de more. no. Bar. in. l. si cui. ff. de accu. ¶ † Itē fortiꝰ ꝯsuetudo. hꝫ ꝑ totā italiā vt nō fiat remissio: vt no. Barto. in. l. sepulchri. ff. de sepul. viola. Igit venit relaxandus. Nō eñ p̄ot puniri viterbij qꝛ ibi non deliquit nec remitti cornetū qꝛ ꝯsuetudo remissioni ꝯ̄dixit. ¶ Item nō fuerat ꝯtumax in loco delicti: igitur ⁊c. Item ꝓ hoc facit dictus Rodulphꝰ hꝫ domicilium in viterbio vt presupponitur in casu narrationis vñ p̄supposito ꝙ delictum non fuisset cōmissum in territorio viterbij: tñ ratione domicilij potuit accusari ⁊ inquiri de delicto alibi cōmisso. ⁊ ex hac debita pena ꝯp̄rimi. de quo videt casus in. c. cum cōtingat. de foro cōpe. tꝫ Io. an. in. c. j. de rapto. ⁊ Bar. post Cy. in. l. cūctos populos C. de sum. tri. ⁊ Io. de lig. in cle. pastoralis. prealleg. videt tex. cum gl. in. l. j. ⁊. ij. ⁊ in auf. qua in ꝓuincia. C. vbi de cri. agi opor. expresse idem Io. an. in addi. Spec. post Odof. in ti. de compe. iudi. adi. §. j. versi. vj. ratione criminis vr̄ tñ ibi velle ꝙ de iure ciuili hoc dictum procedat qñ proceditur ꝑ viam accusationis. secus ꝑ viam inqsitionis tm̄: qꝛ iudex agit ad vindictam ⁊ sua interest ex quo deliquit extra territorium suū. nam in loco domicilij p̄ot ꝯueniri nō ex eo qꝛ deliquit sed qꝛ sortit forū ⁊ sic audire dꝫ accusantē ex hoc capite potest illū punire si delictū probet. ¶ Sed inquisitio delicti p̄sentis concernit delictum qd nō cōtingit iudici esse si extra territoriū suū fuit cōmissum: ⁊ ad iura canonica q̄ late permittunt inquisitionem: dicit ꝙ ꝓcedūt in suo foro: sed do. Archid. dicit in. c. fi. de foro cōpe. ꝙ etiam de iure ciuili p̄ot procedere iure domicilij ꝑ viam inquisitionis de delicto alibi ꝯmisso: nam cā q̄re in loco domicilij p̄ot accusari licet alibi deliq̄rit: qꝛ ⁊ vbicūqꝫ delinquitur subditꝰ est iudicio domicilij: ⁊ hec causa locum hꝫ siue procedatur
2 per viam accusationis siue inqsitionis. ¶ † Iteꝫ sicut interest iudicis delicti purgare ꝓuinciam suam malis hoībus. vt. l. ꝯgruit. ff. de offi. p̄sid. ita interest iudicis domicilij castigare subditos ⁊ prouinciā suam purgare talibꝰ hoībus lꝫ alibi deliquerint. d. l. congruit. ⁊. l. preses. eo. ti. ⁊ hoc reperio tenuisse Bar. in. l. cunctos populos. de sum. tri. quod vr̄ verius ⁊ in casu nr̄o multum refert: qꝛ in terris ecclesie seruamꝰ ius canonicum. vt in. c. si duobꝰ. de ap. ⁊ no. in. c. qd clericis. de foro compe. ¶ Item si bñ ponderent casus non expedit ex alio capite hoc multū discutere qm̄ gubernator seu p̄ses hꝫ iurisditionē nedum in loco domicilij sed in loco delicti: sic potest ꝑ totam suā ꝓuinciam illū facere capi. vt in. d. §. si vero qs ꝯp̄rehensoꝝ. ⁊ in. c. nouit. de offi. deleg. vbi bo. tex. in simili. Nā tota ꝓuincia est sibi vnū territoriū: ⁊ sic delictū fuit ꝯmissum in suo territorio: ⁊ in suo territorio captura facta: potuit ergo ⁊ debuit gubernator seu p̄ses in qualibet parte sui territorij illū capi facere: ex quo in suo territorio deliqt etiam si fuisset extraneus. vt. d. l. p̄ses. ⁊ de offi. dele. c. ij. nā preses seu legatꝰ ꝓprie hꝫ in ꝓuincia sibi decreta iurisditionē quam p̄ot in loco exercere quilibet ordinarius quicunqꝫ sit ille. ⁊ est maior oīm post p̄ncipem. vt. l. ex oībus. cum seq. ff. de offic. presi. no. Spec. in ti. de lega. §. nunc oñdendum. ver. legatus. ⁊ sequenti. ⁊ in. §. supest. ver. j. eo. ti. legit ⁊ no. in. d. c. ij. ⁊. c. j. eo. tit. in antiqs. potuit ergo illum capi facere ⁊ alteri tradere vt iustitiā faciat. iuxta. c. fi. ne cle. vel mona. li. vj. ¶ Ex p̄dictis infero ad decisionem vltimi dubij ⁊ concludo affirmatiue quod dñs gubernator nedū potuit sed debuit etiā ex officij sui debito dictū Rodulphū capi facere in dicta ciuitate Uiterbij. ¶ Restat nunc examinare tria prima dubia simul an possit Rodulphus puniri Uiterbij ⁊ an possit remitti cornetum: vel de necessitate sit illic remittendus omissis causa breuitatis argumentis q̄ ad partes fieri possunt. dico ꝯclusiue ꝙ vbi nō petit remissio per iudicem corneti in dubijs puniri possit in loco domicilij. vt. l. l. j. C. vbi de cri. agi opor. ⁊ ibi hoc tenuit Bar. Bal. ⁊ Ioā. calde. in. c. j. de rapto. probari videt in. d. c. cum contingat. ⁊. d. l. j. ⁊ si ꝯ̄trium dicemus frustra tractaremus de domicilij foro: cum semꝑ qs ꝯueniat aut rōne delicti aut cōtractꝰ aut rei. Est eñ forꝰ rōne domicilij gñalior alijs vñ p̄ot ibi conueniri de re existente alibi. vt no. in. l. fi. C. vbi in rem act. ⁊ in. c. fi. de foro cōpe. ¶ Itē de ꝯ̄ctu alibi gesto vt legit de delicto alibi cōmisso vt in iuribus p̄alle. ⁊ maxime in casu nr̄o in quo presupponimus gubernatorē habere iurisditionē etiā in loco delicti. Si v̄o remissio petit per iudicem corneti arbitror ꝙ de necessitate nō sit fiēda: sed poterit puniri in viterbio. Moueor primo ꝙ. §. si vero qs ꝯp̄rehensorum. loquit qñ delinquēs exiuit ꝓuinciā delicti: ⁊ in territorio alterius presidis se contulit ꝙ non accidit in casu nr̄o cum sit sub eodē p̄side. ¶ Item preses est maior iudice Corneti ⁊ p̄ot cognoscere ⁊ punire oīa que fiunt in ꝓuincia. vt. d. l. preses. ⁊. l. ex oībus. Nā ⁊ in loco delicti preses vt dixi est maior ptāte corneti. Non ergo potest per eum requiri vt remittit ad eum vt dictis legibus. ¶ Itē ⁊ scd̄o non est de necessitate fiēda remissio: qꝛ consuetudo cōis italie nō necessitat ad remittē dum. iuxta ea q̄ Bar. no. vt. s̄. sed Cal. apertius ⁊ latius hec tractat in. d. c. j. de rapto. ⁊ ꝯcludit ꝙ si delinquens non esset in loco domicilij vel valeret ꝯsuetudo: qꝛ per hoc publica vtilitas lederet q̄ requirit vt delicta non remaneant impunita esset talis ꝯsuetudo grauosa: ideo non valet de ꝯsuetudine. c. j. ⁊. c. fi. Sed ꝯsuetudo per quā iudex domicilij non remittit ad iudicē delicti: vel ecōtra bene valeret dummō alter p̄dictoꝝ in cuiꝰ territorio degit vellet delinquētes punire: qꝛ tunc cessaret ratio predicta ⁊ ſm hanc distinctionem arbitror restringendum dictum Bart. ¶ Ad ꝓpositum ergo cū delinquēs sit captus in loco domicilij ⁊ agitur vt ibi puniat satis p̄ot obseruari illa ꝯsuetudo de non remittēdo ⁊ hec ratio ꝯcludit qd etiā si iudex viterbij sine autoritate gubernatoris illū cepisset nō tenet remittere ad locū corneti: sed p̄ot ex tertio capite vt remissio nō fiat defendi: tenendo opi. Io. cald. in. d. c. j. de rapto. Nam doctores diuiserunt se in materia diuisionis qdam asserentes de necessitate eam fiendā nisi esset ꝯsuetudo ꝙ de vrbanitate: ⁊ plene no. per gl. in cle. pastoralis. in ver. de more. Io. cald. capiens mediā viam distinxit qd aut criminosus degit sub iudice domicilij qui intendit eū punire ⁊ procedit opinio. qd ex sola vrbanitate fiat remissio: aut degit sub alio iudice domicilij vel iudex domicilij non curat punire: ⁊ procedat illa opi. ꝙ sit de necessitate fiēda ergo ex multiplici capite p̄ot defendi vt remissio ex necessitate nō fiat vt patet per p̄dicta. Sed nunqd voluntarie p̄ot remitti ad locū delicti dicerem ꝙ aut gubernatoris et potestatis viterbij voluntas interuenit: ⁊ tunc in dubio fieri potuit: qꝛ ꝯgruētius exercet iustitia in loco delicti ad errorem alioꝝ vt ibi cesset scandalū. in. c. j. de rapto. ij. q. vj. ⁊. l. capitaliū. §. famosas. ff. de penis. cum si. Nam lꝫ ꝯsuetudo habeat vt nō cogat iudex domicilij remittere: non tamen habet vt remittere nō possit cū istud sit mere facultatis. Si vero gubernator vult remittere ptāti viterbij ꝯsuetudo eum suum delegatū ⁊ potuit illū eo inuito remittere qꝛ potestas hodie tenet in ciuitate locum p̄sidis. iuxta no. per gl. in. l. j. C. de p̄scrip. lon. tēpo. ⁊ per Bar. ff. de dā. infec. Unde licet gubernator sit eo maior sicut ē maior ep̄o: vt in iuribus superius alleg. Non tamen potest sine alia rōnabili causa extrahere captū de manibus ordinarij cū locus fiat inter eos p̄uentiōi respectu cognitiōis. ibi eñ causa est finienda vbi incepta. l. vbi ceptū. ff. de iudi. facit qd legi. ⁊ no. in. c. ex tenore. de rescri. Et cum hoc casu remissio sit volūtaria non est discutiendū tertiū dubiū: qꝛ oportet fieri remissio. ante ⁊ post inchoationem ꝓcessus. sed eo casu quo veniret remissio necessario fiēda debet p̄cedere aliqua summaria cognitio vbi delictū non esset notoriū sed famosum. de quo per glo. in. d. cle. pastoralis. ⁊ per Bar. in. d. l. j. C. vbi de cri. agi opor. Et hec sufficiāt quo ad dubia.

sed dubia. ¶ Cōcludo ergo dictū Rodulphū potuisse capi in viterbio z posse ibi iudicari z puniri nec necessario est remittēd⁹ ad ciuitatē corneti licet voluntarie remitti posset iuxta distinctionez predictam z contraria superius formata satis remanent soluta:nam pcederet primum vbi non conueniretur in loco domicilij. Itez gubernator habet iurisdictionem in loco vtroqz vt predixi.declarant enim oīa z limitātur fm predicta:ideo aliter specifice causa breuitatis non respondeo. Laus deo. Nico.Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Canonicus regularis expresse p

fessus regulā beati Augustini in cathedrali ecclesia Perusina in claustro dicte ecclesie in nocte quarte ferie maioris hebdomade: duz canonici essent in matutinis furat⁹ est centū florenos cuidā canonico q deputatus fuerat collector per cleꝝ Perusinū ad exigendū certam pecunie quātitatē p satisfaciendo quoddā mun⁹ dño nr̄o pape. Furtū istd pbat tam per ɔfessionē q̄ etiā p vnum suū clericū q eum sociauit. dū p dictum predicte pecunie subtraherent vicarius absente archip̄sbytero Perusino habēte ad hoc mādatū ab ep̄o: pcessit ɔ dictum vsque ad sniam diffinitiuā exclusiue. ¶ Cōtingit de trib⁹ dubitari. Primo an pcessus iste valuerit cū a nōnullis p̄tendat q non: qz processus nō per vicariū ep̄i sed per archip̄sbyteꝝ eius locū tenentē debuit explicari. ¶ Secūdo p̄supposito sine veritatis p̄iudicio q ad archip̄sbyterū seu ei⁹ locūtenentē iurisditio ptinuisset, an defectus iste suppleri possit per gubernatorem Perusinū habentē plenam ptātem legati de latere. ¶ Tertio qua pena veniat iste canonic⁹ puniēdus z si priuari pōt portione quam pcurationē vocant ecclesie cathedralis Perusine cuz nō sint distincte p̄bende sed capl'm assignauerit vnicuiqz canonico certam portionē quā pcurationē vocant: z sic qlibet canonicus sit diligētior in faciēdo pcurationē suā laborare z anno singulo aduocato capitulo qlibet canonicus reddit administrationē pcurationis z ppter assignationem ipsi⁹ portiōis nō veniūt in cōi in eodem claustro per se in cameris suis ex quo sequit qd de facto qlibet eoꝝ hz propriam: ita ēt presupponit qd canonicus iste de quo querit lz quandā eccl'iam parochialem consuetam tn̄ ɔferri canonicis regularibus zc.

¶ Consilium.xxv.

1 Archipresbyter an habeat iurisditionem in canonicos fori contētiosi.

2 Furtum an dicatur magnum scelus.

Saluatoris eiusqz matris p̄

sidio humiliter inuocato. Attingam ista dubia ɔsuluisse omittēdo argumēta ad partes plixitatis vitāde causa. Et iuxta ordinē circa p̄muz dico † q archip̄sbyter iurisdi tionē nō habet maxime in canonicos fori cōtētiosi: sed pertinēt ad ep̄m.xj.q.j.de persona.de offi.ordi.in.c.j.de foro cōpe.si quis ɔ clericū.de iudi. at si clerici.iuramēta in hoc sunt quasi infinita quam quidē iurisditionē circa actū inquirēdi potuit demādare vicario suo. in.c.licet.de offi. vic. lib. vj.de iure ergo cōi valuit pcessus formatus per vicariū. Si vero de cōsuetudine ptinet ad archipresbyteꝝ qd esse pōt iuxta. c. irrefragabili §.excessus.de offi.ordi. Tunc aduertēdū q cum ista p̄scriptio sit ɔ ius cōe opz q currat titulus coloratus z tēpus.xl.annoꝝ vel cessante titulo requirit tp̄s de cuius initio memoria nō existat.vt in.c.nō est.de cōsue.lib.vj.z qd pertinet ad iurisditionē ep̄i.probat in.c.cum ab eccl'iarum.z.c.pastoralis.de offi.ordi.z p̄supposito q ista probent tūc est videndū an pcessus iste format⁹ per vicariū valuerit. Nam videt prima fronte q nō:qz iudice nō suo.vt in.d.c.at si clerici.z.C.si a non compe. quasi p totum. Sed hoc nō obstāte dico qd iste canonicus inquisitus vel ɔuentus corā vicario ep̄i nō excipit de incōpetentia nec dixit iurisditionem pertinere ad archipresbyteꝝ:vnde iurisditionem vicarij seu ep̄i prorogasse videt. z sic valebit pcessus.de hoc est tex.cū gl.in.l.j.C. vbi de cri.agi opor.fm Bart.z Bald. Nam in criminalib⁹ habet locum prorogatio corā iudice habente iure pprio ɔsimilē iurisditionez. vt ibi no.per glo.z Bar.z per Inn.in.c.de causis.de offi.deleg.z per gl.in.l.j.C.de iurisdi.omn.iudi. ¶ Sed dubiū est nunqd hoc pcedat in clerico sine licētia sui iudicis q̄ hic nō interuenit.z videtur q nō per c.significasti.de foro compe. ¶ Sed hoc nō obstāte ɔriū pōt dici hoc casu cum progat iurisditio ep̄i que est naturalis z ordinaria. Nam res de facili redit ad naturaz suā.xxvj.dist.ab exordio.z.l.si vn⁹.ff.de pac.secus vbi probaret iurisditio alterius per subditū ep̄i sine licētia ep̄i.tunc em̄ nō valeret prorogatio:z sic loquitur.d.c.significasti.z placet in dubio in casu nostro in quo iste canonicus non habebat archipresbytero nec ordinez neqz beneficium.vnde est sibi subdit⁹ respectu nudi exercitij iurisditionis.vn̄ eadem ratio est in eo clerico qui prorogat sine licentia sui iudicis.z in isto clero quo ad casum nostrum.iuxta no.in.d.c.significasti.z per Bar.in.l.j.ff.de iudi. Et hoc quo ad primū dubium. ¶ Venio ad scd'm dubium presupposito q dict⁹ processus nō valuerit vtpote qz iurisditio pertinebat ad archipresbyteꝝ nec interuenit progatio modo predicto. Nunqd per gubernatorē possit defectus suppleri.z breuiter dico qd nō:qz cum act⁹ iudiciales hoc casu essent nulli non pōt legatus etiā de latere talē defectū supplere: quia esset facere circa solennitatē iudiciorū multis vigilijs z laborib⁹ excogitatā.ɔtra clemē.ne romani.de elec.c.inferior.xvj.dist. Et hoc aperte voluit Spe.in titu.de leg.§.nunc oñdendum.ver.xviij.vbi dicit q hec suppletio pertinet solū ad papaz z maxime procedit hoc in casu nr̄o: vbi nō solū est supplere defectū circa solēnitatē iudiciorū sed dare iurisditionē non habenti in p̄iudicium proprij iudicis: z sic priuare aliū iure suo q legatus facere non potest.nā solum principis est ius vnius dare alteri.iuxta no.in.c.constitutus.de religio.domi.xxv.q.ij. visam. Quinimo gl.dubitat in papa nunqd possit ius vnius ecclesie sine causa alteri donare.vt no.in.c.j.dist.xxij.super ver.in instantiā.de quo per Spe.in ti.de leg.§.prealleg.ver.lxvij. Ad p̄dicta facit glos.no. in.c.pe. de here.lib.vj.que disputatio ɔcludit legatū nō posse cōmittere causaz sui natura plenariam sine strepitu z figura iudicij tractādam qz esset tollere solennitates iudiciorū z ita Spe.in ti.de leg.§.superest.ver.nūquid potest cognoscere.facit qd in sili not. Inno.in.c.prudentiam.de offi.deleg.vbi vult q gesta corā iudice nō suo ratificari nō possunt per iudicē pprium etiā si suo noie fuerūt gesta:qz currūt ex defectu solēnitatis iudiciorū cui libera dispositio nō pēdet a potestate pprij iudicis sed principis.z illud dictū cōiter sequunt ibi doctores.facit qd not.in gl.ix.q.ij.in summa: ¶ Nūc venio ad tertiū dubiū qua pena iste canonicus veniat puniēdus. In quo aduertēdū q ius canonicū facit differentiā in quātitate pene fm modū procedēdi regulariter ɔ crimē graue induxit depositionē si de eo cōstat p viam accusationis;sed per viā inqsitionis pena est minor:ita qd circa depositionē pena videt arbitraria.potest tamē priuari beneficijs vel alia pena affici:nisi sint talia delicta que impediūt ordinis executionē etiā post peractā penitētiam vt simonia z homicidiū.z de hoc est tex.in.c.inqsitionis.z in. c. qualiter. el.ij.de accusa.z.c.dilectus.ij.de simo.lz ius ciuile nōn videat differentiā facere.l.iiij.C.de sepul.vio.i.l.ordo.ff.de publi.iudi.in.l.ea quidē.C. de accu.sentit Bart.in.l.ij.§.ij.de adul.z.l.iij.§.preterea.de suspec.tut. sed de suspensione canonica reperiunt alique pene iuris ciuilis que volunt q damnatus per viam inqsitionis de crimine famoso euitet infamiam propter modū pcedendi.ita no.gl.in.d.§.p̄terea.de suspec. tut. z.l.iij.z.l.fi.C.eo.z ibi per Cy.z.l.j.C.de modo mul. Bar.tamē aliter sentit in.l.infamē.ff.de pub.iud.z plene per Bald.in.l.etiam.de fur.p Spec.in titu.de senten.§.j.ver.qui de insti.z faciūt hec ad sciēdū an si iste dānatus per viam inqsitionis efficiet infamis.circa qd ampli⁹ nō insisto:qz de hoc nō querit sed solū de pena imponēda.dico ergo respōdendo ad primuz qd iste fuit accusatus de hoc furto pena ordinaria debet puniri pena depositionis ab officio z beneficio.tex.est in.c. cum non ab hoie.de iudi.not. Hostiē.in summa.d.de fur.sub rubrica.z pl⁹ dicit ibi q debet detrudi post depositionē in monasterio ad agenduz penitentiā per.c.tue.de penis. ¶ Sed aduertēdū q illud.c.tue.nō loquitur in furto simplici sed in latrocinijs qd in se habet plus q̄ furtuz vt in auc.sed nouo iure.C.de ser.fugiti.z in corpore vnde sumitur. in auc.vt nulli iudi.in fi.z.l.capitaliū.§ famosos latrōes.ff.de penis. Sz qz tex.in.d.c.subijcit q p magnis scelerib⁹ imponit pena detrusionis z depositionis esset examinādū an istud furtū dicat magnum scelus. de quo per gl.no.in.l.ad ea.ff.de reg.iur.per Bar.in.l.nō solū.§. si mādatum.ff.de iniur.aliqd not.in.l.j.C.de requirē.z cōis conclusio est q si sit in magna re dicitur graue delictū.vnde in casu nostro habito respectu ad circūstātia † satis potest dici magnū scelus.tum qz loco religioso qz in pecunijs deputatis ad honorē principis.tum etiam ratiōe tēporis:qz in septimana sancta dum cātarent matutine z qd deteri⁹ est religiosus qui peccauit ɔ votū z substātialia regule volendo habere pprium maxime furtiue que oīa hec aggrauant delictū.xl.dist. homo christianus.z.c.cū quidā.de iureiurā.z qd in eis nota. Ita ɔcludo penā dicti.c.tue satis posse infligi in casu nostro. Sed dubiū est in casu nostro:qz iste est regularis nunquid debeat expelli ab ecclesia z priuari de illa procuratiōe quā hz in ecclesia Perusina.z de hoc specialiter querit in casu p̄supposito. dico q de hoc est specialis no. Inno.Host. z aliorū scribētium in.d.c.dilect⁹.ij.de simo.vbi dicit q per depositionem non liberat a iugo regulari.sed nō habebit vocem in capl'o nec vocabit ad cōes actus nec ad recipiendū prebendā cōem sed in ergastulo z puidebit.ita dicit ad literā Io.and.post Inno.z Host.priuatur ergo iste per depositionē nedū prebēda seu portione singulari sed etiā cōi vt non comedat cum alijs nec more solito tractetur sz in loco arcto fm qd visum fuerit superiori sibi prouidebitur i necessarijs vite. facit.c.fi.de reg.iur.z qd ibi no. Et sic poterit priuari etiā ecclesia parochiali nō obstate q ea habuerit a sede apostolica.per id qd not. gloss. in.c.j.de ɔfir.vti.poterit etiā superior secundū dispensando minus euz punire.probat in.c.at si clerici.§.de adul.de iudi.facit qd legi.z no. in l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de his qui no.infa. z hec procedunt cuz fuerit pcessum per viā accusationis. Si vero p viā inquisitionis tūc est maius dubium per superius dicta sz dico q illa procuratione poterit priuari z etiam ecclesia parochiali per.d.c.qualiter z qñ.el.ij.de accus. vbi dicit tex.q si excessus grauis pbat per viam inqsitionis licet delinquens non degradet ab ordine:ab administratiōe tamē amouet licet quidā dixerūt q illud.c.loquitur in prelato sed in inferiorib⁹ clericis

pena est arbitraria.⁊ sic intelligunt.c.inquisitiōis.j.rñso.eodē.tit.vt in eis no.sed nihilominus dicendū ꝙ superior arbitrādo potest priuare delinquentē oī administratiōe ecclesiastica maxime regulari. vt in .c. inqsitionis.in glo.in verbo aliqñ.An aūt hoc casu pōt deponi aduer bialiter ab officio ordinū:videt̃ ꝙ non per supradicta.sed in ꝯrium est notabile ⁊ singulare dictū Inn.in.c.qualiter ⁊ qñ.vbi dicit qꝺ qñ de crimine ꝯstat per cōfessionē nō inspicit̃ modus agendi sed pōt īponi pena ordinaria quātūcūqꝫ grauis qꝺ tūc non sit dubitādum qꝺ fuerit cōuictus per falsas ꝓbationes.dictū Inno.sequit̃ do.Ant.de but.in c.dilectus.ꝑalleg.⁊.c.fi.de celeb.missa.⁊ videt̃ ibi casus in.c.ij.de pe.⁊ facit qꝺ no.bar.in.l.si ꝯfessus.ff.de custod.reoꝝ.cū igit̃ in casu nostro cōstitit de crimine per ꝯfessionē illiꝰ poterit puniri:ac si fuisset actum ꝑ viam accusationis siue inqsitionis fuerit ꝓcessum ꝯ istum canonicū regularem poterit deponi ab officio ⁊ oī beneficio ⁊ administratione: sed in nihilo remanet canonicus:⁊ in aliquo loco arcto ꝓuidebit̃ sibi ꝓut visum fuerit superiori attenta maxime dispositiōe.c.fi.de regulis iur. ¶ Attendendum est tñ ꝙ vbi ꝓcessus ex dictis causis reperiret̃ nullus posset de nouo inchoari ꝓcessus:nedū ꝑ archipresbyteꝝ si sua esset iurisditio:sed etiam ꝑ gubernatorē ex quo ptātem hꝫ legati:q2 legatus cū quolibet ordinario qsqꝫ sit ille est maior quolibet post principem.vt legit̃ ⁊ no.in.c.j.de offi.lega.⁊ in.c.ij.eo.tit.lib.vj.⁊ ꝑ Spe. in ti.de lega.§.nūc ostendendendū.ver.si legatꝰ.⁊ seq.⁊ ibi plene.⁊ in. §. sup.Et ꝯpellitur dictus canonicꝰ ꝑsistere in cōfessione sua.iuxta no.in c.at si clerici.de iudi.⁊ per Inn.in.c.per inqsitionē.de elec.ꝑ gl. ⁊ bar. in.l.capite.ff.de adul.⁊ dicendum vt pleniꝰ no.in dictis iuribꝰ.Laus deo omnipotenti. Nico.Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Quidā officiales terre scti Geminiani asserētes habere ptātē ad ꝓuisionem faciendā a toto populo dicte terre:statuerunt ⁊ ordinauerūt in effectu de oībus bonis mobilibus ⁊ immobilibus relinquēdis seu trāsferēdis quocunqꝫ titulo lucratiuo siue in vltima voluntate siue inter viuos in quocūqꝫ loco etiā si sint hospitalia siue sint dicte cōitati supposita siue nō teneant̃ dicta loca seu eoꝝ rectores assignare ⁊ soluere ꝓ eoꝝ reditu ⁊ ꝓuentu dicte terre sancti Geminiani ⁊ ad vtilitatē sacriste scti Geminiani duos denarios ꝓ libra ꝑm valorē dictoꝝ bonoꝝ.Et voluerūt hāc ꝓuisionem extendi etiā ad ꝓteritā relictā seu donatā in quibꝰ adhuc executio nō intercesserat.hoc in summa quo ad materiā ꝯsulendā hꝫ illa ꝓuisio:lꝫ multa alia verba ibidē ꝯtineant̃:⁊ ad alias extendant̃ ꝑsonas.Nunc contingit dubitari vtrū hospitale quoddā fundatū in dicta terra scti Geminiani suppositū ornatissimo ⁊ famosissimo hospitali sancte marie de la Scala ciuitatis Senaꝝ teneat̃ ad obseruātiā dicti statuti ⁊c.

¶ Consilium.xxvj.

1 Laici super rebus proprijs nondum in ecclesiam translatis statuere possunt.

2 Statuta laicorum an valeant quod bona mobilia non possint alienari in nō subiectos iurisditione statuentium.

Ipsius christi eiusqꝫ matris cuiꝰ res agit̃ humiliter implorato ꝓsidio videt̃ ꝙ sic. ꝗꝗ enī laici non valeāt statuere super rebus ecclesie. vt in. c. bene quidē.xcvj.dist.⁊.c.ecclesia sancte Marie.de ꝯsti.† tamē sup rebus proprijs nōdum in ecclesiam trāslatis eos statuere posse ne quis recta fronte negare habeat cū oēs populi iure potestatē statuendi habeant vt in.l.oēs ppli.ff.ꝺ iusti.⁊ iure.⁊.l.cunctos pplos.C. de sum. trini. et in re propria qsqꝫ est legitimꝰ moderator ⁊ arbiter.l.in re mādata.C. mād.⁊.c.de his. de sepul.hinc Bar.in.l.rescripto.ff.de mune.⁊ hono. dat theoricā qualiter bona transferenda in eccl'iam possunt ꝑ statuta laicoꝝ affici ⁊ obligari.⁊ postmodū cū illo onere soluendi data ⁊ ꝓstātias trāseant in eccl'iam.ita dicēdum vr̃ in ꝓposito.¶ Statuerunt enī isti officiales sup bonis eorū ī quācūqꝫ ꝑsonā trāsferēdis ⁊ non super bonis ecclesie cū adhuc nō essent ecclesie sꝫ ꝓpria.Nā quēadmodū potuisset qsqꝫ priuatus reliquere hospitali cū onere illo soluēdo duos denarios ꝓ libra.arg.in.c.cū dilecti.ꝺ dona.⁊.c.veꝝ.de cōdi.appo. Ita ⁊ tota cōitas hoc statuere poterit.quare ꝙ fieri pōt ꝑ pactuꝫ dꝫ posse fieri per legē seu statuta.vt dicit gloss.no.C.de decre.decuri. sup rubr. lib.x.ꝑ Bar.in.l.oēs populi.ꝓalle.ver.iuxta ꝓdicta.Sed his nō obstātibus que vere si ponderant̃ non militāt in casu nostro.ꝯriū puto de iure dicendū.Et primo adduco ad hanc.q.quasi pro casu.c.fi. ꝺ rebꝰ eccle.nō alie.vbi dicit̃ ꝙ laici statuere non possunt sup mortuarijs nec gñaliter super alijs que iuri spūali annexa sunt:⁊ pōderandū est illud verbū annexa.ergo non solū ꝓhibentur statuere sup meris spiritualibus sꝫ etiā super annexis ⁊ super mortuarijs qꝺ ibi ꝓcedit aperte propter nota.ibi per doct.in expositione illius verbi satis determinat̃ ista questio.vt dicamus relicta facta ad piū vsum dicit spiritualibꝰ annexa eo q2 deputant̃ ad spūalem vsum.sicut dicimus de mortuarijs. id est de his q̄ deferunt̃ cū funere seu legant̃ occasione funerū ⁊ per cōsequens tale statutū quatenꝰ cōprehēdit hospitale conditū ⁊ alia loca pia nō valet tanq̄ conditum a nō habētibꝰ potestatē statuēdi. Scđo allego casum apertū in.c.requisisti.el.j.de testamē.vbi tex.ponit regulā gñalē licet qstio fuit spūalis de nūero testiū ꝙ relicta facta ad pias causas nō debēt scđꝫ leges ciuiles sꝫ scđꝫ decretoꝝ statuta terminari.⁊ tractari quasi talia cū sint in pium vsuꝫ disposita nō subijciant̃ dispositionibus laicorū etiā imperatorū sed soli ecclesie.⁊ ita no.dicit intelligi illū tex.Bar.i.l.j.C.de sacrosan.ecc.in repetitiōe sua.in pe.co.feu. vlti.Et canoniste in.d.c.relatum.in istis enim debet populus doceri ⁊ nō docere ⁊ recurrere ad ecclesiā q̄ mater est omniū ⁊ nō dꝫ ponere falcē in messem alienā.vt in.c.docēdus.lxij.di.⁊ in.c.si īperator. eadē di. Et ita debet intelligi dictū imperatoris ꝙ lex ciuilis nō dedignatur sacros canones imitari.vt in auc.vt.deter.sit nu.cle. ⁊ in auc.de eccle. tit.⁊ trāssumptiue.in.§.clerici.de iud.¶ Tertio hoc aptissime videtur velle Bar.in.d.l.j.vbi dicit ꝙ super pertinētibꝰ ad piā causam nō valet statutū laicorū etiā imperatoris:cū hec nō sit de eorū iurisditiōe sꝫ ecclesie ꝓbat per dictū apostoli ⁊ multa alia multū eleganter ⁊ ꝓlixe. ¶ Quarto adduco no.per Io.an.in cle.fi.de immu.eccle.lib.vj.in nouel.vbi ponit qōnem an valeat statutū laicoꝝ vt bona immobilia nō possint alienari ⁊ trāsferri in nō subiectos iurisditioni statuentiū. Et cōcludit nō valere respectu ecclesiarū ⁊ piorū locoꝝ.mouetur elegāter inter cetera q2 loca pia sunt a principibus ꝓuilegiata vt libere eis donetur vel vendat̃.l.j.⁊.l.illud.C.de sacrosan.eccl.statutū ergo ꝯtrariū nō valet duplici seu triplici rōne.¶ Prima q2 laici inferiores nō possunt tollere leges ⁊ priuilegia tributa per superioreꝫ maxime ecclesie. vt in.c.cum inferior.de elec.⁊ ꝑ Bar.in.d.l.oēs populi.⁊.xxv.q.ij. qsi per totū.¶ Scđo q2 hoc esset cōtra libertatē eccl'ie vniuersalis ⁊ ꝑ cōsequens statuarij sunt ipso facto excōicati ⁊ alijs penis iuris ciuilis subiecti.de quibus in auc.cassa.C.de sacrosan.eccl.⁊ Bart.etiā in dicta auc.cassa.¶ Tertio q2 potestas cōdendi leges tributa īferioribꝰ ꝑ.l.oēs populi.ꝓallega.videt̃ tributa sine ꝓiudicio ꝓuilegij tributi ꝑ ipsum imperatorē:q2 generi per speciē derogat̃.vt in.c.veniēs. de prescrip.⁊ regula generi.de regu.iur.lib.vj.per Bar.in.d.l.oēs populi. in dicto ver.¶ †Quarto iuxta ꝓdicta no. ita dico ad ꝓpositū cū ecclesijs ⁊ pijs locis sit relictū priuilegiū vt qlibet libere possit eis relinquere.dicta.l.j.⁊.l.illud.nō valet dictū statutū cū impediat̃ libertas in donando ⁊ acquirēdo cum oporteat soluere de donatiōe: ⁊ maxime cū dicat̃ in ꝓuisione predicta ꝙ ꝓ reditu dicte terre scti Geminiani licite ad vtilitatē sacriste soluātur duo denarij pro libra:⁊ sic volūt facere eleemosynā de alio:quibꝰ seu ꝯtra quos pōt dici ꝙ eleemosyna vnius est peccatū alterius:nec debet vnū altare discooperiri:vt cooperiatur aliud maxime per nō habentē potestatē.vt in.c.cū causam.de preb.⁊ species furti est seruire vel eleemosynā facere de aliena re.l.si pignore. ff.de fur.⁊.j.q.j.non est putāda eleemosyna.xij.q.v.⁊ forte.⁊.c.multa. ¶ Quinta ad idē adduco.l.sancimꝰ.C.de sac.sanc.eccle.canonizata. xij.q.viij.sancimus.vbi satis colligit̃ ꝙ ab ecclesijs nil pōt exigi etiaꝫ ex his q̄ accquirit titulo lucratiuo vel oneroso ad qꝺ facit qꝺ no. Cy. in.l.deo nobis.C.de epis.⁊ cle.⁊ facit ibi tex.in ꝓn.⁊ maxime predicta indubitāter sunt vera in relictis seu in donatis de ꝓterito lꝫ adhuc nō sit facta executio in quibus nō statuētes vt ita loquar non vident̃ ēt habuisse iuris colorē.¶ Nā ex solo titulo relicti vel donati dominiū ⁊ ius fuit acqsitū hospitali.vt in.l.fi.C.de sacrosan.eccle.lꝫ executio non sit facta quo casu illud statuere presumpserit ī preiudiciū hospitalis. videt̃ nulla rōne cōcipere posse.de directo enī est ꝯtra.c.ecclesia sancte marie.de ꝯstitu.⁊.c.q̄ in ecclesiarū.eo.tit.⁊. c.fi. de rebus eccle.nō alie. ⁊.d.c.bene quidē.imo ꝙ plus est tales cause etiā in foro seculari ꝺbēt decidi ꝑm canones ⁊ nō ꝑm leges.vt no.in.c.j.⁊.c.ecclesia.de ꝯsti.Nō obstāt motiua in princi.allegata.fateor enī ꝙ laici possunt statuere super bonis suis.illa bona obligādo seu onꝰ in perpetuum imponēdo. Sed in casu nostro nō obligant̃ illa bona ad onera illa:sed disposuerunt ꝯ loca ad que illa bona trāsferri cōtingeret:⁊ hoc facere non possunt.vt prediri.Ad hoc qꝺ no.doc.in.l.fi. de vita ⁊ hone.cler.in.c. presenti.de cē si.Itē aliud est obligare simpliciter bona vt trāsferāt.⁊ maxime in piā causam contra oīa iura superius allegata. ¶ Itē in hoc statuto nō oēs cōsentiunt cū non semine pupilli ⁊c.⁊ tamē illi nō potuerūt libere relinquere hospitali. ¶ Itē aliud est cū quis donat vel relinquit ⁊ vult onus imponere cū per hoc nō restringit̃ libertas donādi eccl'ie nec violat̃ priuilegiū ecclesie cōcessuꝫ ⁊ sic loquūtur iura in cōtrariū allegata aliud facere statutū seu legē tollētē liberā facultatē legandi ⁊ donādi prout qsqꝫ vult.¶ Itē vt dixi nō pōt pupillꝰ etiā sup rebus statuere in preiudiciū eorū que specialiter statuta sunt ⁊ reseruata principibꝰ ⁊ maxime ꝯ priuilegiū ecclesie cōcessum. vt.s.dixi. et no.Bar.in.d.l.oīes populi.¶ Concludo ergo ꝙ dicta ꝓuisio seu statuta dicte terre sancti Geminiani nō habēt in aliquo preiudicare dicto hospitali maxime cum specificā mētionem fecerit de hospitali: iuxta theoricā Bar.in.l.cunctos populos.C.de sum.tri.Et hec satis abunde sufficiant.Laus deo. Nico.Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Casus quedā dña Gēma suū cōdidit testamētum.Et inter cetera sic disposuit ⁊c.lego ⁊ iure legati dimitto infrascriptis meis heredibus hanc meam domū in qua habito

positam

positã ⁊c.cum his cõditionibus ⁊ pacto:videlicet q̃ꝺ ipsi infrascripti mei heredes teneant̃ ⁊ debeãt ipsaꝫ vẽdere ⁊ tradere Michaeli ⁊ Gabrieli germanis ⁊ filijs olim Nicolai ꝓ florenis centũ boni ⁊ puri auri ⁊c.Qui floreni cẽtũ quo casu sic vendant̃ expendant̃ ⁊ cõuertent̃ ꝑ infrascriptos meos heredes in refectiõe eccl'ie san.Augustini de massa q̃ dicit̃ de nouo fieri seu reparari.Et hoc inquantũ ꝺ nouo fiat seu reparet̃ ꝑlibata ecclesia.Et in casu quo nõ fiat ⁊ reparet̃ de nouo dicta eccl'ia domũ lego ⁊ iure legati dimitto ⁊ eã volo dicte ecclesie vendi ꝑ infrascriptos meos heredes ⁊ etiã ꝑtiũ in laborerio seu reparatione dicte eccl'ie.Elapsis plurimis annis operarij domus sancti Aug. de massa petũt dictos hr̃des cõpelli ad tradendũ domũ ꝑdictã ꝯuertendã in fabricã dicte eccl'ie.⁊ si id fieri nõ possit in aliũ piũ vsum pro satisfaciẽdo volũtate dicte testãtis:ex parte heredis multa obijciunt̃ ⁊ maxime inter alia q̃ꝺ dicta eccl'ia sancti Augustini nõ fit de nouo nec reparat̃ nec est in statu quo de nouo possit fieri seu reparari.nec dꝫ in aliũ pium vsum cõuerti:qꝛ hoc nõ fuit de testatricis voluntate tacita vel expressa.Queritur quid iuris.

Consilium.xxvij.

1 Legato facto ecclesie acquiritur dominium a die mortis testatoris ipso facto.

2 Fauor ecclesijs intantũ nõ est prestandus vt alijs iniuriaꝫ faciamus.

In christi nomine amẽ. Videt̃ primo ꝙ si possit cõueniri in reparatione dicte eccl'ie q̃ꝺ res nõ habet dubiũ vt fiat ꝓut postulant operarij.scꝫ q̃ꝺ vendat̃ et pretiũ cõuertat̃ in reparatione eccl'ie ꝓut testatrix disposuit.vt in.c.nos de test.xiij.q.ij.vltima volũtas.⁊ in aut.de test.quasi ꝑ totuꝫ iura ad hoc sunt vulgaria.Si ꝓo nõ sufficit ad reparationẽ seu nõ reparat̃ tũc videt̃ q̃ꝺ debeat ꝯuerti in aliũ piũ vsum qꝛ legatũ ad pias causas nõ efficit̃ caducũ.sꝫ si nõ põt vel nõ sufficit ad vsuꝫ destinatũ dꝫ per superiorẽ vocatis hr̃dib⁹ ad aliũ piũ vsum ꝯuerti.vt in.c.nos.prealleg.et ibi no.meli⁹ in.l.legatũ.ff.de vsufr.leg.⁊ ibi plene ꝑ Bar.in.l.pr̃.§.tusculanus.ff.de le.iij.⁊ in.l.legatũ.ff.de admi.re.ad ci.ꝑ.Ioã.de lig.in cle.ꝯtingit.de reli.domi.⁊ in cle.exiui de paradiso.de ver.sig.hꝫ eñ locũ in istis locis illa regula:si nõ valet q̃ꝺ ago vt ago valeat vt põt valere,de despõ.impu.c.j.li.vj. 1 † Itẽ legato facto eccl'ie acqrit̃ ipo facto dñium a die mortis testatoris.l.fi.C.de sa.san.ec.potest ergo ecclesia de re legata disponere vel ad vsum destinatuꝫ si fieri põt.vt in cle.qꝛ cõtingit ꝑallegata.vel in aliũ vsuꝫ ꝯuerti si fieri nõ põt.vt in locis ꝑalle. Sed his nõ obstãtib⁹ q̃ vere nõ obstant ꝯriũ puto de iure verum.Et primo pro fundamẽto ꝑmitto q̃ꝺ predictũ legatũ eccl'ie factũ nõ pure:sꝫ sub cõditiõe suspẽsiua vꝫ inquãtũ dicta eccl'ia de nouo fiat seu reparet̃ q̃ cõditio bis in testamẽto reperit̃:⁊ de natura huius cõditionis est vt effectũ dispositiõis suspẽdat in euẽtu.ita vt in antea nõ cõpetat actio.vt in.l.coheredi.ff.de cõdi.⁊ de.no.in.c.verũ.de condi.app.⁊ in.l.j.C.de cõdi.q̃ sub modo.Ex quo infero q̃ꝺ ante euentũ dicte cõditionis.scilicet q̃ꝺ eccl'ia fiat de nouo cũ effectu ⁊ nõ in fraudem legatũ ꝑdictũ nõ habet effectũ.Nec obstat.d.l.fi.qꝛ loquit̃ in legato pure facto.Sꝫ vt videat̃ dicta ecclesia nõ fit nec fieri põt de nouo ergo legatũ ad vnũ vsum destinatũ peti non põt nec etiã debet in aliũ piũ vsum cõuerti qꝛ ꝯria procedunt qñ legatũ fuit pure factũ cõtẽplatione pie cause dũtaxat ⁊ qñ testator aliter non prouidit in casu quo ad casum destinatũ cõuerti nõ posset.vt Bar.no.i.d.l.legatũ.ff.de vsufructu legato.⁊ sic loquit̃.c.nos.de test.Sed cũ sit ꝙ in casu nostro legatũ fuit sub cõditione relictũ:qꝛ noluit hr̃deꝫ teneri nisi dicta eccl'ia de nouo fieret seu reparet̃ ⁊ sic nullũ est legatũ ante ꝯditionem extantẽ.⁊ ꝑ cõsequẽs frustra tractamus de cõmutatione cũ cõmutatio ꝑsupponit legatũ purũ arg.c.ad dissoluendũ.de despõsa.impub.⁊ in.l.decẽ.de ver.ob. Itẽ ⁊ scđo videt̃ de hoc casus in.l.pater.§.tusculanus.ff.de leg.iij.vbi testator legauit cẽtũ Sẽpronio:⁊ voluit dare collegio cuiusdã tẽpli:dicit̃ ibi ꝙ collegio dissoluto iterim remanet legatũ apud legatariũ nec fit cõmutatio ad aliũ vsum qꝛ testator de illo collegio dũtaxat vr̃ sensisse ita ⁊ fortius in ꝓposito sub cõditione repetẽdo nõ voluit heredẽ aliter teneri. Itẽ ⁊ tertia cõmutatio legati ad aliũ vsum fit ꝓpter tacitã volũtatẽ testatoris.vt.d.l.legatuꝫ.hinc est ꝙ si testator disposuit aliter in casu nr̃o q̃ꝺ nõ põt ꝯuerti ad vsum ꝑ eũ destinatũ cessat cõmutatio vt est casus pulcher.in.l.liberto.§.luci⁹.ff.de annu.leg.no.Bar.in.d.l.legatũ.Sed testator clarissime voluit dictã domũ debere remanere apud heredes si dicta ecclesia nõ fieret de nouo q̃ꝺ patet ex cõditione bis repetita.hoc satis videtur sentire in simili q̃stione eximius doctor dñs Fede.de senis.consi.clxx.Nec est recedendũ a verbis testatoris:nisi aliud appareat de mente.l.nõ aliter.ff.de leg.iij.Ad predicta etiã facit.c.cũ dilecti.cũ ibi not.de dona.⁊ lꝫ 2 † fauore ecclesijs debeat̃ nõ tñ tantũ vt alijs iniuriã facere debeamus.arg.in.c.ex tenore.de foro cõpe.⁊.xvij.q.iiij.in fi.vbi ptꝫ ꝙ donatio facta eccl'ie etiã pure reuocat̃ ex tacita cõditione.vt not.in.c.fi.de dona.fortius impeditur effectus ⁊ non ex cõsequentia conditionis.Et qꝛ iste casus mihi videtur clarissimus ideo decreui non insistere verborum multitudini.Naꝫ quis forte ex hoc arbitraretur esse dubium. Laus deo. Nicolaus abbas.

Casus consilij sequentis.

Emanauit solenniter edictũ seu facta fuit prouisio solẽniter ꝑ habẽtẽ potestatem vt notarij ciuitatis Senarũ deberẽt denũtiare oẽs ꝯctus testamenta ⁊ similia q̃ a principio eorũ officij fecerãt vsqꝫ ad eorũ diẽ denũtiatione fienda in termino in ꝓuisione cõtentis al's cõtrafaciens incideret ipo facto in certaꝫ penã in statuto cõtentã.demũ qdã notarij multos cõtractus specialiter denũtiauerũt ⁊ nõ valẽtes de facili oẽs act⁹ summarie ⁊ summatim denũtiare attulerũt oĩa eoꝝ scripta ⁊ ꝑsentauerũt officiali sup his deputato faciẽtes vnã denũtiationẽ gñalẽ vltra illã specialẽ dicẽtes q̃ꝺ etiã denũtiabãt oĩa in eoꝝ codicibus seu mẽbranis cõtenta:⁊ per spatiũ mẽsis cũ dimidio dimiserũt oẽs eoꝝ scripta apud officialẽ trãctuꝫ tp̃is accusatur vnus de dictis notarijs q̃ꝺ quandã donationem de qua fuit rogatus ꝑ duos annos ante decretũ nõ denũtiauerat:notarius se excusat ꝙ illa donatio erat cõtenta in scriptis ꝑ eũ ꝓlatis:⁊ sic satis fuit denũtiatũ.Replicatur q̃ꝺ talis denũtiatio generalis non sufficit.Queritur quid iuris ⁊c.

Consilium.xxviij.

1 Officialis publicus obligat⁹ ad edendã rõnem satisfacit edicto si suum codicem vel mẽbranas tradit eligẽdas vel scribendas.

2 Appellatio redacta in scriptis valet licet appellans eã non legat dũmodo eam iudici porrigat.

3 Certum dicitur non solum quod in se est certum:sed etiã per relationẽ ad aliud certum.

4 Denuntiatio operis potest fieri nedum verbo:sed etiam facto.

Christi eiusque matris presidio inuocato omissis allegatiõib⁹ q̃ ad ꝑtes fieri ꝑ nõnullos solẽt ipsam rẽ attingere puto.dico nãqꝫ dictũ notariũ satisfecisse edicto ⁊ per ꝯñs in nullam penã incidisse.Et primo allego 1 quasi ꝓ casu.l.argentari⁹.§.edicto.ff.de eden.vbi probat̃ † quod officialis publicus obligat⁹ ad edendã rationẽ satisfacit edicto si suum codicẽ vel mẽbranas tradit legẽdas vel scribẽdas. idẽtitate ergo rationis idẽ dicẽdũ in casu nostro est.Satis eñ dictus ser Marianus denuntiauit cõtractus de quibus fuerat alias rogatus:sed oẽs suas membranas modo predicto officiali loco denũtiationis tradidit:denuntiauit eñ facto:⁊ si nõ verbo ⁊ non minus imo magis vꝫ denũtiatio q̃ fit in facto indubitato modo ꝑdicto.scꝫ ꝑ traditionem scripturarũ ꝙ illa q̃ fit verbo.vt in.c.delicti.de app.⁊.c.ad audientiaꝫ.eo.tit. Secũdo hoc videt̃ ꝓbari in.c.appellatio.de appella.lib.vj.vbi di- 2 citur † valere appellationẽ si eam in scriptis redactã appellans porrigit iudici licet eam non legat satis eam videt̃ legere ⁊ appellare si refert se ad scripturã iudici porrectã.Si ergo in appellatione que est de minori iudice ad maiorẽ prouocatio hoc sufficit forti⁹ deberet sufficere in casu nostro cũ talis denuntiatio requirit̃ ad certificãdũ officialẽ super contractibus testamẽtis ⁊ similibus gestis.Que quidem certificatio fortius ⁊ certius colligit̃ ⁊ aperit̃ ex traditiõe originaliũ ꝙ ex nuda ⁊ verbali denũtiatione.vt in.c.qñ ꝯ.de ꝓbationi. Tertio adduco.c.q ad agendum.de procur.lib.vj.vbi habetur q̃ꝺ casus speciales mãdatũ requirentes veniũt expressis quibusdam ⁊ secuta clausula generali.ad idẽ.l.sed ⁊ si quis cau.⁊ q̃ꝺ ibi no.ꝑ gl.⁊ Bar.sed in propositũ fuit facta specialis denũtiatio multorũ contractuũ ⁊ adiecta fuit clausula generalis.s.quod cõsequẽter denuntiabat oẽs alios contractus ergo videtur omnes denũtiasse. Quarto adduco taleꝫ 3 rationem † certum dicitur nõ solum quod in se est certum sed etiã per relationem ad aliud certũ in.c.cum venerabilis.de religio.domi.⁊ de excep.cũ venerabilis.⁊ q̃ꝺ vtrobiqꝫ not.facit l.fina.si certum peta.sed in casu nostro notari⁹ retulit se ad scripturas certas quas habuit in quibus nulla dubitatio poterat cadere.ergo nõ potest dici denuntiasse non clare ⁊ certitudinarie:⁊ maxime quia officiales acceptauerunt illas scripturas ⁊ penes se tenuerunt per mensem cum dimidio.⁊ facit ad idem dictũ Bar.in.l.eos.ff.de fal.vbi dat cõsilium testi qui reperitur super eo super quo alias deposuit. vt specifice non deponat ne forte per obliuionem incidat in crimẽ falsi sed referat se ad primũ dictũ dicẽdo.ego omnia alias inductus dixi.vnde refero me per omnia ⁊ in omnibus ad ea que in prioribus actibus cõtinentur ⁊ perinde ex hoc habebitur ac si specifice deposuisset.ad propositũ igitur redeundo.ergo omnes contractus ⁊ alia de quibus rogatus fuit ꝓut in his membranis habetur perinde haberi debent ac si specifice omnes ⁊ singulos contractus denuntiasset maxime in materia penali prout est nostra in qua debet fieri stricta interpretatio vt euitetur pena regule odia.⁊ regule in penis.de regu.iur.libro.vj.⁊ verba non capiunt illam latam significationem quam ex proprio ⁊ lato significato verborũ habere possunt quod est valde attendendum eo notandũ ⁊ in proposito.ista sunt verba Ioannis andre.in regula odia.preal le.in mercu.⁊ ꝓbatur in.c.cũ in cũctis.de electioni. in.c.si compromissarius.eodem titulo.libro.vj. Vltimo adduci potest.l.de pupillo.§.meminisse iuncta glossa.ff.de noui operis nuntiatio.vbi probatur.

4 † Quod denuntiatio operis potest fieri nedũ in verbo sꝫ etiã facto

pro nunc.l.quidam.C.de here.Ad idē quod no.Iac.bu.in.l.ecclesia. 1 C.eo.vbi dicit† ꝙ si volo ꝓbare vnū hereticū,sufficit vnū testē dicere ꝙ audiuit illum dicere ꝙ nō credebat resurrectionem mortuorum ⁊ aliū qd dixit se nō credere Christum filiū dei.Sic vr̄ dicēdum in ꝓpo sito cū nō arguit de probatione certi contractus.Sed isto vniuersali ꝙ defunctus fuit vsurarius diuersitas in tpe ⁊ in cōtractibus vsura rijs nō habet testimoniū vitiare.Ad hāc sniam pñt adduci tria exē- pla que ponit Inno.in.c.qualiter ⁊ qñ.ij.de accusa.cū agit de ꝓba. fame vel iurisditionis vel perceptionis decimaꝝ, nō est necesse testes cōcordare in tēpore:sed satis est ꝙ cōcordēt in vniuerso.s.qd sit infa- mis:vel ꝙ iurisditionē exercuit:vel decimas ꝑcepit:quia cōcordāt sa- tis in eo qd probandū incumbit.¶ Sed his non obstantibus cōtra riam sniam quo ad casum nostrū arbitror ꝑualere.Et pmo moueor q2 dicta cle.vna.nō vēdicat sibi in casu nostro locū,fundat enim se su per qualitate vsuraria.dicit eñi vsurarios cōpellēdos.⁊c.Oportet er- go prius cōstare defunctum fuisse vsurariū q2 vbi iuris dispositio fun dat se sup aliqua qualitate:necesse est illā prius ꝓbari tanꝙ fundamē tum dispositiōis.hoc satis probat ex his q̄ legunt ⁊ no.in.c.j.de offi. dele.li.vj.⁊.c.accusatus.§.sane.de here.eo.li.vj.⁊ qd no.in cle.vna.de sequestra.in gl.fi.⁊ pleniꝰ ⁊ elegāter tactis p Bar.iuncta gl.⁊ text.in l.j.ff.qd vi aut clam.maxime cū illa cle.inducat quid nouū deuians a cōibus regulis iuris.Non enim debet qs cōpelli ad exhibendum li- bros suos quos ꝑuatim in domo sua tenebat ꝓ cōseruatiōe familie, vt no.in.d.cle.vna.in gl.in verbo rationū.secus si in publico teneret libros:vt faciunt isti vsurarij manifesti quibus videt tacite mādatū vt scribāt,⁊ sic dz intelligi tex.⁊ qd ibi notat Bar.in.l.quedā.in pn. ff.de eden.vnde in odium vsurariorū tm̄ emanauit illa cle.vna.in.§. ceterum.sicut vsurarij occulti seu qui priuatos libros tenēt ꝯpellant ex noua ꝓuisiōe libros edere,oportet ergo qd ꝯstet defunctum fuisse vsurarium.Quod certe in casu nostro probatum nō est p illos testes singulares.Et primo adducam autoritates quas in materia repio. Scdo iura gñalia.Tertio ratiōes satis vrgētes Fede.de señ.q in con siljs subtilissime se gessit,hoc aperte tenet in terminis nostris consil. lxij.vbi dicit ꝙ per testes singulares nō ꝓbatur quem fuisse vsurariū maxime cū deponunt de proprio facto sicut in casu nostro cum simili 2 tudo repellat a testimonio,vt in.c.ꝑsonas.de testi.¶ † Itē ⁊ fortius ipe ꝯfirmat ꝯsi.xvij.vbi plus dicit nō valere statutū epi quo cauet vt per quatuor testes singulares qs probet vsurarius,cū hoc sit contra ius qd eps statuere nō pt iuxta no.i.c.sup his.de maio.⁊ obe.⁊.xxv. q.ij.c.institutionis.⁊.c.agit.plene per Io.an.in.c.fi.de offic.archi.hāc opinionē in terminis nostris post multa tz dñs Ant.de but . repro- bata opiniōe Iac.bu.in.c.cū oporteat.de accu.vbi inter cetera ad ꝓ- positū dicit ꝙ qñqz dat diuersitas in causis dictorū que habēt se ad ꝓbandū vt totius partes diuidue ⁊ testes nō probent.vnde si vnus testis dicit scio ꝙ ꝑscripsit:quia vidi eum possidere nō ꝓbat quando se habēt partes indiuidue eiusdē totius indiuidue ⁊ probāt vt si vo- lo probare missam.⁊ induco duo testes quorū vnꝰ dicit se audiuisse epistolā alter euangelium.⁊ de hoc est gl.no.in.c.nihilominus.iiij.q. ix.idē fm eum si partes sunt diuidue,qlibet tñ refert ad totū.vt si vo lo ꝓbare decimā:vnus dicit ꝙ vidit me percipere decimam frumen- ti,alius decimam hordei:vel si volo ꝓbare iurisdictionē per vnuz te- stem exercuisse certum actū iurisdictionalē per alium probo exercitiū alterius actus:⁊ sic seruat exempla Inn.in.d.c.qualiter ⁊ qñ.Si aūt cause se nō habent vt partes inferētes vt totū:sed vt cause multipli- cātes idem totū in specie ⁊ nō probāt fm eum exēplū.Si volo proba re aliquem sanctum:nō enim sufficit ꝙ aliqui deponant de vno mira culo:⁊ alij de alio:vt no.dicit Archi.in.c.nouit.xxv.q.v.qd est cōtra illud dictum Iac.but.per qd infert in terminis nostris qd si vnꝰ de- ponit titium vsurarium:alter quia mutuauit caio:testes non probāt illū vsurarium.Et aduertendū q2 p exemplū sentit hoc ꝓcedere etiā si testes nō deponerēt de proprio facto . secꝰ si dicit volo probare ali- quem famosum vsurariū,⁊ vnus dicit se audiuisse ab aljs quā alter quia ad famā ꝓbādā nō obstat hec diuersitas iuxta notata p Inn. in.d.c.qualiter.⁊.c.cū oporteat.⁊ p Bar.in.l.de minore.§.tormēta.ff. de questio.hāc eandē sniam qd in casu nostro testes singulares nō ꝓ bāt videtur velle gl.singularis in.d.c.nihilominus.iij.q.ix.que vide- tur dare regulā ꝙ nunꝙ testes singulares probāt etiam si inducūtur ad probādum quid vniuersale seu totū nisi quādo factū esset succes- siuum ⁊ indiuiduum ⁊ testes deponāt super rebus indiuiduis totius exemplum in probatione misse si vnꝰ deponit de epistola ⁊ reliqui de euangelio.Secus si deponūt super diuiduis.vt si vnus dicit de euan gelio:⁊ alter de vesperis:vel si probare volo solutionē decime vnꝰ di- cit frumentū solutū,⁊ alius fabam:⁊ sic illa gl.que dicit de probatio- ne iurisdictionis vel decime aperte sentit qd non probāt quem vsura rium,cum deponunt super actibꝰ diuiduis:nec factū est indiuiduum nec successiuum.hoc idē videt aperte sentire Pe.⁊ Cy.post eum.in.l. ij.C.que sit lon.cōsue.vbi dicunt ꝙ ad probandum cōsuetudinem, ⁊ sic quid vniuersale seu totum nō sufficit testes deponere super diuer- sis actibus ex qbus inducitur cōsuetudo nisi sint cōtestes qui simul viderūt illos actus,qd satis in simili videtur approbare Arch.in.d. c.nimirum.Hanc eandē sniam videt probare Inno.in.c.licet ex qua dam.de testi.Nam licet ibi primo colligit argu.ꝙ si volo probare me vluz iurisdictione vel seruitute aliqua ⁊ vnus dicit de vno actu,alius de alio qd probāt:tñ postea immediate dicit tutius se credere dicēdū ꝙ quilibet testis ab eisdem duobus ⁊ eodem tpe adiuit al's in suis di ctis erunt singulares.falsum eñi allegant.s.de elec.cum dilecti.⁊ dicit de hoc notari in.d.c.qualiter ⁊ qñ.Et sic Inn.stat in vltima opiniōe ꝙ in probādo aliquo toto ⁊ successiue habēte partes diuiduas testes singulares non probant:licet quidam ⁊ male allegant Inn.pro cō- traria snia.Et aduertendum q2 per illum dictum declaratur dictum suum in.d.c.qualiter ⁊ qñ.Et sic Inno.stat in vltima opi.Nam In- no.ibi non dicit simpliciter prout quidam male allegant ꝙ in probā- da iurisditione vel solutione decime sufficiāt testes singulariter depo nentes de diuersis actibus.imo primo posuit illud dictū ⁊ immedia- te posuit cōtrariā opinionem dicendo ꝙ alij contra eū dicunt asseren tes ꝙ vbicūqz aliqd teneretur probare nisi testes de loco tpe ꝑsonis ⁊ aljs oībꝰ cōcordēt nō habent ꝓ pluribꝰ testibꝰ allegat dictū.c.nihilo minꝰ.vt oīno sint in suis testimonijs singulares.allegat dictū.c.cū di lecti.vnde tenēt illi vt ipse refert ꝙ etiā in ꝓbando famā testes debēt cōcordare vt dicāt tali die audiuimꝰ talem rumorē vel infamiā ⁊ tali loco ⁊ a talibus personis.hic Inno.aliter impugnat illā vltimā opi. ⁊ Io.an.ibi simpl'r trāsit recitādo quasi ad ꝯtextū.Sed p dicta i.d.c. lz.videat Inno.approbare hāc vltimā opinionē tanꝙ tutiorē.⁊ pro eo facit vrgens rō quam.j.subijciā.Spe.etiam in duobus locis no.in gl.Inn.in.d.c.qualiter referēdo singul'r opiniones ꝯrias.vt.s.dixi ⁊ nullā approbet.vt ptz in titu.de testi.§.iam de interrogatorijs.versi. itē de tpe.⁊ in ti.de inquisi.§.nūc verū ꝙ si negauerit.quinimo recitat ibi opin.Uincē.in.c.illud de prescr.q̄ dicit ꝙ si vnus testis deponit de fama in vna parte ciuitatis.⁊ alius de alia parte nō est fama suff.ciē- ter ꝓbata:q2 testes sunt singulares.Hāc opinionem videt ꝓbare gl. ord.in.c.lz ex quadā.que dicit ꝙ in ꝓbanda cōsanguinitate nō suffi- cit ꝙ aliqui deponūt de vno latere ⁊ alij de alio.Et sic lōge fortiꝰ nō vult sufficere si qsqz testis esset singularis in dicto suo.Et hec sufficiāt respectu autoritatū.¶ Nūc ꝓbo inducēdo iura.Et primo faciūt mul ta iura generaliter loquēdo nō distinguēdo inter actū successiuū ⁊ in- ter momētaneū dicūt testes singulares nō ꝓbare.vt in.d.c.nihilomi- nus.⁊ tam literis.de testi.⁊.c.cū dilecti.de elec.⁊.c.bone.el.j.de ele.ver. lz.cū sim.nec reperit aliqs tex.q ꝓbat ꝯriā opinionē.Sz fuit nuda in- terpretatio quorundā q sepe destruūt tex.per suas opiniones capita- neas.⁊ contra eos facit singulariter illud.c.cū dilecti.Nā ibi canonici volebāt ꝓbare ꝙ nō cōsenserant in illū electū a cōpromissarijs ⁊ qsqz deponebat ꝙ nō cōsenserat nec per hoc inferebat multiplicitas actꝰ ⁊ tñ papa ibi dicit ꝙ nō probāt:q2 sunt singulares cū qlibet deponat de suo cōsensu.qd aperte est contra mentem gl.in.d.l.ob carmen.§.j. ¶ Ad idē dictū.c.bone.vbi canonici volebāt probare ꝙ nō fuerunt citati:nec valet si quisqz dicat se nō fuisse citatū.⁊ tñ venīūt ad ꝓbā- dum illā vniuersalē positionem ꝙ capitulum nō fuerat citatum.nec capitulū cōstituitur nisi ex singulis oībus ignorātibꝰ.arg.eoꝝ q̄ not. 3 glo.in capitulo.de conces.prebē.lib.vj.¶ † Probo postremo p ratio- nem inefficacē omni re super qua testes deponant:semper testes sunt singulares respectu sensus p quez actus percipitur.Nā si tu ⁊ ego vi dimus titium ꝑcutere sempronium tu ꝑcepisti per sensum tuū.⁊ ego p meū.nec tuus sensus est meꝰ,nec ecōtra.Ad hoc qd no. Bart.in.l. ij.ff.quēadmodū.test.aper.vū hoc respectu cū exigit ꝙ sint cōtestes.s. respectu obiecti sup quo deponūt oportet ꝙ sint ꝯtestes si eodē tem- pore se ꝑsentauerūt sensibus ipsorum testium vnde appropinquatio ad sensum eodē tēpore facta facit eos esse cōtestes,⁊ hinc patet cuili- bet subtiliter hāc rem cōsiderāti.Quare autē exigit ꝙ in hoc sint cō- testes.⁊ sic ꝙ in eodem tempore simul ꝑceperint,certe nō alia ratiōe. q2 vni testi nō creditur in preiudicium alterius vt i iuribꝰ vulgaribꝰ. Sed qui simul in oībus cōcordent hz locū illa regula iuris diuini et humani.In ore duorū vel trium testiū stat oē verbū in.d.c. lz vniuer sis.⁊.ij.q.iiij.in pn.hec aūt ratio locum habet etiā qñ agit de ꝓbādo al quid in gñe si testes deponunt super diuersos actꝰ. ¶ Quomodo enim pōt cōcludi in casu nostro titium fuisse vsurarium nisi credatur cuilibet testi de p se deponenti sup vno ꝯctu.Et sic oportet necessario dicere tenēdo cōtrariā opinionem.ꝙ vni testi credat qd est cōtra iura superius allegata.Et si diceres si articulus est gñalis ꝙ fuit vsurariꝰ ⁊ testes deponūt sup ista vniuersali positione in qua vident oēs ꝯcor dare:⁊ ego rñdeo ꝙ non sunt cōcordes in redditione cause. vnde de- bēt etiam cōtestes in actu particulari per quē moueñt ad deponēdū: super vniuersali.Nā ipsi non percipiūt per sensum illum vsurariū.sed tantū illos actus particulares super quibus deponūt.de his ꝟo q̄ in presentia gesta sunt testibus deponere permissum est.vt in.c.testes.iij. q.ix.⁊.l.testiū.C.eo.⁊ in actu prescriptionis p sensum reqrit qd testes simul fuerint,vt in.d.c.nihilominꝰ.vt dicamꝰ.vt ꝙ regulariter testes nō ꝓbant nisi simul i eodē tpe id viderint sup quo deponūt nisi factū sit successiuū ⁊ indiuiduū ⁊ deponāt super partibꝰ indiuiduis totius exemplū in probatione misse:vel quādo per foramen immediate vnꝰ post alium viderunt testes aliquos adulterāter.vt ibi not.per Cy.in

d.l.testium.nec est aliquis textus qui dicat cõtrarium.nõ obstat.l.quidam.C.de here.quã quidam allegãt:quia nihil probat nec etiam gl. in.d.l.ob carmen.iure probatur: nec eam simpliciter approbãt doct. in.d.l.⁊ ipsemet bar.refert in.d.l.ob carmẽ.⁊ in terminis nostris sunt plures autoritates cõtrarie: vt patet ex precedentibus.Et hec sufficiant ⁊c. Nicolaus Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Quidã dominus Antonius frater cuiusdam mulieris.s.domine petre vidue spõte ⁊ ex certa scientia certam dotem cõstituit dicte sorori sue ad secũdas nuptias transeũti ad cautelam ⁊ securitatem secũdi mariti recipientis dotem a dicto domino Antonio.pater dicte mulieris promisit dicto marito per solẽnem stipulationem sub certa pena eum ⁊ suos heredes ɔseruare indẽnes ab omni petitiõe lite ⁊ ɔtrouersia q̃ moueri possit seu moueret̃ qñcũq; p filios primi matrimonij seu eorũ noie tam occasione dotis q̃ generaliter oim bonorum q̃ ptinere possent ad filios primi matrimonij seu eoꝝ noie tã occasiõe dotis q̃ occasione dicte dñe petre matris.Cõtingit dictã mulierẽ pcedere relictis filijs primi ⁊ secundi matrimonij.demũ decessit fili⁹ scdi.matrimonij.⁊ lis inchoat̃ ɔ̃ maritũ scdm p filios primi matrimonij occasiõe matris eorũ dicẽtes se debere succedere pariter vna cũ filio scdi matrimonij. ¶ Querit̃ an secundus marit⁹ tenet̃ dictis filijs primi matrimonij reddere partẽ dotiũ scdm qd ciuitatis statutũ disponit.Nũquid dictus maritus habeat regressum seu habere possit cõtra patrẽ dicte mulieris occasione stipulatiõis premisse maxime cũ ipse pater spõte iurauerit omnia predicta ⁊ singula firma ⁊ rata perpetuo habere ⁊ tenere in nullo contra facere vel venire per se vel alium de iure vel de facto in iudicio vel extra aliqua ratione ingenio iure modo vel causa.

¶ Consilium.xliij.

1 Nomẽ litis cõprehendit oẽm actionẽ tã in rem q̃ in personam.
2 Fieri dicitur posse quod fit de iure.
3 Uerbum bonorum comprehendit in se actiones.
4 Mens contrahentium in contractibus magis spectatur q̃ verba.

Christi eiusq; pijssime matris postulato suffragio.Uidet̃ pmo dicto scdo viro nullũ ius i pscripto casu ɔpetere ɔ̃ patrẽ dicte dñe petre.pmisit enim dictum virum ⁊ heredes cõseruare indẽnes ab omni petitione ⁊c.⁊ sic vt essent sine dãno.sed damnum proprie est diminutio patrimonij:vt.l.iij.§.de dam.infec.Sed in casu nostro nõ diminuit̃ matrimoniũ dicti secundi viri cũ iure competat filijs primi matrimonij successio.s.in bonis maternis pro rata:vt.l.cũ alij.C.de secũ.nup.Ergo nõ cõmittit̃ dicta stipulatio qd enim iuris fit penã non mereretur.l.gracch⁹.C.de adul.⁊.xxij.q.iiij.q peccat.⁊ nemini iniuriã facit qui vtit̃ iure suo.l.j.§.deniq;.ff.de aqua plu.arcẽ. ¶ Preterea dicta stipulatio ex alio capite ifringit̃.q2.s.nõ potuit pmittere factũ alienũ.vt.l.stipulatio ista in prin.ff.de vb.ob.⁊ insti.de inuti.stip.§.si qs alienũ.Sed dict⁹ pater pmisit factũ filioꝝ primi matrimonij ergo nõ valuit stipulatio.sed his nõ ob.ɔ̃iã sniaꝫ arbitror pualere.moueor primo per text. quasi expssum hũc casum decidentẽ iuncta gl.in.d.l.stipulatio ista.§.sed qten⁹.⁊.§.hi q.Et ibi habet̃ q si stipulor mihi habere licere certã rem sub certa pena cõmittit̃ stipulatio siue de iure siue de facto mihi illa res euincatur q2 vt dicit ibi tex.habere nõ licet si aliqd ei diminuerat ex iure qd habuit ita in proposito non põt iste secũdus marit⁹ dici indẽnis si pars dotis auferat̃ sibi aut filio suo qñcũq; p filiũ primi matrimonij de iure auferat̃ ⁊ per hoc facit qd habetur in.d.l.stipulatio ista.§.quesitũ vbi expsse dicit̃ q etiã circa rem alienã valet ista stipulatio habere licere dummodo subijciatur pena sicut in casu nostro. Fingamus enim q titius donat mihi rem alienã ⁊ pmittit me cõseruare indẽnẽ ab omni lite ⁊ cõtrouersia ⁊c.qs dubitat qñcũq; mihi iure euincat̃ obligat̃ mihi titius ad interesse iuxta ea que habentur ⁊ notant̃ in.l.i.C.de euict.⁊.l.aristo.ff.de dona.vnde licet hoc pactum nõ valeat in piudiciũ filij primi matrimonij.l.si vnus.ff.de pactis.q2 res inter alios acta.l.j.C.de transac.⁊.c.inter dilectos de fide instr.tñ preiudicat ipsi patri promittenti de indẽnitate vel saltẽ committatur pena in stipulatiõe apposita:vt.d.§.quesitũ.⁊.§.j. ¶ Scdo principaliter faciunt verba predicte stipulatiõis multũ generalia eo qd fuit promissa indẽnitas ab omni petitione litis ⁊ cõtrouersia que moueri possit seu mouetur ⁊c.vnde põdera pmo illa generalia verba:ab oi petitione ⁊ controuersia tam de iure q̃ de facto.Nã q omne dicit nihil excludit:vt in.c.solite de ma.⁊ obe.⁊.xix.di.c.romanorũ.⁊ bene facit.c.raynaldus.de test.vbi pena apposita ex cõuentione cõmittitur: lʒ iure conueniatur. ¶ Tertio facit illud verbũ lite ⁊c. 1 †Nam nomen litis cõprehendit omnem actionẽ tam in rem q̃ in personã:vt.l.litis nomẽ.ff.de.vb.sig.actio aũt est ius insti.de acti.i prin.Promisit ergo per hoc verbũ istum virum seruare indẽnẽ ab omni actione iuris mouenda ɔ̃ eum per filios primi matrimonij siue in rem siue in personã. ¶ Item põdera illa verba que moueri possent seu mouerent ⁊c.Nã ista verba mouerẽtur sonant in factum.illa vero que moueri possunt sonãt in ius qd patet per verbũ possent. ¶ 2 †Illud enim dicitur fieri posse qd iure fit:vt in.c.faciat.xxij.q.ij.⁊.l.filius.ff.de cõdi.insti.preter ergo illa verba voluit eum seruare indẽnẽ siue de iure siue de facto filij primi matrimonij agerent cõtra eum. ¶ Tertio principaliter hec snia probari videt̃ per illã clausulã generalem adiectaꝫ in stipulatiõe vꝫ.Et generaliter occasione omniũ bonorum que pertinere possent ad filios primi matrimonij occasiõe dicte dñe petre ⁊c.Unde primo põdero verba omniũ bonorum. 3 †Nam verbũ bonorũ est valde generale comprehendẽs in se etiam actiones.vt.l.bonorũ.ff.de ver.si.Itẽ põdera illa verba que pertinere possent ⁊c.Nõ enim dicunt̃ posse pertinere nisi de iure pertinerent.qd denotat illud verbũ possent p supradicta.Et sic clarissime infertur q etiã respectu petitionis iuridice voluit illum indẽnem cõseruare.Preterea faciunt illa verba generalia q̃ sequunt̃.vꝫ occasione dicte dñe petre ⁊c.negari enim non põt qn occasiõe matris eorũ petant partem dotium.d.l.cũ alijs.C.de secun. nup.ergo locus est stipulatiõi. ¶ Quarto magnũ argumẽtũ prestat pdictis forma iuramenti dicti promissoris in eo qd iurauit nõ venire cõtra dictam promissionẽ de iure vel de facto aliqua rõne ingenio iure modo vel causa ⁊c.Per que verba satis possumus arguere ad pcedẽtia q voluit se obligare de indẽnitate respectu petitiõis filioꝝ primi matrimonij siue de iure siue de facto.Nã verba generalia pcedẽtia declarant̃ per sequentia.in.l.si seruus pluriũ.ff.d leg.i.⁊.l.qui filiab⁹. ⁊.l.si cui dulcia.ff.d vi.tri.⁊ oleo lega.⁊ in.c.sede.de rescri. ¶ Quinto principaliter induco totalem rationẽ. 4 †In ɔ̃tibus magis spectatur mens cõtrahentiũ q̃ verba:vt.l.in conductionibus.ff.de cõdi.⁊ demõ.que quidẽ mens elicitur ex cõiecturis.ita vt euidens dicat̃ mens dico p coniecturas cõstat.vt notabiliter innuit tex.in.l.licet.ff.de le.j. Sed si diligenter ɔ̃hentium mentes cõiecturare velimus ob nullam aliã causam fuit dicta cautio seu pmissio facta nisi vt dos assignata secũdo marito integre remaneret apud filios secũdi matrimonij.Naꝫ propter filios primi matrimonij qui succedunt pariter cũ filijs secũdi in dote:vt.d.l.cũ alijs.Raro vidue reperirent maritum cũ eadẽ dote. cum doteꝫ integram non valeant remittere in filios secũdi matrimonij hinc est q pmissio ista facta solũ respectu filioꝝ primi matrimonij circa dotem assignatam a fratre qui videt̃ eoipso q nõ stipulatur dotẽ sibi reddi.l.vnica.§.in extraneis.C.de rei vxo.act.nullam eñ actionem poterant filij mouere in vita matris.sed tantum in morte. cum in vita parentũ nullam legitimã petitioneꝫ habeant filij.l.i.§.si.ff.de col.bo.Bar.in auf.ingressi.C.de sac.san.eccl.⁊.l.j.§.i.nec castrẽse.ff.d col.bo.Cautiõ ergo fuit respectu petitionis quam iure facere poterãt post mortẽ matris tam de iure cõmuni q̃ de rigore statuti.Et q hoc sit veruꝫ vltra predicta patet.Nã si tantũ voluisset maritus prospicere ⁊ non de iure recepisse promissionẽ generaliter respectu cuiuscunq; qui mouet sibi questionẽ.ʒ hic restringit se ad filios pmi matrimonij qd nõ põt dici ob aliud nisi q2 de iure poterant succedere vna cũ filijs secũdi matrimonij.Et ad predicta multũ facit:q2 nõ solum promisit seruare maritũ indẽnẽ:sed etiã suos heredes.Ex quo infertur q etiaꝫ finita causa dotis durabat dicta promissio de indẽnitate seruãda.vñ tacite videtur fuisse actum vt dos integra remaneret apud filios scdi matrimonij:⁊ q tacite agitur habet̃ pro expresso.l.cum quid.ff.si cer. pe.Etiã hunc intellectũ multũ adiuuat illud verbũ qñcunq; positũ in illa promissione.per qd verbũ infertur q etiã a petitiõe fienda post mortẽ dicte domine petre debebat Antonius seruari indẽnis maxime cõiũctis illis verbis occasiõe dicte domine petre.Facit ad pdicta in arg.l.que dotis causa.cum materia sua.ff.sol.ma.Ex his omnib⁹ concludo stãtibus predictis terminis dictũ secundũ maritum habere regressum contra dictum patrem promissorem pro ea parte quam habebat restituere filijs primi matrimonij.ita q in hoc ⁊ in alijs loc⁹ est dicte stipulatiõi.Et per predicta satis patet respõsum ad cõtraria superius formata.Nam satis diminueretur patrimoniuꝫ istius viri. cum ex pacto tota dos deberet remanere apud eum:euincitur ab eis pars. ¶ Nec obstat q promisit factũ alienum quia apposita fuit pena quo casu valet stipulatio.vt in dictis iuribus:tamẽ q2 melius potius pmisit proprium factum q̃ alienum.s.de assumẽdo in se litem ⁊ seruare indemnem.Et hec sufficiant ⁊c. Nicolaus abbas.

¶ Consilium.xliiij.

1 Mulier est ita subdita marito vt presumatur accersita ab ipso.
2 Renuntiatio simplex extraiudicialis an preiudicet.
3 Arbiter debet diligenter litem discutere.
4 Statutum deuians a iure cõmuni debet restringi qñtum fieri potest.

In presenti qstione duo sunt dubia principalia.Primum nũquid dictum laudũ fuerit nullum.Secũdum presupposita nullitatẽ vtrũ debeat cõtra exequutionis petitionem huius nullitatis exceptio admitti.Nõ obstãte dicto statuto quo omnino nullitatis exceptio ⁊ defensio videtur inhibita.Et circa vtrunq; multum conclusiue procedam cum materia per primum cõsulentem satis sit librata.videtur enim mihi qd dictum laudum sit ipso iure nullum duplici ex capite ex parte mulieris ⁊ in.ta via ex parte mariti.In fauore mulieris pmo facit autẽ. si qua

si qua mulier.C.ad velleia.Nam ẜm intellectū quem ibi ponit Odof.
qualitercūq; maritus ⁊ vxor in eodem instrumento contrahūt:vxor
nō obligatur ipso iure nisi pecunia probetur versa in vtilitatem ipsi⁹
mulieris.vt ibi dicitur in fine.Ratio qr semper in dubio videtur mu-
1 lier adhibita vt intercederet ꝓ marito.† Est enim mulier ita subdita
2 marito vt presumat̃ accersita ab ipso marito.¶ Nec ob.† ꝙ ipsa mu
lier diceret se renuntiasse tertia ratione procedēte etiā quia renūtiatio
simplex extraiudicialis nō preiudicat ipsi mulieri:vt no.Bar.in.l.ge-
neraliter.C.eo.tit.tum qr in casu illius auc̃.non valet renūtiatio etiaꝫ
si snīa fieret.vt ibi leg.⁊ no.⁊ est speciale in casu illius auc̃.quādo vere
vel presumptiue intercedat in eodē instrumento pro marito.Et facit
in fauorē vtriusq;:scꝫ vxoris ⁊ mariti:qr dicti arbitratores non diffi-
nierunt totā qōnē:⁊ sic nō vident̃ snīam dixisse:vt est tex.in.l.dicere.
⁊.l.nō distinguemus.§.quesitū.ff.de arbi.debet eñ arbiter ita pronū-
tiare vt a tota lite discedat̃:aliter nō valet snīa:vt'in iuribus prealle.
Et est bona gl.in.d.l.licere.Nec obst.si dicatur cōpromissum fuisse in
cōsules artis lane tam pñtes ꝙ̄ futuros:quia debet intelligi ꝙ si pre-
sentes nō diffinirēt in termino possent successores arbitrari:non autē
debuit intelligi:vt pro parte diffinirēt contra in.l.hoc iudicio.cuꝫ ibi
no.ff.fa.herē.⁊ per Inno.in.c.cum inter.de re iudi.vel vt snīam incer
tam ꝓferrent cōtra.ij.q.vj.§.diffinitiua.⁊ per Inn.in.c.cum venera-
bilis.de excep.in ver.autem.Non enim valet snīa que non est certa ꝑ
se vel relationē ad actū:vt ibi no.Inn.⁊ plenius per Io.an.in addi.
Spe.in ti.de sen.pla.§.qualiter.versi.sed pone iudex.Et videt̃ proba
3 ri in.l.iiij.C.de sen.q̄ sine cert.quāti.¶ † Debet eñ arbiter diligenter
litē discutere ⁊ totalē finē ꝯtrouersie imponere.vt.l.si de meis.§.rece-
pisse.ff.de arb.Ex quibus omnib⁹ satis patet quid dicendū in primo
dubio.¶ Circa scōm qđ videtur magis dubitabile vtrū non obstāte
statuto debeat admitti hec nullitatis exceptio:multuꝫ facit theorica
Bar.in.l.j.ff.qđ vi aut clā.vbi inter cetera dicit qđ si statutū remouet
oēm exceptionē ⁊ defensionē nō est aliquod remediū nisi vt pars sol-
uat ⁊ postea repetat si habet iustam cām excipiēdi ⁊ vetante statuto
nō fuit admissa nisi velit excipere remouēdo illā qualitatē super qua
statutū se fundat:vt puta si dicit cōtra instrumētū publicū nulla ad-
mittatur exceptio seu defensio possum excipere ꝙ instrumētū non est
publicū:vel si dicit ꝯtra laudū arbitroꝝ nulla admittat̃ exceptio pos-
sunt excipere ꝙ illi non fuerūt arbitri.vt in hoc casu ꝓprie loquit̃ gl.
in cle.vnica de seque.que dicit qđ si aduersus snīam non pōt opponi
exceptio possim opponere de effectu iurisditionis.ratio est quia si non
habebat iurisditionē nō pōt appellari snīa.de re iudi.cle.pastoralis.⁊
no.in.l.ij.C.cōia vtriusq; iud.⁊ sic per hāc exceptionē detrahit̃ quali
tas super qua fundat̃ iuris dispositio.¶ Sed in casu nostro hoc nō
pōt dici cū illi fuerint arbitratores: nec per hanc nullitatis exceptio-
nem desinit esse laudū arbitratorū.⁊ optime vr̃ qđ si in dispositione
tollunt̃ exceptiones ꝑ expssum nō possunt opponi etiā si sint rationa
biles.Sed his nō obstantibus ꝯriū arbitror dicendum in casu nostro
duplici ex capite.primo qr remotis generaliter exceptionibus non vi
det̃ remota exceptio notorie legitima ex quo de notorijs qualis'i sta-
tuto nulla fit mētio.ꝓbat̃ optime in simili in.d.cle.pastoralis.de app.
iūcto.c.ex cōquestione.in gl.sua.de rest.spo.dr enim in.c.pastoralis qđ
per clausulā appellatione remota remouet̃ omnis appellatio que a
iure expsse nō indulget̃ ⁊ tñ si notorie grauat̃:lꝫ expsse ille casus a iu-
re nō sit determinat⁹ admittat̃ appellatio:vt in.d.c.ex cōquestiōe.cū
gl.Et hoc cōiter tenēt ibi doc.Ad idem facit.c.inter cetera de re iudi.
⁊ qđ no.in cle.pastoralis.prealle.in gl.in ver.non habebat.Hoc idem
scđo probo per ipsius theoricā in.l.omnes populi.ff.de iusti.⁊ iure.et
l.nō dubiū.C.de legi.vbi dicit ꝙ legitima causa est restringendi statu
tum gñaliter loquēs quādo aliqs indebite dānum pateret̃.l.adigere.
§.quāuis.ff.de iurepatro.vel qñ aliqs iniuste ad lucrū admittit̃.vt in
l.vt gradatim.ff.de mu.⁊ hono.facit.c.abbate.de ꝟ.sig.vel si in casu
restrictionis cessat rō que mouit statuentē.vt in.d.§.quāuis.facit ad
p̄dicta.c.cū dilectus.de cōsue.⁊.l.ij.C.de noxa.Sed in casu nostro ne-
dū altera istarū rationū:sed militāt oēs.Nā si nō admittitur hec nul-
litatis exceptio isti marit⁹ ⁊ vxor indebite sentirēt dānum:⁊ isti credi
tores iniustū cōsequerentur lucrū:vt patet ex seq.¶ Itē dicta noto-
rietate exceptionis cessat ratio generalis statuti.nulla enim ratio po-
tuit mouere statuentem ad remouēdas exceptiones:nisi qr timet̃ de
malitia ⁊ fraude opponentiū querentiū dilatare iudiciū.arg.optimū
in.d.c.ex parte.Sed hec ratio cessat quādo exceptio est notoria.argu.
viij.dist.manifesta.Nec ob.si dicatur ꝙ nulla rō est in statuto expssa
qr licitū est cōiecturare rationem que potuit legis mouere latorē ⁊c.⁊
ẜm illam cōiecturā licet restringere vel ampliare statutū:vt not.Cy.⁊
alij in.d.l.non dubiū.facit quod no.gl.j.dist.cōsuetudo.¶ Item sta-
tutū deuians a iure communi debet restringi quātū fieri potest vt mi-
nus ꝙ̄ possit ledat ius cōmune:vt no.probat̃ in.d.c.cū dilectus.⁊.d.
l.ij.C.de nox.Et qđ hec exceptio sit notoria patet:qr clare colligit̃ ex
actis id tamen ex actis patet potest dici notorium:vt est tex.in.c.cum
olim.de ver.sig.Et notant dñi de Rota deci.ccccxxxix.⁊ no.Innoc.
in.c.ex insinuatione.de appel.Secūdo capite etiā debent admitti: qr
statutum remouet exceptiones cōtra laudū arbitrorū:sed nō pōt dici
laudū ex quo ꝯtrouersia nō deciditur:sed fit remissio ab alio.vt ꝓba-
tur in.d.l.dico ergo qđ hec exceptio remouet qualitatē sup qua statu
tū se fundat ⁊ ꝑ cōsequēs debet admitti.vt.d.l.j.⁊ qđ ibi no.ꝙ vi aut
clam.⁊ per glam.d.l.vna.de sequestra.Et hec sufficiant.

¶ Casus consilij sequentis.

Casus.Quidaꝫ dñs Bartholo-

meus olim eps Massan⁹ quoddā fortilitiū iuris epalis sui cū domi-
bus ⁊ alijs pertinentijs ad dictū fortilitium titulo locatiōis ad.ix.an
nos tunc proxime futuros sub annua pensione.cxxv.florenorū qbus
dam solenniter concessit:hoc specifice inter cetera solenniter actio iter
dictas ptes videlicet vt ꝯductores ipsi teneāt̃ durāte dicto locatio-
nis tpe dictū fortilitiū ⁊ domus ipsius eorū ꝓprijs sumptibus in eo
in quo erat statu vel meliore cōseruare ⁊ finito dicto tpe locatiōis pre
fato epatui restituere.Cōtigit ꝙ ipsorū cōductorū incuria vel negli-
gentia vel inaduertentia dom⁹ dicti fortilitij in parte passe sunt rui-
nā:intātū ꝙ epatus dānificatus extitit fere in.cc.florenis.deniq; fini
to tempore dicte locatiōis:eps Massanus antedictus ad cōductarū
nimiam instantiā libere ab omni obligatiōe absoluit gratis ⁊ libera-
uit.quo episcopo vita functo successor in episcopatu petit dānū resti-
tui allegādo dictā liberationē esse nullam.Queritur quid iuris:⁊ qa
casus non videtur magnā cōtinere dubietatem breuiter procedam.

¶ Consilium.xlv.

1 ☞ Prelatus potest donare modica de rebus ecclesie.
2 Episcopus habet nudam rerum episcopatus dispensationem.

CHristi eiusq; matris p̄sidio

humiliter inuocato.Satis videt̃ mihi clarissime dictā libe
rationem non valuisse in preiudiciū epatus.Nā remittere
gratis:idē est qđ donare.l.quinetiā.ff.de calū.⁊.c.veniēs.el.j.iūcta gl.
de testi.Sed eps nō pt donare iura ⁊ reditus ecclesie sue sine causa lé
gitima ꝙ si fieret talis donatio reuocat̃,vt ꝓbat̃ in.c.si quos.⁊ in.c.
de seruis.xij.q.ij.⁊ in.c.fraternitatē.de don.vbi dicit qđ eps rex eccle-
siasticarū est ꝓcurator ⁊ nō dñs:ideo cōditionē eccl'ie meliorare pōt.
deteriorē aūt facere nō debet:vt ibi dicit tex.¶ Secūdo ad idem fa-
1 cit.c.ceterū.de dona.vbi habet̃ † ꝙ p̄latus potest modica de reb⁹ eccle
sie donare si hoc hꝫ cōsuetudo quasi magnā donationē facere nō pos
sit:etiā si ꝯsuetudo hoc habeat qa cōsuetudo multū dānosa ecclesijs
nō valet.vt in.c.j.de ꝯsuetu.Sꝫ in casu nostro pōderato dāno ⁊ redi-
tibus ipsius epatus:satis videt̃ donatio immēsa maxime cū ex ea re
maneat eccl'ia ruinosa ⁊ sine spē refectiōis:igit̃ dicta liberatio nō va-
2 luit.¶ Tertio ꝓbari vr̃ per.c.eps.in quibus patet † ꝙ eps habet nu-
dā rerū epatus dispēsationē:nec potest de reb⁹ mobilib⁹ aut immobi
libus seu reditibus disponere ad libitum sed ẜm deuꝫ si aliter facit in
currit dānationē.ad idē.j.q.iij.c.peruenit.¶ Quarto ꝓbatur per lo-
cū a speciali.in.c.episcopus.⁊.c.bone.xij.q.ij.⁊ in.c.apostolice.de do-
nationi.in quib⁹ iuribus ex speciali priuilegio ꝯcedit̃ epo:vt edifican
do monasteriū de nouo vel ecclesia magnificādo pro sepulturis suis
possit dare centesimam vel quinquasimā reditūum ecclesie sue: cum
hac tamē limitatiōe vt ecclesie sue ex hoc graue dānum non infligat:
vnde si ex hoc graue damnum infligat non valet de iure etiā in istis
casib⁹ priuilegiatis:ibi.Sed in casu nostro non solū sumus extra di-
ctos casus spāles.sed etiā damnū ex illa gratuita liberatiōe illarū est
ecclesie habita ꝯsideratiōe ad tenuitatē redituū dicti epatus ⁊ ad dā
nū illatū dicto fortilitio seu ipsi⁹ domibus.¶ Quito facit ꝙ qñcūq;
qs hēat liberā administrationē nō tñ ꝯsequit̃ ptātē donādi vl' pactū
gratuitū faciēdi:vt in.l.cōtra iuris.ff.de pac.⁊.l.filius.ff.de dona.⁊.l.
p̄ses.C.de trāsac.⁊.c.fraternitatē.de dona.lꝫ ergo eps dicat̃ i rebus
episcopatus hēre liberā administrationē:vt in.c.cū nobis.i fi.de elec.
nō tñ potuit in preiudiciū ecclesie liberationē gratis facere vt in iuri-
bus p̄alle.Et ad hoc optime facit qđ no.Host.⁊ Ioā.an.i.c.j.de po-
stu.vbi dicunt qđ de mero iure nō licet prelato renūtiare gratis exce-
ptioni vtili ecclesie competēti.vt.s̄.de pac.l.contra iuris.C.de trāsac.
l.preses.Ad idem.C.đ pact.l.pactū curatoris.⁊.ff.pro empt.qs fun
dum.§.si tutor.cū simi.in quibus patet ꝙ tutor vel curator vel admi
nistrator ciuitatis ⁊ similes:quantūcūq; habentes liberam admini-
strationem non possunt remittere gratis ius pupilli seu minoris vel
ciuitatis clarum ⁊ indubitatū.Nec obst.si tu diceres prelatū maxime
episcopū habere maiorē administrationē ꝙ̄ predicti habeant: vt pa-
tet ex glos.bo.v.q.iij.c.fi.⁊ per Innocē.in.c.veniens:de rescrip.Nam
fateor hoc verum nō tamen ita maiorē vt possit ad libituꝫ donare vl'
iura ecclesie remittere cuꝫ graui damno sui episcopatus:vt prabatur
in iuribus superius allegatis.⁊ per Inno.in.d.c.veniens.⁊.c.accedē
tibus.Et hec sufficiant. Nico.Abbas.

¶ Consilium.xlvj.

1 ☞ Maritus ⁊ vxor possunt facere noua pacta ab his que gesta sunt
super primaria dote pro augmento dotis.
2 Mulier nō potest augeri dotem nisi maritus pari incremēto augeat
dationem propter nuptias.
3 Mulier habēs bona si nub.t videt̃ tacite oīa bona sua dare in dotēꝫ.

Omnipotentis dei postulato suffragio. Tria mihi ostensa dubia elicio. ¶ Primum an stante statuto ꝙ maritus lucretur dimidiã dotiũ debeat Nicolaꝰ Ioãnis martini de terra Anglarij superuiuẽs quondã dñe Angele vxori sue lucrari dimidiã cẽtum ꝗnquaginta florenoꝝ quos in augmẽtũ dotis dicte dñe Angele ꝯfessus fuit se recepisse a ser Leonardo petri genitore dicte dñe Angele. ¶ Secũdum dubiũ nũquid dictus Nicolaus lucret̃ medietatẽ quarũdã possessionũ dicte domie Angele quas dicit sibi fuisse in dotem assignatas: quarũ administrationẽ habuit dictus Nicolaus ĩ vita dicte domine Angele cũ tñ nõ possit exp̃sse ꝓbari per instrumentũ vel testes dictas possessiões fuisse datas in dotẽ. imo filius dicte dñe Angele ex alio matrimonio succedẽs dicte sue matri ab intestato asserit illa fuisse bona paraphernalia eius matris. ¶ Tertiũ dubiũ cuꝫ dictus Nicolaus emerit a dicto Leonardo quedã bona pro se ⁊ dicta dña Angela eius vxore: ⁊ eorũ heredibꝰ debeat Antoniꝰ dominici laudi de Anglario filiꝰ dicte dñe Angele ex alio viro succedere dicte matri sue ĩ medietate illoꝝ bonorũ p̃dicto modo. ¶ Et ꝓcedatur in his dubijs conclusiue ex quo per arbitros cõiter a partibꝰ assumptos petit̃ cõsiliũ super partibus eoꝝ assumẽdis. ¶ Circa primũ dico † ꝙ in augmẽto dotis possunt maritꝰ ⁊ vxor facere noua pacta ab his que gesta fuerũt sup primaria dote vt est tex. in. l. si ꝯstãte. C. de do. añ nup. ⁊ si nihil de nouo actũ fuit statur priorib' pactis ⁊ cõuentiõibus: ita ꝙ statuta ⁊ ꝯuẽta super dote habent locũ super augmẽto dotis cum augmentũ sit pars dotis vna ⁊ eadem res non debet diuerso iure cẽseri. pro hoc bo. text. in. c. cognouimus. xij. q. ij. ⁊ hanc sñiam in terminis nostris tenet gloss. ⁊ Cy. i. d. l. si cõstante. ⁊ videt̃ tex. exp̃ssus in. l. inter socerum. §. cuꝫ inter. in fi. ff. de pac. dota. Itaqꝫ ꝯcludo ꝙ si valuisset illa augmẽtatio dotis lucraret̃ dictꝰ Nicolaus dimidiũ illiꝰ augmẽti ex quo noua pacta nõ intercesserunt. Sed dicas ꝙ nõ valet illa augmẽtatio dotis: q2 lꝫ de iure potuisset vtrobiqꝫ vel alteri eorũ augmẽtare dotem vel donationem propter nuptias. vt in. d. l. si cõstante. tñ hodie de iure autentico † nõ potest mulier augere dotẽ nisi maritus par incremento augeat donationem ꝓpter nuptias ne mulier decipiat̃: vt est text. in auf. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. ⁊ ĩ corpore vnde sumitur latiꝰ ꝯtinet̃ in auf. de equa. dot. §. ij. ¶ Concludo ergo circa primũ ꝙ si dictꝰ Nicolaus pariter augmẽtauit donationẽ ꝓpter nuptias lucrat̃ dimidiaꝫ augmenti sicut dimidiã dotis. Sed si ipse non dedit incremẽtũ nil lucrabitur de augmẽto: quia nõ valuit in p̃iudiciũ mulieris. ¶ Venio ad secundũ dubiũ in quo breuiter dico dictũ Nicolaum lucrari dimidiam partẽ illarũ possessionũ: quia alia assignatione dotis non apparente presumendũ est illas possessiones fuisse sibi in dotẽ assignatas probo multipliciter. Primo † quia si mulier habẽs bona nubit videt̃ tacite omnia sua bona dare in dotẽ: vt no. gl. in. l. mulier bona. ff. de iure dotiũ. Sequitur Bar. ⁊ clarius ⁊ latius in. l. si ꝯstãte. ff. sol. mat. ¶ Item cũ pater dicte dñe Angele ex postfacto cõfitetur dotẽ vt. s̃. dictũ est ergo prius cõstituit sibi dotẽ: quia non potuit esse augmẽtũ dotis sine dote arg. in. c. cum marthe. de cele. missa. ⁊ c. ad dissoluẽdũ. de despõ. impu. ⁊ l. decem. ff. de ver. obli. debemꝰ ergo in dubio p̃sumere illa bona fuisse data in dotẽ, tuꝫ quia maritꝰ habuit illoꝝ administrationẽ. tũ quia fuerũt data primo marito vt colligit̃ ex testamento illius: ⁊ pater non debet diminuere dotẽ filie trãseũtis ad secũdas nuptias: vt in auf. sꝫ q̃uis. C. de rei vxo. act. vñ presumi debet ꝙ illa bona si dederit in dotẽ: q2 ex quo quis de iure tenet̃ ad factũ ⁊ illud reperitur factũ p̃sumit̃ gestũ ab eo qui ad hoc de iure tenebat̃. vt in. l. ij. C. de ali. pupil. p̃stan. ⁊ in. l. cũ seruũ. ff. de ꝟb. obli. ⁊ qd no. Bar. ⁊ hoc de scdo. ¶ Circa tertiũ ⁊ vltimũ dico dictũ Antoniũ si vult succedere in medietate illorũ bonorũ emptoꝝ ꝑ dictũ Nicolaũ modo predicto debere conferre dicto Nicolao medietatẽ pretij: quia in dubio ex quo solus Nicolaꝰ tunc pro se ⁊ vxore ⁊ eorũ heredibꝰ p̃sumit̃ emisse de suis pecunijs ꝓprijs ⁊ gessisse in hoc negotiuꝫ vxoris ⁊ heredũ. Si ergo vxor vel heredes volũt ratificare dictã emptionem dñt soluere medietatẽ: hoc videt̃ ꝓbari in. l. iij. C. ꝓ soc. ⁊ exp̃sse hoc ibi tenet bar. ⁊ idem sentit in. l. si patruus. C. cõia vtriusqꝫ iudic. ⁊ in. l. que dotis. ff. solu. ma. facit. l. si ego. l. penul. ff. de neg. gest. Non eñ debet p̃sumi donatio: vt in iuribꝰ p̃dictis. nec etiam valuisset inter maritũ ⁊ vxorẽ cõstante matrimonio. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. per totũ. ⁊ in. c. fi. eo. tit. ¶ Ex instrumẽtis autem nõ apparet qd vxor de suo soluerit partẽ pretij. ⁊ hoc de tertio. ¶ Ex omnibꝰ p̃dictis dico ꝙ partes arbitrorũ sunt in hoc casu vt ꝓnuntiẽt dictũ Nicolaũ non debere lucrari aliqd de augmẽto dotis: nisi (vt dixi) ꝓbaretur ꝙ ipse pariter augmẽtauerit donationem ꝓpter nuptias. Item ꝙ debeat lucrari partẽ illaruꝫ possessionũ tanꝙ̃ dotaliũ Insup ꝙ dictꝰ Antoniꝰ debeat soluere medietatẽ pretij eoꝝ bonorũ emptorũ, si vult habere medietatẽ eorũ ratificãdo emptionẽ factã ꝑ dictũ Nicolaũ. Et hec sufficiãt. Nico. abb.

Casus consilij sequentis.

Nicolaus dñi Spinelli de Pico lominibus ex omni sui parte sensatus noiatus ⁊ clericꝰ ⁊ imbuxulatꝰ extitit ad officiũ priorũ. ꝓcedẽte ꝟo tpe casu vtroqꝫ lumine ꝑuatꝰ est ⁊ hoc sensu carẽs tp̃e extractionis ad certã potestariã repertꝰ extitit quẽ qd̃ magistratũ acceptauit. Sed a nõnullis obtẽtũ extitit eũ ad hunc magistratum inhabilem ratiõe defectus. Queritur quid iuris.

¶ Consilium. xlvij.

1 Cecꝰ ꝓhibetur aspirare ad nouũ magistratũ: ceptũ tñ retinere põt.
2 Cecus potest succedere patri baroni vel habenti aliam iurisdictionem: licet de nouo talis dignitas ei conferri non possit.
3 Electio si fit per ciues ad munera que quis necessario subit ex ea sola acquiritur ius absenti ⁊ ignoranti etiam inuito.
4 Nominatꝰ ad aliquod officiũ debet statiꝫ appellare: alias recusare nõ potest.

Christi eiusqꝫ matris p̃sidio humiliter inuocato. Videt̃ primo dictũ Nicolaũ fore ĩhabilẽ ⁊ sic nõ admittẽdũ ad dictã potestariã: ꝑ tex. exp̃ssuꝫ in l. j. §. casuꝫ. ff. de postu. vbi post multa ꝯcludit̃ † ꝙ ad nouũ magistratũ cecꝰ aspirare ꝓhibet̃: retinere aũt iã ceptũ põt: sꝫ p̃dictꝰ Nicolaꝰ non ceperat dictã potestariã añ cecitatẽ administrare: ergo ad illã reputãdus est inhabilis. ¶ Ad idẽ scdo facit gl. i. l. cecꝰ. ff. de iudi. q̃ dicit illã l. itelligẽdã qñ añ erat iudex ꝙ cecꝰ tũc nõ ꝓhibet̃ iudicis officio fungi: secꝰ si añ erat: vt in casu nr̃o. Nã ꝑ solã electionẽ nõ cõsequit̃ qs dignitatẽ: sed reqrit̃ acceptatio ⁊ ingestio: vt ꝓbari videt̃ in. l. pupillus. ff. de cõdi. ⁊ demõ. ⁊ l. ex eo. ff. de mili. test. ⁊ vtrobiqꝫ ꝑ Bar. maxime in. d. l. eo. videtur glo. in. l. priuatorũ. C. de iurisdi. oĩm iud. q̃ dicit per solã electionẽ ꝯsequi ius dignitatis: lꝫ nõ administrationẽ. ¶ Tertio facit. c. nulli. de elec. li. vj. vbi ptꝫ ꝙ post electionẽ possũt etiã electores opponere defectũ emergẽtẽ: ⁊ sic nõ sufficit habilitas tp̃e electiõis nisi etiã adsit tp̃e ꝯfirmatiõis seu acceptiõis. ¶ Sꝫ his nõ obstãtibꝰ ꝯ̃riũ puto de iure ꝓcedere. Moueor principalr̃ ꝑ tex. in. d. l. j. §. casuꝫ. de postulã. vbi text. dicit ad nouũ magistratũ aspirare ꝓhibere: que ꝟba si bene põderent̃ apte ꝓbãt dictũ Nicolaũ esse habilẽ. p̃mo eñ dicit ad nouũ ⁊c. Sꝫ nõ põt dici nouꝰ magistratꝰ cũ iãdudũ añ cecitatẽ fuerit electꝰ ⁊ imbuxulatꝰ. arg. ĩ. c. cõsuluit. de iudi. ¶ Itẽ põderãdũ est verbũ aspirare qd apte intẽdit hũc defectũ repellere cum inquit initio deputatiõis: sed ĩ casu nr̃o nõ põt dici ꝙ cecus aspirauerit ad hũc magistratũ cũ iã fuerat denũciatꝰ tp̃e quo erat vndiqꝫ senatꝰ. ¶ Scdo ad idẽ facit qd no. Bar. in. l. cecus. p̃all'. vbi dicit † ꝙ cecꝰ põt succedere p̃ri baroni vel habẽti aliã iurisdictionẽ: lꝫ de nouo talis dignitas ei cõferri non possit. quasi satis est ꝙ fuerit habilis tp̃e quo habuit speꝫ succedẽdi: vñ supueniẽs cecitas nõ priuat eũ illa spe. ar. tñ est ꝙ filiꝰ viuẽte patre ñ hꝫ administrationẽ in bonis patris: nec aliqd ius petẽdi legitimã sed solũ spem: vt in. l. j. §. impuberẽ. ff. de col. bo. No. Bar. in. l. j. §. nec castrẽse. ⁊ auf. ingressi. C. de sa. sanc. ecc. facit qd leg. ⁊ no. i. §. sꝫ sui. isti. de here. q̃li. ⁊ differ. Vñ supueniẽs cecitas nõ solũ priuat de administratiõe iã habita: sed nec spe acqsita cecitatẽ. Sꝫ in casu nr̃o per electionẽ ⁊ imbuxulationẽ fuit dicto Nicolao acqsitũ fortiꝰ ius quã nuda spes: q2 ꝑ electionẽ acqrit̃ ius dignitatis: lꝫ nõ exercitiũ. vt dicit gl. no. in. d. l. priuatorũ. lꝫ male rep̃hẽdat̃ per Bar. i. d. l. ex eo. nã opi. illiꝰ gl. tꝫ gl. no. in decreto. lxiij. di. quãto. ⁊ doc. i. c. trãsmissaꝫ. de elec. ⁊ maxime hoc est idubitatũ ĩ casu q̃ post electionẽ nõ reqrit̃ alia ꝯfirmatio sicut ĩ casu nr̃o q̊ casu cessat obiectio Bar. vt ip̃emet voluit i. l. absẽti. ff. de dona. vbi saluat gl. quã male deprehẽdit i. d. l. ex e. ¶ Nã in ipso electo dicit i. l. absenti. vbi † electio fit ꝑ ciues ad munera q̃ qs necessario subit ex ea sola acqrit̃ ius absenti ⁊ ignorãti etiã iuito. vt. l. illd. cũ l. seq. ff. de tu. ⁊ cur. da. ab his. lꝫ ñ acqrat̃ administrãdi ius nisi postꝙ̃ sibi decernat̃ ad illd officiũ. ar. in. l. fi. C. arbi. tu. nec eo inuito põt aliꝰ ad illud officiũ deputari. C. qñ hab. tu. ꝑ totũ. fm eũ i. d. l. absenti. Cũ ergo hoc officiũ sit hmõi nec reqrit̃ alia ꝯfirmatio statiꝫ fuit dicto Nicolao ius acqsitũ. s. tp̃e electiõis ⁊ deputatiõis. ergo cecitas nõ hꝫ ꝑuare iure iã q̃sito: cũ nõ possit dici nouꝰ magistratꝰ: vt i. d. §. casuꝫ. ⁊. d. l. cecꝰ. ad idẽ etiã. c. cũ ꝑcussio. vij. q. j. de cle. egro. c. j. vbi dr̃ ꝙ supueniẽs inhabilitas nõ dꝫ priuare iure iã q̃sito etiã de dignitatibꝰ eccl'iasticis ne addat̃ afflictis afflictio: ⁊ sine culpa sua si qs priuet̃ iure suo ꝯ̃. c. satis ꝑuersuꝫ. vij. dist. cũ sit potiꝰ cecis miserẽdũ: ⁊ eis de nouo subueniẽdũ. vt i. c. lꝫ. de cẽsi. ¶ Preterea facit tex. in. l. q ad scribatũ. ⁊ l. hi q ad ciuilia. C. de ap. vbi dr̃ † ꝙ noiatꝰ ad aliqd officiũ dꝫ statim appellare al's illud recusare nõ põt q̃si illico acqrit̃ sibi ius vt ampliꝰ ꝓuocare ñ possit ergo nec supueniẽtẽ cecitatẽ ꝑuari. ⁊ de hoc est tex. i. d. l. cecꝰ. vbi simplr̃ dr̃ ꝙ cecꝰ iudicãdi officio fungit̃. Nec ob. ẽt si dicat̃ qd cũ iudex habeat ꝑ se ferre sñiaꝫ in scriptis. vt. l. j. ⁊ fi. C. de sen. ex peri. reci. ⁊ c. fi. de re iud. li. vj. Cecus aũt legere nõ põt ergo ⁊c. q2 lꝫ ꝑ se ferre non põt poterit tñ ꝑ suũ vicariũ ferre. nã ptãs est de maioribꝰ magistratibus q p̃nt ꝑ aliũ sñiam ferre: vt no. glo. ⁊ Bar. i. d. l. fi. Et dicit bar. in ceco. i d. l. cecus. nã ⁊ illiterati assumunt̃ ad hec officia q ꝑ alios ferãt sñiaꝫ. vt. l. certi. C. de iudi. Itẽ hoc operat̃ necessitas supueniẽtis rõne cuius multa ꝑmittunt̃ al's ꝓhibita. vt declaro ego ꝑ totũ. ⁊ l. si lõgiꝰ. ff. de iudi. Nõ obstãt alia ꝯ̃ria supiꝰ formata. satis eñ patet rñsuꝫ ꝑ p̃dicta. procedũt eñ qñ ius adhuc nõ erat acqsitũ tempore cecitatis superuenientis: sed hic plenũ ius erat acquisitũ. Sed solũ defuit exercitiũ cuꝫ

in casu nostro requiratur confirmatio nec acceptatio nec ingressio:sꝫ etiam nolenti ius est acquisitum cum hoc sit munus publicū qđ ne cessario tenetur electus subire:vt.s.dixi.Et hec sufficiant.¶ Cōcludo ergo dictum Nicolaum a dicto officio potestarie licet nūc reperiatur cecus non esse priuādū ex quo tempore electiōis ⁊ imbuxulatiōis hunc defectū nō patiebatur.Laus deo.Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Casus talis est.Quidam Frācis

cus Tucij habens sororem carnalē nomine Lenā pmisit per scripturam priuatā dare in spōsam cuidā Joāni.Et ad hoc cōuenerūt die v.Aprilis.Mccccxxv.deinde die.v.Maij sequētis ad maiorē validitatē rei pmisse Leonardus ⁊ Joannes auūculi dicte Lene p istrumentum publicū promiserunt dicto Joāni sub quadā obligatiōe se facturos ⁊ curaturos qđ dicta Lena cōtraheret matrimoniū p vba de p̄senti cū dicto Joanne eādē obligationē de ꝯhēdo matrimonio cū dicta Lena recipiētes ab eo:quibus peractis Frācisᷓ frater dicte Lene volēs incipere pmissionē de cōtrahendo matrimonio cū dicta Lena p eā factā dicto Joanni impletā in duobus banchis dari fecit dicto Joanni p parte dotiū futurarū certā quātitatē pecunie.postq̄ dictus Joannes qdā iocalia ſm regiōis cōsuetudinē misit dicte Lene tanq̄ spōse sue que omnia illa recepit vt sponsa dicti Joannis ad quā sepissime dictꝰ tanq̄ ad spōsaꝫ accessit tā in domo prīs dicte Lene q̄ i qbusdam alijs locis i qbus dicta Lena tanq̄ spōsa iuitabat. demū p partes p̄dictas sepissime dies ad cōtrahēdū matrimoniū de p̄senti statuta fuit.sed p dictū Joannē semp defuit qui fictas ⁊ simulatas occasiōes allegās sp ꝯtrahere distulit turpiter adamādo quandā muliercula quā loco cōcubine nō modico tpe tenuit:⁊ adhuc hodie detinere dicit.Ex quibꝰ omnibus dicta Lena puocata vidēs se ita a dicto Joanne sperni cum in spōsam se recusat habere:⁊ cū alio mr̄imoniū cōtrahere ⁊ discedere dicto Joāne nūc reluctante ⁊ dicēte se paratū ad cōtrahendū matrimoniū cū dictā Lenā.Nūc ꝯtigit i iure de pluribus dubitare.Et prīo nūqd inter dicta Lena ⁊ dictū Joannē fuerūt spōsalia de futuro ꝯtracta:cū dicta Lena i dictū Joānē nūq̄ expresse ꝯsenserit.Secūdo p̄supposito sponsaliorꝫ vīculo an dicta Lena valeat licite a dicto sponsaliorū ꝯtractu recedere ⁊ alij mr̄imonialiter coniūgi.Tertio nūquid dicte pecūie quantitas soluta p parte dotiū per dictū Franciscū possit repeti a dicto Joanne ex q̄ dicta Lena cū eo matrimoniū ꝯhere recusat.Quarto an dicti Leonardꝰ ⁊ Joānes auūculi dicte Lene ⁊ Franciscus frater carnalis eiusdē remaneant in aliquo vigore dictaꝝ promissionū dicto Joāni obligati cū nō remaneat p eo quominus matrimoniū sequatur inter eū ⁊ dictam Lenam:sed per ipsam Lenam dūtaxat ⁊c.Queritur qđ iuris?

¶ Consilium.xlviij.

1 ☞ Spes matrimonij violari non debet.

Christi eiusqꝫ matris p̄sidio

legatus etiam de latere non potest tollere ius alteri quesitum in. c. fin.
de confir. vti. ⁊ immutare iuris ordinem. vt dicit gl. post Spe. in. c. fin.
3 de here. lib. vj. ¶ † Solius enim principis est tollere ius alteri quesitũ
iuxta nota. in. c. constitutus. de relig. domi. ⁊ in regula indultum a iu-
re. de regulis iuris in. vj. ⁊. xxv. questi. ij. in summa. ¶ Si vero dictus
dominus non habebat iurisdictionem dicendum videtur quod aut li
tigãdo corã suis delegatis deputatis in hac causa prorogauerũt isti
de monte

de mōte sancte Marie iurisditionē istius domini de malatestis:nō di co delegatorū suorū sicut quidā incōsiderate ī hac causa allegauerūt. Non eñ hic cadit illa disputatio an delegati iurisditio possit prorogari.tūc eñ hꝫ locū illa indagatio qñ delegatꝰ vult cognoscere vltra cōprehensa in rescripto.iuxta no.ī.c.cū olim.el.j.⁊.c.p.⁊.g.⁊.c. de causis.de offi.dele. ¶ Sed ex quo in casu nostro isti delegati cognouerūt tātū de causa ⁊ inter ꝑsonas de quibus tñ cōmissiōe eis facta frustra indagat̃ an iurisditio delegata possit prorogari.quia isti cōmissarij gerebāt ꝑ oīa vices illius dñi de malatestis:vt in iuribꝰ superius allegatis.⁊ sic potius videtur prorogata iurisditio illius dñi q cū al's ordinarius esset iure sua potuit sua iurisditio prorogari ⁊ virtute prorogationis causam cōmittere.vt in.l.j.ff.de iudi.⁊.l.ij.C.de iurisd.om.iudi.l.ex cōsensu.C.de epis.audi.⁊.c.significasti.cū ibi no.de fo.cōpe.Nā prorogata iurisditio est illius nature cuius est ista principalis.vt no.in.c.p.⁊.g.⁊ patet in.d.l.ij.vnde sicut poterat cōmittere suā iurisditionē.l.vnica .C.q pro sua iurisdi.ita ⁊ prorogata.in prorogatiōe vero iurisditionis saltē ordinarie sufficit tacitus cōsensus partium.arg.in.l.j.C.de iurisdi.om.iudi.⁊.l.ij.ff.de iudi.no.Bar.in.l.j.ff.eo.ti.⁊ Inno.in.c.ad petitionē.de accu.in prin.sed hoc notoriū erat ipsis cōitatibus ꝙ eoꝝ syndici litigabāt corā delegatis ipsius dñi.ergo sufficere debebat ipsarum cōitatū tacitus cōsensus.⁊ sic tolli vident̃ multa per aliquos allegata ponderantes syndicū mōtis sancte Marie nō habuisse mandatum ad prorogādū iurisditionē:quia syndici.sed iste cōitates vidētur ꝓrogasse patiētes illos syndicos litigare corā illis.⁊ ad h̃ tex.notabilis iuncta glos. in.d.c.cū olim.aut cessante prorogatione opꝫ dicere ꝙ iste dominus de malatestis acquisiuit iurisditionē iure proprio exercēdo in istam cōitatē istū actum iurisditionalē . Nam delegare causam est iurisditionis.vt.l.imperiū.ff.de iurisdi.om.iudi.in fi.no.gl.in.c. si a

4 subdelegato.de offi.deleg.lib.vj. ¶ † Per vnicū aūt actū qui nō solet de gratia concedi acquirit̃ iurisditionis possessio.vt no.Inn.in.c.cum ecclesia sutrina.de cau.pos.⁊ proprie.⁊ in.c.bone.el.ij.de postu.prela.⁊ in.c.dilectus.de ca.mo.Bar.in.l.j.§.hoc interdicto.ff.de itine. actuqꝫ priua.ratione cuius valēt ea q̄ possessor exercet.vt no.doc. post Inn. in.c.cum dilectus.de reli.do.⁊.c.olim.ij.de resti.spo.facit.c.cōstitutionis.de iure patrona.⁊.c.querelā.de elect. ¶ Tertio facit principaliter qꝺ no.gl.in.c.significasti.de fo.compe.que dicit ꝙ litigans scienter coram iudice nō suo:licet non potuisset prorogare iurisditionē illiꝰ vt in clerico respectu laici.nō tñ potest ꝯtra sententiā venire:saltē vt pactū sicut acceptilatio inutilis.ff.de pac.si vnꝰ.§.penulti.⁊.ff. de accept.l.si acceptilatum.facit.l.ij.C.communia vtriusqꝫ iudi.vbi bonus textus. ¶ Quarto facit quia audio notoriū esse qꝺ magnificus ⁊ potēs dñs Karolus de malatestis tempore illius sentētie exercebat omnimodā iurisditionē in dicto castro montis sancte Marie:qui etiā cōmisit causam in genere dño Bartholomeo vni ex dictis ꝯmissarijs.Et sic saltē ex isto capite dꝫ valere sententia etiā presupposito qꝺ dictus Karolꝰ nō habuisset ibidē de iure iurisditionem.Nam ratione publice vtilitatis ex quo reputat̃ tanꝙ dominus probantur valere ꝑ eū gesta.l.barbarius.ff.de offi.preto.⁊.ij.qōe.vj.verūtamen . ¶ Quinto dominus Pandolphus erat ⁊ est dominus montissani . Sed in iudicio finium regundorum vterqꝫ est actor ⁊ reus.vt ī.c.ex literis.de ꝓba.⁊.ff.fa.ercis.l.inter coheredes.§.qui.fami.ercis.ergo potuit dictꝰ dominus causam committere quatenus lis mouebatur contra subditum suum qr actor sequitur forū rei.de foro competenti.ca.cum sit generale. ¶ Sꝫ his non obstantibus contrariam sententiam obijcio preualere:dico ⁊ illam sententiam multiplici ratione esse nullam . ¶ Primo quia fuit lata ab eo seu autoritate illius de quo notorie constat nō habuisse iu-

5 risditionem in hac causa.† Tota eñ ꝓuincia marchie anconitane spectat in spiritualibus ⁊ temporalibus ad iurisditionem ecclesie.vt probatur in extrauaganti Ioannis.xxij.que incipit.dierū excrescente malitia romana ecclesia.⁊ hodie de presenti exercet omnimodā iurisditionem.Non potuit ergo dominus Pandolphus hanc causam illis doctoribus delegare.Nemo eñ dat qꝺ non habet.l.traditio.ff. de acqui.re.domi.⁊.c.de multa.j.q.vij.⁊.c.quod autem.de iurepatro.quare sententia ab istis tanꝙ iurisditione carentibus lata viribus non subsistit C.si a:non compe.iudi.per totū.⁊.c.at si clerici.de iudi.⁊.c.vno.de iureiuran.quare desertione appellationis non obstante potest dicta cōitas sancte Marie agere de nullitate.vt est tex.i.l.si expressim.ff.de ap.⁊ tex.iūcta gl.c.licet.de sen.excom.lib.vj. per doc.in cle.sepe.de appel. ¶ Ad predicta facit glo.multum notabilis.in.c.cuꝫ iure.de off.dele. que dicit quem debere conseruare instrumētū potestatis iudicis. quia al's pro sententia non presumitur.⁊ ibidem hoc latius. ¶ Secūdo dicta sententia est nulla quia alter ex cōpromissarijs cōmisit cause cognitionē suo condelegato qꝺ facere non poterat cum esset delegatus nō a principe.vt in.c.cum causam.de app.⁊.l.a iudice.C.de iudi.licet eñ delegatus a principe inferiori possit subdelegare articulū non iurisditionalem iuxta notabile dictū Inno.in.c.cū bertoldꝰ.de iudi.pro qua facit tex.ſm vnū intellectū.Et idem sentit glo.no.iuris ciuilis in aut. de defen.ciui.prope finem.articulum tñ iurisditionalem cōmittere nō potest:vt in preallegatis iuribus.Nec obstat si dicatur qꝺ cōmisit vices suas collegeeadē ratio ꝓhibitionis est in collega que in extraneo ⁊ iura loquunt̃ in hac materia indistincte.ꝑ hoc facit gl.in.c.is cui.de off dele.li.vj.⁊.d.c.cū causam.perinde ergo est ac si dñs Bartholomeus solus processisset:quo casu indubitatum est non valere processum corā vno ex duobꝰ delegatis agitatum.vt in.c.causam matrimonij.⁊ in.c. vno delegatoꝝ.de offi.dele. ¶ Tertio corruit dicta sentētia ex defectu ordinis iudiciarij.qr dicitur litem non fuisse cōtestatam. Item dñs de malatestis cū recognoscat superiorem nō potuit cām committere simpliciter ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij.⁊ sic tollere solēnitates qr hoc solius principis est vel habētis iura principis iuxta no.ꝑ gl. in c.fi.de here.lib.vj.Et sequitur Spec.in ti.de leg.§.superest.ver.sed nūquid. ¶ Quarto facit qꝺ vbicūqꝫ pars pro qua lata fuit sñia assumit disputationē coram iudice competente super iusta vel iniusta sententia.si iudex reperit sñiam iniustam debet illam retractare nō obstante qꝺ transiuit in rem iudicatā.⁊ no.ponit Innoc.in.c.cum dilecti.de rescrip.⁊.c.cū bertoldus.de re iudi.Sed in casu nostro vt mihi dicit illa cōitas castri montissani assumit hāc disputationē.ergo si iudex reperit illā iniustā debuit eā retractare vt fecit. ¶ Quinto hoc probo subtili ratione.iurisditio in cōitatem mōtis sancte Marie nunꝙ pertinuit nec de iure nec de facto ad dñm Pandolphū.sed tꝑe illiꝰ cōmissionis ⁊ litigij dñs karolus de facto exercebat iurisditionē in dicta terra:vnde dñs Pādolphus simpliciter nō cōmisit illā causam illis doctoribus sed quantū in eo erat quasi pro parte cōitatis montissani.que cōitas ad eum pertinebat ⁊ pertinet.vnde illā cōitatē dixit esse suam:nō sic dixit de cōitate montis sancte Marie quia ponens spem qꝺ dominus karolus licet in genere commisit causam domino Bartholomeo vni ex illis duobus commissarijs.sed dicti cōmissarij solius dñi Pandolphi qui non habebant aliquā iurisditionē in dicta cōitate montis sancte Marie:ergo ipso iure sententia fuit nulla maxime qr vt dixi dictus dñs Pandolphus solus committere nō intēdebat.pro hoc.c.cū super abbatia.⁊ quod ibi no.de offi.dele.⁊.c.ex parte astēsis.de cōces.prebē.⁊ qꝺ no.Bar.in.l.si is ad.ff.de acqui.here. ¶ Nūc venio ad responsionem contrariorum que videntur prima fronte multum vrgere.Et primo ad primū dico qꝺ nō apparet partes hic fuisse presentes in sentētia ꝑsupposito qꝺ partes fuissent ꝑsentes.dico qꝺ satis hic ꝓ parte cōitatis montis sancte Marie probatur iurisditionis defectus. Est enim pro his ius cōe ⁊ notorietas facti ex quibus ptꝫ qꝺ plenaria iurisditio in dicta cōitate pertinet ad ecclesiam romanā.al's ergo exercens presumitur vsurpasse nisi ostēdat titulum vel coloratā possessionem vt ī simili habet̃ in.c.ad decimas.de resti.spo.lib.vj.facit.c.distic. cōtra morem. Item vt proxime dixi dñs Pādolphus nō intēdebat

6 cōmittere respectu mōtissani.Nec obstat factū esse antiquū.† Primo qr est notabilis opinio vt ante lapsum.xx.annoꝝ nō dicat̃ factū antiquū quo ad impugnandū sententiam de nullitate etiam respectu ordinis vt voluit Io.cal.in.d.c.qm̃.de proba. Itē secus ꝺ falso quia pōt obijci intra.xx.annos.vt in.c.cū venerabilis.de exce.⁊.l.querelā.C.de fal.fortius est ergo idē dicendū in nullitate sentētie ex iurisditionis defectu.facit.c.super eo.⁊ qꝺ ibi no.de fal. ¶ Itē antiquitas facti releuat nisi aperte probarent̃ defectus cessat eñ presumptio vbi aperte apparet de veritate. ¶ Etiā ptꝫ qꝺ dñs karolus dictā cōitatē restituit ecclesie romane tanꝙ dño vt in facto mihi presupponitur.nec vnꝙ aliqd habuit ibi agere dñs Pandolphus.qr non habebat ibi iurisditionē:nec intendebat iste prorogare ipsius iurisditionem.ꝙ ptꝫ ex eo qꝺ dñs karolꝰ q de facto excercebat ibi iurisditionē hāc cōmisit causam vnde litigabat illa cōitas mōtis sancte Marie vigore cōmissionis facte per dñm Karolū.prorogatio eñ non debet presumi ex quo ꝯstat ex cōiecturis de contrario:qr facta de facili non presumuntur.vt in. c. cum in iure.de offi.delega.⁊.l.vnica.C.de man.ꝑn. Nec est verisimile quem velle prorogare iurisditionem in non dñm extra quem is q gerit se pro dño illam cām qꝺ inserit̃ eidem.Ex hoc etiam dico ꝙ dominꝰ Pandolphus non intendebat per illam ꝯmissionem acquirere iurisditiōis possessionem quā nō intendebat.hoc ptꝫ ex verbis cōmissionis. arg.l.fi.queād.ser.amit. ¶ Et quod no.Innocē.in.c.bone. preallegato.nec etiam potuisset acquirere.quia acquisitione istorum iurium incorporalium requiritur scientia possessoris.que hic non probat̃ vere nec presumptiue.l.ij.C.de serui.⁊ aqua.no.Inn.in.d.c.bone.prealle.⁊ in.c.cōquerente.de off.ordi.⁊ ꝑ Bar.in.l.j.ff.de aqua plu.ar.in.l.si publicanus.§.in vectigalibus.ff.de publ. ¶ Ad tertiū ꝯrium respōdeo ꝙ gl.illa non est vera simpl'r nec cōiter approbat̃ ibi a doctoribꝰ.sententia enim nulla habet vim pacti quando postꝙ est lata approbat̃ ex certa scientia a partibꝰ.⁊ sic intelligit̃.l.ij.C.cōia vtriusqꝫ. vt ibi not. ⁊ in.l.vnica.C.qui pro sua iurisdi.⁊.l.lꝫ.C.de iudi.ꝑ Ant.de bu.in. d. c.significasti.qꝺ hic nō cōtingit. ¶ Ad quartum argumentū respōdetur prime vt dixi:qr licet dictus dñs commisit tñ commissarij ꝓcesserunt tāꝙ delegati solꝰ dñi Pādolphi.vt ptꝫ ex eoꝝ sentētia. ¶ Itē cum dñs Karolus nullū habuit vl' habuisset ibi titulum nihil valuit quicqd ipse fecit.iuxta plene no.ꝑ Inno.in.c.nihil est.de elec.ꝑ Bart. in cōtractu de tyrāno.facit.c.alienatiōes.xij.q.ij.⁊.c.j.de schisma. ⁊.l. decernimus.C.de sacrosan.eccle.Nec obstat.l.barbarius.satis eñ respondetur per Inn.in.c.nihil est. ¶ Ad vltimum argumentum dico qꝺ si bene inspiciantur verba sententie dictorum delegatoruꝫ cōitatis

mōtiſſani.ꝓuocauit corā dictis delegatis vnꝰ lʒ qlibet ſit actor ⁊ reꝰ in iſtis iudicijs cōibꝰ.tñ ille tenet actoris locū q primo ꝓuocauit ad iudiciū.vt in.l.in tribꝰ.de ꝓba. ¶ Cōcludo igit̃ ptes iudicis apoſtolici in hac cā fore ꝓut in ſuo cōſilio cōcludit dñs Mattheus Feliciani.ſi ea que ipſe in facto narrat vera ſunt ⁊c.

¶ Conſilium.lxij.

1 Prelatus ſine autoritate ſuperioris:⁊ maxime ſine cōſenſu ſui capituli nō pōt cōpromittere ſuper iuribus eccleſie.

2 Prelatus ſolus tranſigendo nō obligat ſucceſſorem.

3 Iudiciū ⁊ contractus in perſonā prelati nomine eccleſie an tranſeunt efficaciter in eccleſiam ſi non infertur alienatio iurium eccleſie.

4 Fraudis preſumptio ceſſat ex qualitate iudicis ⁊ perſonarum.

Omnipotētis dei poſtulato ſuffragio. Illud de iure queritur.an viſis ꝯpromiſſo ⁊ laudo inde ſequuto geſtis īter reuerēdū patrē quōdā dominū Bartholomeū quondā epm maſſanū ex vna parte ⁊ Bartholomeū Stephani de caſtro nouo ex altera parte. Ac etiā pōderata ꝯfirmatione dicti laudi ſeu ſentētie poſtmodū facta p dñm Ioā.tūc papā.xxij. ꝯpetāt aliqua remedia.⁊ q̄ ipſi Bartholomeo Stephano ſeu eiꝰ ſucceſſori cōtra ⁊ aduerſus ſucceſſorē dñi Bartholomei epi ⁊ epatū ſeu aduerſus epm maſſanū. ¶ Et pmo videt̃ nullū remediū cōpetere. Nō enim valet ꝓnuntiatio vt ſententia delegati apoſtolici:q̄ cū eſſet laicus delegatio ſibi facta per ſummū pōtificē maxime oraculo viue vocis ipſo iure corruit per.c.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj. Neqʒ valuit tanꝙ arbitramentū vigore cōpromiſſi.† 1 Prelatus enim ſine autoritate ſuperioris:⁊ maxime ſine ꝯſenſu ſui capituli nō poteſt cōpromittere ſup rebus immobilibus vel ſuper iuribus eccleſie ſaltē quo ad hoc vt obligatio trāſeat in eccleſiam ſaltem per mortē compromittētis. Sicut enim directe non valet ſolus alienare bona eccleſie vel eccleſiā ſuā perpetuo obligare.xij.q.ij.ſine exceptiōe.⁊.c.j.de his que fi.a prela.ita nec indirecte ſcʒ cōpromittendo.vt in.c.peruēit.de arb.⁊ ibi expreſſe hoc tenet Hoſt.⁊ Spe.e.ti.§.reſtat.ver.ſed nūquid clericis.§.finitur. verſi.ſed nunquid prelatus.⁊ Fed.cōſi.xx.⁊ Lap.in allegatiōe Io. Probatur alia ratione.certū eſt † 2 ꝙ ſolus prelatus trāſigendo nō obligat ſucceſſorem,ſed trāſactio cenſet̃ dūtaxat perſonalis:vt probatur in.c.veniens decetero.de tranſa.ergo idē dicēdū in cōpromiſſo facto tanꝙ in arbitratorem ⁊ laudi inde ſequuti. Eſt eñ quedā tranſactio vt legitur ⁊ notatur in auẽ.ſi vero contigerit.C.de iudi.⁊ in corpore vnde ſumitur.in titu.vt diffe.iud.⁊ no.Inno.in.c.quintauallis.de iureiurā.⁊ Bar.i.l.ſocietatē.§.arbitrorum.ff.pro ſocio. ¶ Secundo principaliter nō valet dictū laudū:quia continet in ſe vſurariam prauitatem in eo quod condēnat epm ad ſoluēdū ſex.florenos pro quolibet centenario donec ſoluerit capitale cōtētū in dicta cōdēnatione,ꝙꝙ eñ vſura nō cenſetur niſi ex cōtractu mutui.vt in.c.conſuluit,de vſur. plene per Io.an.in regula peccatum,de regu.iur.lib.vj.in mercu. tamē ſufficit mutuū verū vel fictū vt leg.⁊ no.in.c.in ciuitate.⁊.c.nauiganti.de vſu. patet in eo qui vendit merces plus ꝙ valeant:q̄ differt ſolutionē pretij. Nam ibi nō eſt mutuum verum ſed fictum:q̄ fingitur emptor ſoluere verū pretiū emptionis ⁊ recipere illud mutuo ab emptore et pro vſura dare illud plus debito.vt no.i dictis iuribus. ¶ Sic pari rōne videtur dicendum in propoſito vt eps fingat̃ ſoluere illos ducentos florenos.⁊ poſtmodū mutuū recipere ⁊ ſoluere ſex pro centū qḋ eſt illicitū:vt per totū titu.de vſu,maxime in.d.c.in ciuitate.⁊.c.nauiganti. ¶ Tertio nō obſtat predictis confirmatio facta per Ioannē tūc papam q̄ illa non fuit facta forma cōmuni.ſed cōditionaliter ſeu ſub cōditione.cōfirmat enim oīa prout rationabiliter proceſſerunt ⁊c. Que quidem confirmatio nihil noui iuris tribuit:ſed antiquū ſi quod ius erat cōfirmauit.vnde parum aut nihil operatur.vt in.c.examinata.de confirma.vti.⁊ in.c.quia diuerſitatem.iuncta glo.de conceſ.prebend, vnde non facit tranſactionem perſonalem eſſe realem: vt eſt glo. not. quā omnes ſequūtur.in.d.c.veniens. ¶ Sed his non obſtantibus que vere ſi ſubtiliter pōderētur non obſtant: contrariam ſententiam preualere arbitror. Et primo dico qḋ Bartholomeo ſeu eiꝰ ſucceſſori cōpetit remediū petendi dictos.cc.florenos.q̄ ſunt in obligatiōe vigore dicte ſententie ⁊ laudi ꝙꝙ ſucceſſor ſeu eps maſſanꝰ poſſit ſoluere ſex pro centenario ⁊ euitare ſolutionē ducētorū florenorū prout in laudo cōtinet̃. Moueor q̄ licet prelatus nō poſſit per cōtractum ſeu cōpromiſſum alienare bona inmobilia eccleſie ſine ſolēnitate vt in iuribus allegatis pōt tñ cōpromittere ⁊ ꝯtrahere noīe eccleſie,ita ꝙ obligatio efficaciter trāſit in eccleſiā:ſi ceſſat alienatio iuriū eccleſie;vt probatur in.c.dilecti.de fo.cōpe.⁊.c.ij.de preca.⁊.c.j.de ſo.⁊ cle.j,de reb.eccle.nō alie.no.Hoſt.in.c.contingit.de tranſac.ꝓbatur in ſimili.tutor trāſigit ſuper rebus pupilli.l.interdum.§.cui tutelam.ff.de fur.ergo ⁊ prelatꝰ qui cenſetur tutor eccleſie.xvj.q.j.in canonibus.no.glo.in.c.auditis.de in integ.reſti. Item adminiſtrator ciuitatis.vt.l.preſes.C.de tranſac. ergo ⁊ prelatꝰ qui habet largiorem poteſtatem in.c.cum nobis.in fi.de elec.facit quod leg.⁊ no.in.c.ſi.v.q.iij. ¶ Item procurator habens generalem ⁊ liberam poteſtatem tranſigit.vt in.c.qui ad agēdū.de ꝓcu. lib.vj.ergo ⁊ epiſcopus qui habet generalem ⁊ liberam ſicut ⁊ qlibet alius prelatus.d.c.cum nobis.⁊.d.c.ſi.v.q.iij.eſt bo.tex.iuncta gl.in.l. nulli.ff.de trāſac.vbi dicit p̄latū ſolū poſſe tranſigere ſup rebus eccl'ie ſi bona de quibus eſt cōtentio occaſione tranſactionis remaneant penes eccleſiā:⁊ eccleſia obligatur ad aliquid dandum vel faciendū: nā tunc non ſequitur alienatio:imo cōditio eccleſie melioraẽ. ¶ Quo caſu nō exigit̃ ſuperioris vel alterius conſenſus.vt.l.cuʒ hi.§. quid ergo. ⁊ qḋ no.glo.in.§.ſi vni.ff.de tranſac.quod ibi principaliter contingit in facto noſtro.valuit ergo cōpromiſſum ſaltē vigore approbationis poſtea ſubſequentis:cum fuerit quedam tranſactio facta circa alienationē rez eccleſie:⁊ eccleſia fuit meliorata. Et p̄ſuppoſito ꝙ ſi fuiſſet leſa imputandum eſt eccleſie:ſi nō petijt reſtitutionē in integrum ſaltē a tutore dicti dñi Bartholomei iuxta ea que habētur ⁊ notan.in.d. c.j.de in integ.reſti.lib.vj. ¶ Nec obſtat ſi dicatur ꝙ imo ſequit̃ alienatio iurium ⁊ eccleſie.quia eccleſia obligat̃ ad dandū annuatim ſex pro centenario in obligatione qḋ ſolus prelatus facere non poteſt.d. c.decetero. Quia dico ꝙ illa ſolutio annalis nō eſt obligatio ſed ī facultate ſoluēdi. Solum enim ſolutio ducentorū florenorū eſt in obligatione ſoluendi,⁊ ſic eccleſia poteſt ſe ſi vult vnica ſolutione liberare:vt patet ex forma laudi ⁊ ſentētie. ¶ Ad hoc quod leg.⁊ no.in.l. miles. §.decem ⁊ vendi. Et maxime predicta procedūt:q̄ dictus chetiꝰ non fuit purus arbitrator.ſed etiā delegatꝰ apoſtolicus ⁊ proceſſit tanꝙ delegatꝰ ⁊ arbitrator:vt ptʒ ex tenore ſentētie:ꝙ facere potuit.ꝓbat̃ in.c.niſi.de preben.facit qḋ no.Inn.in.c.cū ex officij.de preſcri. Et ſic cum nō fuerit ab eius ſnia appellatū trāſiuit in rem iud.de re iu.c.qḋ ad ꝯſultationē.⁊ ſentētia delegati trāſiuit in eccleſiā ⁊ ſucceſſorē:licet ſolus prelatus fuerit in iudicio.vt no.in.c.edoceri.de reſcrip.facit.d.c. dilecti.de fo.compe. Nam dictus dñs Bartholomeꝰ delegationem apoſtolicam ⁊ compromiſſum ac laudum inde ſequutū approbauit ⁊ fecit noīe epatꝰ ſui.eccleſia autē nūꝙ morit̃.xij.q.ij.liberi. † 3 ⁊ ſic iudiciū ⁊ cōtractus in perſonā prelati noīe eccleſie tranſeunt efficaciter in eccleſiam ex quo nō infertur alienatio iuriū eccleſie.⁊ ita dictū laudū maxime ſequuta approbatione cū ſit quidā cōtractꝰ.vt.s̄.dixi.fuit eñ ita quaſi quedā emptio iuriū dicti Bartholomei:quā quidē emptionem noīe eccleſie ſatis poteſt prelatus facere cū acquirat̃ eccleſie.facit c.ij.de dona.⁊.c.aurum.xij.q.ij.⁊.c.quicunqʒ ſuffragio.ea.cauſa ⁊ qō. ¶ Ex quibus poteſt inferri qḋ etiā ceſſante confirmatione apoſtolica obligatio orta ex dicto laudo ⁊ ſententia trāſiuit efficaciter in eccleſiam:maxime cum nulla ſit preſumenda ambitio:nec fraus ex qualitate pſone deputate arbitratori qui fuit in hac ciuitate ſenarū vir probatiſſimus.† 4 Ex qualitate enim iudicis ⁊ arbitratorum ceſſat p̄ſumptio fraudis.vt eſt bonus tex.in.c.niſi. Et ſic dicenda eſt illa trāſactio realis.d.l.preſes. Nec obſtat dictum.c.veniens.⁊.c.ceterū.de tranſact. vbi dicitur tranſactionem eſſe perſonalem:⁊ non realem ad confirmationem ſuperioris. Poteſt enim dupliciter reſponderi. Primo ꝙ illa iura procedūt qñ occaſione illius cauſat̃ perpetuū preiudiciū eccleſie vt quia alienantur bona vel iura ipſius:⁊ ſic proprie loquunt̃ iſta iura. Sed in caſu noſtro nulla ſequit̃ alienatio:imo acquiſitio iuriū dicte curie de quibus erat contentio.⁊ illa ſolutio annua ſex florenoꝝ ꝓ centenario eſt in facultate ipſiꝰ eccleſie ⁊ nō in obligatione. vnde pōt eccleſia maſſana vnica ſolutione ducentorum florenorū ſe liberare:vt s̄.dixi.vnde ſicut ceteri cōtractꝰ ⁊ iudicia tranſeunt in eccleſiā ⁊ ſucceſſorem:vt in iuribus ſuperius allegatis.ita ⁊ iſte de quibus hic. ¶ Secūdo principaliter qḋ p̄ſuppoſito ſine veritatis preiudicio qḋ p̄dicta nō obſtarent.attamē ex cōfirmatione aplica efficiūtur p̄dicta valida ⁊ tranſeunt in eccleſiā ⁊ ſucceſſorē. Ex cōfirmatiōe enim apoſtolica ex certa ſcientia facta actus confirmatus validatur ſi fuerat inualidus ⁊ efficit̃ realis ſi prio erat pſonalis:vt ꝓbat̃ in.c.j.de tranſac.cū ibi no. ⁊ in.c.j.⁊.ij.de cōfir.vti. Adeo qḋ nullꝰ de ipſius actus validitate vel inualiditate circa romanū pōtificē cognoſcere pōt.vt ibi. ¶ Ad ſcḋm qḋ actus efficiatur realis ⁊ tranſeat in ſucceſſorem per cōfirmationem apoſtolicā.allego caſum expreſſum in.d.c.veniens.ꝙ aūt iſta cōfirmatio facta fuerit ex certa ſciētia probatur ex tenore geſtorum in poſitione.quoties eñ ea q̄ cōfirmant̃ ſpecialiter ex cōfirmatione exprimunt̃ dicit̃ ſuperior cōfirmare ex certa ſcientia.adeo ꝙ illa verba que ſolēt in cōfirmatiōe inſeri.vcʒ ſicut ⁊ prout ꝓceſſerūt ⁊c.ſtāt nō cōditionaliter ſed cauſaliter.vnde exponunt̃ illa v̄ba ſicut rationabiliter.id eſt q̄ rationabiliter.vt ꝓbat̃ in.c.pe.de cōfir.vti.⁊ ibi tex.⁊ doct. In caſu nr̄o exponūt̃ oīa ī litera cōfirmatoria que ſunt in materia principali. Nec obſtat ſi dicat̃ ſolutionē annuā illorū ſex florenoꝝ pro cētenario ibidē ſpecialiter nō ꝯtineri:q̄ dico,illud minꝰ cōfirmatū ſi dicat̃ facta ex certa ſcientia q̄ vt.s̄.ſepe numero prelibatum exiſtit illa ſolutio nō eſt in obligatione:ſed tantū in facultate.vnde nō fuit opꝰ illā ſpecial'r enarrare. Narrat̃ eñ qḋ eſt principale in materia ⁊ obligatiōe verſat̃.ſcilʒ cōdēnatio in ducētis florenis ⁊ adiudicatio iuriū eccleſie. Nec aliud vltra ducentos florenos petere vult vel intēdit dictus Bartholomeus vel alius ſucceſſor.ſatis colligit̃ vltra predicta ex clauſula ibidē in fine defectus ſi que forſan in oībus p̄miſſis interueniſſent. de cuiꝰ virtute ⁊ potētia ſatis habet̃ per Spe.ti.de leg.§.nunc oſtendendū.ver.xviij. ⁊ Archi.in.c.cenomanēſe.lxj.di.per tex.⁊ doc.in cle.paſtorali.de re iu. que quidē clauſula apponitur nunꝙ qñ cōfirmatio fit forma cōi cum

illa

illa nil iuris tribuat.sed antiquū simpliciter confirmat.vt.s̄.dixi.Con cludo ergo p̄missa valere ex triplici capite. Primo virtute delegatio nis.Scd̄o ex ptāte arbitraria ⁊ approbatione sequuta.Tertio ex cō firmatiōe apostolica.¶Ex quib⁹ ꝓbat̄ primū de quo.s̄.facta est mē tio.pōt ergo dictus Bartholomeus seu ei⁹ successor agere ꝯ episcopa tum massanum seu successorē dicti dn̄i Bartholomei in ep̄atu ad di ctos ducentos florenos h3 ep̄atus seu successor facultatem soluēdi sex pro centenario.Et patet responsio ad ꝯria superius allegata preterꝙ̄ ad duo ad que respōdeo.Dico qd̄ delegatio certe valuit.l3 esset pur⁹ laic⁹ qd̄ fuit facta ex certa scientia pape cū sciret illū laicū oraculo vi ue vocis sibi p̄senti cōmisisse:cām illā vt pt3 ex verbis pape in dicta cō firmatione cōtētis.Et sic nō vitiat̄ cōmissio.vt no.vult Inno.in.d.c. statutū.de rescri.li.vj.vbi in primo facit qd̄ no.Joā.an.in.c.nonnulli. de rescrip.Nec est necesse vt exprimatur ex certa sciētia vt quidā volue runt:videt̄ prima fronte sentire Jo.an.in.d.c.sic dicit glo.in cle.ij.de re.Satis em̄ est ꝙ ex ibidē expressis colligat̄ certa sciētia pape.Et sic voluit Jo.an.in.d.c.nonnulli.⁊ sic debet intelligi sua gl.in.d.cle.ij.Et sic cōtigit in facto nostro.Nā papa Jo.habebat notitiā coci ⁊ appel lat eum in sua litera cōfirmatoria simpl'r cocū nec dicit eu3 clericū nec magistrū vel in aliqua dignitate cōstitutū vt fit cōiter de stilo.¶Itē presupposito ⁊ non cōcesso ꝙ dicta cōmissio nō valuisset nihilominus virtute cōpromissi staret cōclusio predicta.cū dictus cocus potius ele gerit viam boni viri ꝙ̄ iudicis:vt pt3 ex tenore dicte sententie ⁊ laudi. Et voluit valere pronuntiationē meliori modo quo possit valere ⁊ sic etiam papa confirmauit.¶Itē papa in fine cōfirmatiōis suppleuit oēm defectum per quā quidē clausulā purgant̄ oēs defectus circa so lēnia iuris cōmissi:vt in Spe.⁊ Archi.in locis preallegatis.qd̄ est mul tum ponderandū in casu nostro tam circa cōsensum capituli ꝙ̄ citerio res si de iure interuenire debuisset.licet nō credam necessarium per ea que.s̄.dixi.¶Uenio ad aliud cōtrarium.⁊ dico ꝙ si oīa bene pōderē tur nulla in dicto laudo resoluitur vsura nisi ex mutuo vero vel ficto ⁊ ex pactione partium vt no.in dicta regula peccatum.per Joā.an.S3 casu nostro nullum est mutuū verū vel fictum nec pactio pertinet.sed illa prouisio ex toto processit ex arbitrio iudicis ⁊ arbitroꝝ.non enim dictus Bartholomeus aliqd mutuauit ep̄o vere v l'ficte.Nec pōt exi gere principale debitum.Et sic est cōtra naturam mutui.⁊ sic per cōse quens cessat illud euangelicum:mutuum dantes nihil inde sperātes. de vsur.cōsuluit.⁊ ꝙ iudex potuerit hoc facere ex potestate arbitraria probatur in.c.nisi.de preben.facit qd̄ no.Inn.in.c.in ciuitate.de vsu. ¶Item hoc factum fuit in cōpensatione fructuū percipiendoꝝ a di cta curia ante solutionē ducentorū florenorū.qui cum pertinerēt ad di ctum Bartholomeū ante solutionē illorū ducentorū florenorū voluit arbitrator in cōpensatione sibi tradi sex pro cētenario. facit ad hoc qd̄ no.Bar.in.l.fistulas.in fi.ff.de contrahen.em.l.iulianus.§.officij.ff.e. ⁊.l.fi.ff.de fun.do.Et loco ⁊ interesse licet aliquid participet̄ ex debi to si vere interest.vt no.in.c.conquest⁹.⁊ in.l.curabit.C.de act.em.per Inno.in.c.sacrosan.de sentē.excom.facit.l.ij.in fi.⁊ qd̄ ibi not.ff.de eo quod cer.lo.Postremo dico qd̄ ⁊ si omnia predicta deficerēt que in ve ritate iuris subsistūt nō potest cauillari.qm̄ si ecclesia massana seu ep̄s nolit recognoscere illam sententiā seu transactionem:tāꝙ̄ personalem tenet̄ restituere omnia vigore illius sententie seu laudi consequuti isti. q2 non debet laudum valere ꝓ parte ecclesie ⁊ ꝯtra canones. Ad hoc c.j.⁊ qd̄ ibi no.de in inte.resti.⁊.c.cū olim.de censi.⁊.l.qd̄ si minor.§.re stitutio.⁊.l.intra vtile.ff.de mino.facit ꝙ no.glo.in.c.j.de in inte.resti. lib.vj.Et hoc est aliud ⁊ indeficiēs remediū cōpetēs dicto Bartholo meo seu ipsi⁹ successori.facit vltra p̄dicta.l.cū precibus.C.de prescri. verb.Et hec sufficiant ⁊c. Nicolaus Abbas.

¶Casus consilij sequentis.

Stāte quadā constitutione quō dam Federici imperatoris quā ipse dedit hominib⁹ ⁊ populo massa nēsi regni sicilie tenoris infrascripti:vc3 viri ⁊ vxoris bona oīa a qua cūq3 pte pueniāt natis filijs cōfundant̄:⁊ vnū corp⁹ efficiuntur:⁊ vo lentibus viro ⁊ vxore diuidere cū filijs:tertia pars bonoꝝ tenet̄ patri ⁊ altera matri.⁊ reliqua tertia filio vel filijs.Premortuo v̄o parte vl' matre ab intestato ⁊ filio vel filijs viuētibus patre superstite vel ma tre tertia pars p̄mortui cedat filijs vel filio.Et sic idē filij habēt duas ptes.vnā debitā sibi iure nature.alterā parētis p̄mortui.Si v̄o pater eius p̄moriat̄ testat⁹ eius stabit̄ testō dūmodo in eodē testō de tertia filios suos recognoscat.Si vero p̄moriat̄ mater pōt de mobilib⁹ ter tie sue potionis pro velle testari.stabilia vero ea mortua cedunt filijs. Si aūt non sunt mobilia pōt de stabilibus vsq3 ad medietatē valoris eorūdem stabiliū iusta estimatione testari.Quedam dn̄a habēs filios ⁊ bona mobilia ⁊ immobilia existens in matrimonio in egritudine cō stituta condidit testm̄.⁊ pluribus legatis de mobilib⁹ factis legauit ad pias causas quandā rem immobilē.Querit̄ an ex verbis dicte cō stitutionis fauore pie cause dictū legatū valeat.

¶Consilium.lxiij.

1 ☞Statuta ⁊ consuetudines contra libertatem ecclesiasticā sunt ipso iure cassa ⁊ irrita.

1 Dispositio generalis non debet extendi ad illicita.

3 Statutū ciuitatis vel dn̄i disponēs ne quis donet vel vēdat rem im mobilem alicui non existēti de iurisditiōe statuētiū nō includit dona tionem vel venditionem in ecclesiam.

4 Lex quādo simpliciter defert aliqua bona vel certā quotā bonoꝝ ali cui ex bonis alterius:ille sic pregrauatus nō potest etiā ad pias cau sas de bonis alteri delatis testari.

5 Bona alicuius quādo publicantur propter delictū non potest ille sic priuatus testari etiā ad pias causas.

6 Filiusfamilias etiā ad pias causas nō pōt testari d̄ bonis aduētitijs.

7 Lex vel statutum potest prohibere aliquem testari saltem de certis re bus fauore alterius.

Christi eiusq3 mr̄is presidio humiliter inuocato.Uidet̄ p̄mo dictum legatū nō valere. 1 †nā oīa statuta ⁊ ꝯsuetudines ꝯtra libertatē ecclesiastica3 sunt ipso iure irrita ⁊ cassa.vt in.c.nouerit.⁊.c.grauē.de sentē.exc.⁊ in auf.cassa.C.de sac.san.ec.illa vero statuta sunt ꝯ libertatē ecclesiasticā que tendūt cōtra ea q̄ sunt cōcessa a principe vel a papa eccl'ie vniuer sali.vt no.Inn.in.d.c.nouerit.Bart.in.d.auf.cassa.Sed cōstitutio de qua.s̄.si extendat̄ ad pias causas est huiusmodi.ergo aut nō d3 extē di aut tanꝙ̄ cōtra libertatē eccl'iasticā est ipso iure nulla:modo ꝓbat̄ sic.imperator cōcessit p̄uilegiū eccl'ie vniuersali ⁊ cuilibet mēbro ipsius ecclesie sup donatiōibus ⁊ legatis ⁊ heredibus.vt quilibet haberet li beram facultatē donādi ⁊ relinquēdi collegio ecclesiastico.vt in.l.illd̄. ⁊.l.j.⁊.l.fi.C.de sac.san.eccle.Insuper priuilegiauit ecclesiam vt circa traditionē ex solo ti.acquireretur dn̄ium.d.l.fi.Sed per hanc constitu tionem tolleretur mulieribus habētibus filios libera facultas relin quendi ecclesijs bona propria.ergo est cōtra priuilegiū ecclesie vniuer sali cōcessu3.⁊ per cōsequēs ꝯtra libertatē ecclesiasticā.Nec obstat si di catur qd̄ auf.cassa.⁊.c.nouerit.⁊.c.grauē.loquuntur de statutis parti cularibus.hec autem ꝯstitutio de qua in casu nostro fuit edita ab ipe ratore qui potuit suam constitutionem limitare.l.princeps.ff.de legi. quia ex quo imperator concessit priuilegiū ecclesie nō potuit amplius illud reuocare:quia ex quo concessit nō subdito transiuit in contractū vt notāter voluit Inno.in.c.nouit.de iudi.⁊ Joan.and.in.c.cōstitu tus.de re.do.⁊ Archi.in.c.quicūq3.xj.q.j.Itē papa priuilegiauit ec clesiā in hmōi relictis adeo qd̄ in eis remisit omnē solēnitatem legalē. vt in.c.relatum.de testa. quapropter melius ⁊ tutius est dicere vt di 2 ctū statutū ḡnaliter loquens non extendatur ad pias causas†q2 dis positio generalis nō debet extēdi ad illicita.vt i.c.j.de iureiu.libro.vj. ¶Ad predicta facit questio quā ponit Jo.an.in.c.fi.de immu.eccle. 3 lib.vj.vbi queritur†an statutū ciuitatis vel domini disponēs ne quis donet vel vendat rem immobilē alicui non existenti de iurisditiōe sta tuentium vel nō sub protectiōe cōmuni vel domini includat vēditio nem vel donationem in ecclesiam.Et finaliter cōcludit quod non:vel si aliud diceretur propter intentionē statuentium contra libertatem ecclesiasticā.⁊ sic nullū mouet̄ predictis ⁊ alijs rationibus.¶Secun do principaliter sic.constitutio irreuocabilis nō ligat.nō enim habet legis substātialia.de quibus.iiij.dist. fit autem.lxxj.dist.consuetudo. no.Bar.in.l.omnes populi.ff.de iusti.⁊ iure.sed hec cōstitutio de cui⁹ virtute queritur est irrationabilis si extenderetur ad pias causas.ergo aut non debet extēdi aut tanꝙ̄ irrationabilis nō valet.minor probatur.lex vult qd̄ ecclesiam seu monasterium debeat quis computare sal tē in numero filioꝝ:vt in auf.si qua mulier.C.de sacrosan.eccle.sed hec constitutio hoc non interdicit.sed vires suas porrigit ad pias causas. ergo irrationabilis.Nam si contrarium est rationabile.ergo istud irra tionabile.de natura enim contrariorum est:vt si vnum est bonū ⁊ reli quum sit malum.xxxij.q̄.ij.hospitiolum.⁊.c.intellecto.de iureiuran. Item quis debet magis diligere animā suā ꝙ̄ filios vt patet in euan ḡelio.⁊.c.iacobus.de simo.facit.xij.q̄.j.precipimus.hinc dicit Bart. in.d.l.j.qd̄ dispositio ad pias causas est magis fauorabilis ꝙ̄ inter li beros.¶Sed hec constitutio contrariū afferret si porrigit vires suas ad pias causas.ergo irrationabilis.¶Tertia rationabilitas.q2 in portione deferenda filijs facit differentiam inter patrem ⁊ matrē cō tra.l.maximū vitiū.C.de libe.prete.¶Tertio principaliter facit quia dicta constitutio nō dicit mulierem nō posse de immobilibus ꝓ velle testari:ex affirmatiua vero in aliquibus non sequitur negatio alioru3 que al's a iure conceduntur.hoc probatur.in.c.vt cōmissi.de her.li.vj. iuncta glo.⁊ in cle.ij.eo.titu.⁊ ibi bona glo.in ver.ipsorum commis.de iure autem cōmuni cōceditur parentibus libera facultas testādi tam in immobilibus ꝙ̄ in mobilib⁹.⁊ satis est instituere liberos in aliquo quātūcunq3 modico.licet ipsi possint postmodum agere ad comple mentū legitime.l.omnimodo.⁊.l.scimus.C.de inoffi.test.Et maxime procedunt predicta si testari volunt ad pias causas.dicimus ergo mē tem cōstitutionis fuisse vt de mobilibus possit mulier testari pro vel le etiam nihil relinquendo liberis:sed de immobilibus non ita libere. ¶Sed his non obstantibus que recto iudicio non obstant cōtraria3 sententiā arbitror preualere.quā multipliciter sic ostendo.Et primo 4 sic:†vbicūq3 lex simpliciter defert aliqua bona vel certā quotā bonoꝝ

alicui ex bonis alterius:ille sic pregrauatus nequit etiam ad pias causas de bonis alteri delatis testari.nec ecclesia debet talia bona recipere vt aperte ꝓbatur in.c.si.xvij.q.iiij.vbi Aug.dicit.Quicūqꝫ vult exheredato filio heredē facere ecclesiā querat alium qui suscipiat nō augustinum:de propitio neminē inueniet ⁊c.vt ibi.certū autē est qꝺ portio debeť filio nō iure nature:sed ex dispositione legali.cū iure naturali alimenta dūtaxat filio debeantur:vt in.c.ius naturale alimenta .j.dis.Non eñ pōt certa portio deberi filio iure naturali cū illo iure oīa essent cōmunia.viij.dis.quo iure.xij.q.j.dilectissim⁹.Et sic lex deferens filio portionē certā in bonis patris priuat patrē testandi potestate de illa portione etiā ad pias causas.ita dicēdū in ꝓposito cū dicta cōstitutio defert bona stabilia matris premorientis.etiam cum testamēto ipsi⁹ liberi ergo de illis nō pōt mater testari etiā ad pias causas. Qꝺ autē dicta cōstitutio poterit hoc facere patet.portio eñ debita liberis ex bonis parētū nō potest per legem seu statutum augeri vt minus.vt est sententia Dy.in regula indultum.de regu.iur.lib.vj.in.c. raynutius.de testa.⁊ dicit ibi:⁊ alibi non ita sicut ibi bene probari. attēdiť enim consuetudo in deductione legitime:tenet Cy.in.l.sancim⁹.C.de nup.⁊ Bar.in.d.l.titio.§.titio genero.ff.de cōdi.⁊ demō.⁊ Bal.in.l.cum leoniana.C.de epis.⁊ cle.probať ratiōe iuris naturalis:vt.s̄.dixi filijs debentur solum alimēta.Sed iure positiuo fuit eis certa portio ⁊ primo fuit quarta postmodū aucta in tertiam ⁊ dimidiam f̄m filiorum numerū:vt probatur in.l.cū queritur.iuncta auť. nouissima. C.de inoffi.testa.vnde sicut potuit augere tertiā ⁊ dimidiā ita potuit statui vt stabilia cedant filijs reseruatis mobilibus libera facultate materna:⁊ immobilibus deficiētib⁹ cedat medietas ipsoꝝ immobiliū:vt in.d.constitutione.arg.optimum.in.l.cum ratio.ff.de bo.dam.⁊ eoꝝ que leg.⁊ no.in.l.nam ⁊ si.ff.de inoffi.testa.⁊ qꝛ pater ⁊ filius cēseňť eadē persona.vt in auť.de iureiu.a mo.pre.§.j.⁊ i.l.fi.C.de ipu.⁊ alijs substi.⁊.xxxv.q.iij.§.j.hoc autem hinc dñium cōtinuať in filium.l.in suis.ff.de lib.⁊ posthu.Cū ergo ista portio statutaria in locū portiōis debite iure cōi.eodem iure debet illa censeri:qꝛ subrogatum debet sapere naturā eius in cuius locū subrogatur.de bapt.maiores.⁊.c.eccl'ia vt lit.pen.facit qꝺ no.Inn.in.c.ex ratione.de ap.sicut ergo in illa portione debita de iure cōi nō potest pater vel mater testari etiā ad pias causas:vt in.d.c.fi.ita nec in ista statutaria qꝛ eadē rōne moueť maxime qꝛ dicta cōstitutio fuit edicta ab īperatore:⁊ sic est ius cōe quo ad eos.Et idē dicerē vbi ipsa ciuitas hoc statuisset:qꝛ i h̄ hꝫ potestatem a iure cōmuni:vt.d.l.oēs populi.ff.de iusti.⁊ iur.¶ Secūdo principaliter facit qꝺ no.Io.an.in.c.ij.de vsu.lib.vj.⁊ Bal.i.l.j.C.de sacrosā.

5 eccle.vbi voluit † qꝺ in casu quo bona alicui⁹ publicaňť propter delictum nō potest ille sic priuatus testari etiā ad pias causas:qꝛ testareť de alieno.cōtra.c.filius.de testa.Et vult ibi Io.an.in bonis dānatorum que hodie nō publicantur:sed deferuntur agnatis:vt in auť.bona dānatoꝝ.C.de bo.proscrip.Et ex quo casu lex defert. agnatis et priuat potestate testādi non potest testari etiā ad pias causas:qꝛ ex q̊ lex simpliciter prouidet ⁊ nō reperitur contrariū iure nostro stādū est dispositioni legali.in.c.j.de no.ope.nun.⁊ cum generaliter.l. loquitur generaliter debet seruari.xix.di.si romanoꝝ.⁊.c.solite.de maio.⁊ obe.Item ex quo bona deferuntur alijs per legem pro nō dato habeť ꝙ ab illo datur qui de iure donare nō potest.j.q.vij.daibertū.⁊.l.traditio.ff.de acqui.re.do.⁊.c.qꝺ autem.de iurepatrona.Nec ob.fauor pie cause:qꝛ procedit cum testator qꝺ suum est legat:secus si legat nō suū vt in casu nostro:nec ꝓpter fauorē alioꝝ legatoꝝ debeatur alteri iniustitia.de fo.cōpe.ex tenore.de dona.inter vir.⁊ vxo.nuper.de penis.sacrā.facit.j.q.j.nō est putanda.si ergo predicta procedāt vbi lex defert bona ad aliū propter delictū fortius idem dicendū vbi defert ex equitate naturali ⁊ fauore filiatiōis.cum fauores debeāt ampliari ⁊ odia restringi vt in regula odia restringi.de reg.iu.li.vj.¶ Tertio adduco bonū tex.in.c.quesitū.xvij.q.iiij.in fi.vbi notāter colligitur ecclesiā debere dimittere dona sibi delata que equitate naturali suadēte retinere nō pōt:lꝫ de stricto iure retinere possit:sed in casu nostro omnis equitas resistit.satis est enim matrem attestari posse de mobilibus vel eis deficientibus de immobilibus vsqꝫ ad medietatem.⁊ in dicta ꝯstitutione cauetur qꝺ videtur in effectu cōcordare vel differre in sentētia a dicta auť.nouissima.ergo ecclesia nō dꝫ hec bona sibi delata agnoscere.quinimo si de stricto iure posset retinere:iure tamē poli debent filie restituere.¶ Quarto adduco nota.per Bar.⁊ Bal.in.l.ij.C.de sa

6 cro san.eccl.† vbi voluit filiūfamilias nō posse etiā ad pias causas testari in bonis aduentitijs ex generali legis dispositione que ꝓhibet filiūfamilias testari fauore patris:vt.l.pe.⁊ fi.C.qui testa.fac.pos.⁊ hoc videť apertissime ꝓbari.c.lꝫ pater.§.fi.in fine. de sepul. li.vj. vnde firmat Bar.pro regula in.l.j.qꝺ vbicūqꝫ lex prohibet aliquē testari fauore alterius nunq̄ fauore pie cause talis prohibitio censetur remissa quod aperte probatur in.d.l.licet.si est punctualiter in casu nostro:vt

7 patet ex predictis.¶ † Potest ergo lex vel statutū prohibere aliquē testari:saltem de certis rebus fauore alterius cū hec est ꝯsuetudo.arg.l.venditor.ff.commu.predio.⁊.l.dudum.C.de contrahē.emp.⁊.l.mercatores.C.de merca.⁊ mer.⁊ quod ibi notatur ⁊ maxime hec ꝓcedūt tenēdo glos.singularē in.l.illa institutio.ff.de heredi.insti .que dicit ex gratia concedi facultatem testandi:cum de iure stricto quis nō possit testari.cum effectus testamenti cōferatur ad illud tempus quo qs est futur⁹ dominus.⁊ sic perinde est acsi esset constitutum tempore inhabili.l.quod sponse.C.de donatio.ante nup.facit.c.de vxore.de sepul.⁊ l.in tempus.de acquiren.here.de facili enim tollitur vt no.gl.in cle.ij.de offic.ordina.facit.c.ab exordio.xxxv.di.maxime causa suggerente:vt in casu nostro.¶ Cōcludo ergo dictū legatum de re immobili:licꝫ ad pias causas factū nō valuisse.non obstāt cōtraria superius formata.Et primo ad primū dico statutū nō esse cōtra libertatē ecclesiasticā nec indirecte.Nō enim fit ꝓhibitio in odium ecclesie:nec ꝓhibeňť homines generaliter donare ecclesie.sed cōstitutio auget debitā portionem filio.si aucta prohibentur testari.quemadmodū patet in portione debita de iure cōi:imo si subtiliter cōsideretur est cōforme iuri diuino.potest enim ecclesiā honorare in bonis mobilibus vel immobilib⁹ si mobilia non extant.iuxta tenorem cōstitutionis:⁊ in ceteris bonis prouidere filijs ne paupertate laborent cum ipse deus mandet pauperibus subueniendum.⁊ ecclesia teneť de bonis suis ꝓuidere pauperi.xvj.q.j.c.fin.xij.questione.ij.aurum.fortius non debet eis bona declarata per legem auferre.al's si diceremus cōtrariū sequeretur qꝺ lex nō posset aliquem priuare bonis suis ex causa cōtra.l.si verberatum.ff.de rei vendi.⁊ no.per Bar.in.c.fi.C.si contra ius vel vti.publi.⁊ Cy.in.l.prescriptione.C.eo.⁊ per Inno.in.c.que in ecclesiarum.de consti.⁊ cōtra tex.in.c.ij.de vsuris.lib.vj.⁊.c.cum f̄m leges.de here.eo.lib.cum infinitis similibus.Facit ad predicta quod in simili notat Bar.in.l.rescripto.ff.de muneri.⁊ honori.secus autem vbi quis simpliciter prohiberetur alienare in ecclesiaꝫ directo vel indirecto alteri eo quod bona deferantur alijs. ⁊ sic procedit questio quam ponit Ioā.an.de qua supra in contrario.¶ Ad secundum contrariū respondeo quod hec cōstitutio non est rationabilis propter idētitatem ⁊ vnitatem que est inter patrem ⁊ filium.vt.s̄.dixi ⁊ cōtrarium loquitur cum quis intrat monasterium non condito testamento.tunc enim propter onera computādo monasteria in numero filiorum secus vbi ante staretur:vt no.in auť.si qua mulier.C.de sacro san.eccle.⁊.c.in presentia.de proba.vť si nullo modo intret monasteriū:qꝛ tunc nō tenetur aliquid relinquere ecclesie salua portiōe legitima de qua in.c.ij.⁊.c.j.cū similib⁹.de sepul.¶ Item fateor ꝙ quis debet magis diligere animā suā q̄ filios sꝫ nō debet per hoc priuare filios portione eis delata a lege ꝓpter ecclesiā.Nā ⁊ alijs modis potest anime sue ꝓuidere:maxime qꝛ pōt eñ honorare f̄m tenorē dicte constitutionis.Non obstat quod dicitur de differentia inter patrem ⁊ matrē:qꝛ multis est differentia.maxime de iure xij.tabularum f̄m quam mater excludebať a successione filiorum per agnatos ipsorum filiorum.¶ Item istud fuit cōpescere iudiciū maternū qꝛ mulieres laborant cōtra propria commoda:⁊ faciliter decipiunť.l.si pater.C.de sponsalibus.¶ Ad vltimū cōtrariū respondeo ꝙ dicta constitutio loquiť nō simpl'r affirmatiue dādo facultatē testādi de mobilib⁹ sed ꝓcedit ad vlteriora deferēdo ipsa bona stabilia filijs ⁊ sic per consequens prohibet testari de eis.vt.s̄.dixi.¶ Probať scꝺo modo in ver.aūt.vbi permittit de stabilibus testari vsqꝫ ad medietatem.si bona mobilia desunt.ergo a contrario si mobilia extāt ꝓhibēt testari de immobilib⁹.ar.in.l.inter socerū.§.cū inter.ff.de pactis.per Bal.in.l.conuenticulam.C.de epi.⁊ cleri.alij.Si possit ad libitum de mobilibus testari.illa verba constitutionis essent superflua cōtra.c.si papa.de priui.lib.vj.in.l.si quando.ff.de inofficio.test.¶ Tertio ꝓbať eo ꝙ versiculus si vero p̄moriatur venit aduersatiue ad ver.si vero pater.vbi patri indistincte permittiť testari:dūmodo filios de sua portiōe recognoscat.ergo in v̄si.si v̄o premoriať.voluit diuersum ius statuere in matre.ad qꝺ notať in.c.at si clerici.de iudi.Et hec sufficiat ⁊c.Nicolaus Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

In dei nomine amē. Uisis com

promisso ⁊ laudo inde sequuto ⁊ obiectionib⁹ ꝯ ea:⁊ petitiōe sup nullitate ⁊ rñsionib⁹ inde factis:⁊ alijs agitatis inter.E.ciuē Uicētinum ex parte vna.⁊.A.eiusdem ciuitatis pōderatis statutis sub hac materia disponētib⁹ de duob⁹ cōtingit compromissum impugnari attētis maxime q̄ obijciūtur de scriptura priuata.⁊ ꝙ fuerit ꝯpromissum ⁊ laudatū super vsuris ⁊ qꝺ laudauerūt duo ex trib⁹ alio subsistēte irreqsito.Scꝺo an obiecta sint talia ⁊ tāte efficacie ꝙ pēdēte dicta causa nullitatis iudex possit vel debeat de iure inhibere dicto.E.ꝙ pēdēte dicta cā nullā faciat nouitatē dicto.A.vel nō debeat inhibere attētis responsionibus ⁊ statutis predictis ⁊c.

¶ Consilium.lxiiij.

1 ☞ Compromissum quando factū est in tres non valet pronuntiatio duorum tertio irrequisito.
2 Dictū arbitratoriū si est contra deū.non est illi parendū.
3 Laudū est quedā transactio que prima fronte presumiť iusta ⁊ equa.
4 Arbitratores nō teneňť scripturas facere sed satis est extraiudicialiter se informare.
5 Iudex ordinarius licet nō debeat pronuntiare vltima die sue iurisdictionis:si tamen pronuntiat valet.

Causa

6 Causa nullitatis nõ impedit exequtionẽ sententie casu quo illa sñia fuit bis per competentes iudices confirmata.

7 Instrumentum capitur pro omni charta cõtinẽte gesta inter partes.

3 ¶ Scdo pbat ex pprietate verboꝝ. † statuta em̄ debēt intelligi fm pprium sensum vocabuloꝝ.vt not.Bal.in.l.oēs ppl'i.ff.de iusti.ꝛ iur.fraus em̄ est idē fm intellectū quē ibi ponit Bar.vel inest dolo vt species fm intellectū pncipaliorē qui videt ibi magis placere glo.ita qd fraus nō est sine dolo:sed dolus fm illū intellectū pōt esse sine fraude.fraus em̄ fit cū aliquē volo decipere ꝛ fallere sine meo ꝯmodo ꝛ qs istoꝝ intellectuū teneat nō multū curādū quo ad ppositū.illud cōiter tenet vt sine dolo nō ꝯmittat fraus:qd pbat in.l.fraudis interpretatio.ff.de re.iur.In dolo aūt est cōis calliditas fallacie machinatio ad circūueniēdū fallēdū ꝛ decipiēdū alterū adhibita.vt.d.l.j.§.dolū malū.ꝛ.d.l.iurisgētiū.§.dolo malo.sed certe si iste magister erat obnoxius cōi p duobus cōtinuatis annis ꝛ soluit dūtaxat p postremo nullā adhibuit fallētiā vel calliditatē ad decipiēdū cōitatē seu gabellam fraudādā.facit em̄ illud qd a iure cōi sibi permittit. Nam vbicunqz quis est obnoxius creditori ex diuersis debitis potest soluēdo cōmemorare in quam causam vult soluere.vt.l.paulus.§.paulus.ff.de sol.Nec dr cōmittere fraudem in eligendo debitum recens ꝛ non soluendo p vetustiori causa vt ibi.cessat em̄ fraus in eo quod fit lege permittente.l.gracchus.C.de adulte.ꝛ.c.q peccat.xxij.q.iiij.nec aliqua lege cauet qd eligēdo cām magis recentem teneat debitor cōmemorare omnia debita precedētia:gabella vo vnius anni est prorsus separata a gabella alterius anni ita q̄ tot sunt debita q̄t sunt p̄statiōes vt.l.cū notissimi.ꝛ qd ibi no.C.de p̄scri.xxx.vel.xl.anno. ¶ Tertio pbo sic vbicūqz ad aliqd factū pōt quis moueri ex causa dolosa ꝛ fraudulenta:ꝛ ex cā licita ꝛ honesta vel saltē nō dolosa. Nunquam debemus in dubio presumere cām fraudulētā:vt est text.in.l.merito.ff.pro socio.facit.c.estote misericordes.de reg.iur.sed dictus magister potuit omittere solutionē ex impotētia soluēdi vel ex obliuione:qꝛ illo anno modico tpe laborari fecerat pter pestē superuenientem ob quam cām absentauit se longo tpe a ciuitate vt mihi presupponitur in facto ꝛ stetit per biennium anteq̄ aliquid solueret:ergo potius in hoc facto dubio debemus presumere aliqua ex istis causis honestis q̄ p̄sumere fraudē ꝛ dolū cum de quolibet debeamus presumere bonū:vt in.c.si.de presum.ꝛ experientia docemur debitores vltra tēpus debitum differre solutionē potius ex impotentia soluendi q̄ animo creditoris defraudandi:ꝛ valet in dubio ar.a cōmuniter accidentibus:vt no.in.c.i.de cleri.nō resi. ¶ Itē ex alio excludit p̄sumptio fraudis ꝛ qd notorie exercebat artē suam ꝛ de oibus solutionibus fiebat scriptura.vnde nō est verosimile qd notorie voluisset suam cōmunitatē fallere.cessat em̄ p̄sumptio fraudis ꝛ doli in facto notorio.iuxta nota.p Iac.bu.in.l.ij.C.de sum.tri.ad hoc tex.in.l.nō existimo.ff.de admini.tut.ꝛ.l.qui sine.de neg.ges.ꝛ.l.fi.de ritu nup.hinc ꝯcludit But.
4 † vbi supra ad questionē que fuit de facto quidaz frater pfessus exiuit ordinem ꝛ accepit vxorē.Querebatur an inquisitor posset contra illum procedere.ꝛ cōclusit sic q̄ aut dixit clā vxorē presumitur in dolo nō errare.ꝛ iō inquisitor dz cognoscere,aut accepit palā ꝛ nō p̄sumitur in dolo sed errare.ita dico ad propositū si iste habuisset animū fraudādi nō laborasset publice vt fecit: sz in oculo: qꝛ qui male agit odit lucē.de offi.dele.ꝯsuluit p̄terea ex omissiōe vnius anni ꝛ solutione sequentis nō infert p̄sumptio qd p alio soluerit.vñ nec exp̄sse nec tacite mētitur.Ideo cessat ois calliditas ꝛ fallacia q̄ requirit ad fraudem cōmittēdā. ¶ Ad hoc bonus tex.ꝛ qd ibi no.in.l.quicūqz.C.de apoc.li.xi.
5 ¶ † Alterius vide qd si publicanus q ꝯducit vectigalia a fisco differat debito tpe soluere statutū pretiū fisco nō incidit in penam aliquā sed pōt cōpelli vel cogi ad satisfaciendū cū vsuris modici tpis vectigalia.§.fi.ff.de publ:c.ergo idē dicēdū in isto magistro qui videtur tenere fisco ex quodam quasi contractu inito cum cōitate.nō em̄ iste magister celauit rem ex qua erat soluēda gabella ex quo p̄sume

retur fraus.l.fraudati.ff.de publi.nec tenebat̃ soluere tributū de re sua quo casu res incideret in cōmissum:⁊ sic loquunt̃ iura superi⁹ allegata:sed tenebatur soluere ex quasi contractu inito cū cōmuni.iuxta notata in simili.per Barto.in.l.si de decre.ab ordi.faci.nec tenebat̃ ostendere aliquam rem cum nō esset fienda solutio ꝓ rebus vehēdis, quo casu procedūt iura que loquuntur de ꝓfessione ⁊ solutione: sed tenebatur soluere ex causa:q2 laborabat.vnde si non soluit est in culpa nō tñ in dolo.Nec isto casu debemus presumere dolum per ea q̄ supra latius dixi.Et per hoc sit respōsum ad cōtraria in principio formata. ¶ Concludo ergo dictum magistrum nō incidisse in penaʒ dicti statuti maxime quia in dubio debemus interpretari partem meliorem.l.he cause.ff.de suspe.tuto.⁊.l.interpretatione.ff.de penis.⁊ regula i penis. de reg.iur.li.vi.facit quod no.per Bar.in.l.j.ff.de effra, Et hec sufficiant.Laus deo. Nicolaus Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

In effectu casus talis est. Caue

tur inter cetera in quodam statuto Senensi si quis receperit in solutum ⁊ pagamentū autoritate curie:aut alicuius iudicis aliquā rem immobilē ꝓ primo ⁊ secundo decreto vel aliter pro executione sentētie laudi vel alterius instrumēti publici in casibus in quibus ex scdo decreto vel in quocūq3 mō sibi adiudicata tradita fuerit autoritate curie videtur iudicis ⁊c.Ita qd dominiuʒ proprietas seu possessio talis rei transfertur nūc in dictis casibus solus recipiens teneatur soluere integram gabellam talis rei.s.denarios octo pro libra ⁊ post aliqua subycit̃:ita qd parte semel alienata sufficiat semel gabellā talis solui:hoc stante statuto quidā Nannes dñi Angeli habuit ex pmo decreto occasione cuiusdā debiti quedam bona immobilia sui debitoris ⁊ tractu temporis obtinuit super eisdem sm decretū per qd illa bona fuerunt eideʒ tradita in solutum ⁊ pagamentū:a qua quidem sñia seu decreti interpositione fuit appellatuʒ per partem aduersam ⁊ pendēte appellatione gestum fuit cōpromissum in amicos communes qui inter cetera irritauerunt ⁊ annullauerunt predictum sm decretum ita qd dictus Nannes restituit dicta bona immobilia vigore pronuntiationis arbitrorū. ¶ Nunc queritur nunquid vigore dicti statuti teneatur soluere dictam gabellam ⁊c.

Consilium.lxix.

1 Emptor mota sibi questione super re empta si voluntarie cōpromisit ⁊ succubuit nō habet regressum de euictione contra venditorē.

2 Possessionem pacificam non dicitur quis habere si illico super ea mouetur sibi questio.

3 Passus sm decretum potest beneficio legis intra annum offerre debitum creditori:⁊ recuperari sua bona data insolutum illi creditori.

Christi eiusq3 matris ꝑsidio

humiliter inuocato. ¶ Videt̃ primo dicēdū ꝙ sic a ꝟbis statuti nō est recedendū nisi aliter cōstet de mente.l.nō aliter.⁊.l.ille aut ille.ff.de leg.iij.⁊.c.si.de ver.sig.Sed statutū arctat recipientē rem immobilē ex pmo ⁊ secūdo decreto ad solutionē gabelle ⁊ iste Nannes habuit illa bona ex primo ⁊ secundo decreto ergo tenet̃ ad solutionē gabelle.statim cū em̄ recipit bōa ex primo ⁊ secūdo decreto acquisitū fuit ius gabelle.l.cedere diē.ff.de verb.sig.⁊ tenetur ad solutionē etiam si bona postmodū perirent penes eum.satis enim est semel fuisse locū dispositioni legis.sicut in simili dicit lex satis esse cōditionē semel extitisse licet nō durauerit.l.si quis heredē.C.de instit.⁊ substi.Et maxime hoc procedit verbis sequentib⁹ in statuto in eo qd ad solutionē gabelle solum requirunt qd dñium seu possessio sit trāslata in recipiētē.at in casu nostro nedum dñiū seu possessio quinimo ⁊ possessio fuerit per dictum Nannem per interpositionē secūdi decreti translata.cum em̄ per primum decretū illorū bonorū detentatio esset penes dictum Nannem videtur qd per sm decretū per qd illa bona fuerunt sibi donata insolutum ⁊ pagamentū statiʒ acquisiuit dominium ⁊ verā possessionem cum nō esset opus inductione in possessionem:cum ipse idem illa bona detineret:ita qd illa sñia statim traxit secū executionē.ad hoc bonus tex.in.l.si.C.de iure do.impe.⁊ insti.de rerū diui.§.interdū.cū.§.se.⁊ qd no.Bar.in.l.si finita.§.iulianus.ff.de dā.infec.Nec ob.si dicat̃ illa bona nō durasse penes eū quin ꝑ hoc dict⁹ Nannes nō valeat excusari:q2 cū ex facto suo volūtario ꝑdidit sibi imputandū est.nō em̄ debebat cōpromittere sed appellationem ꝓsequi.Ad hoc bonus tex.in.l.si dictū.§.j.ff.de eui.vbi d2 † qd si emptor mota sibi qōne super empta voluntarie cōpromisit ⁊ succubuit nō habet regressum de euictione cōtra venditorē.debuit em̄ expectare sñiam iudicis ⁊ sic procedere per actum necessarium.l.vtiq3.ff.de iudi. ¶ Quemadmodū em̄ nō euitasset gabellā si per transactionem vel alium contractū illa bona trāstulisset in aliū:q2 satis est semel ius fuisse acqsitū gabelle ar.in.l.cōmissa.⁊.l.fraudati.ff.de publ.⁊ l.cōtinuus.ff.de ver.obl.ita euitare nō debet si illa bona perdidit per compromissum:q2 cōpromissum volūtariū est quedā transactio.vt legi.⁊ no.in aut.si vero cōtingēti.C.de iudi.no.Inn.in.c.quintauallis, de iureiu.⁊ per Bar.in.l.societatem.§.arbitrorū.ff.pro socio. Et hec videtur fortior ratio ⁊ videt̃ de rigore prima frōte cōcludere maxime attento tex.in.l.cū hi.§.si cū his.ff.de transa.Sed his non obstātibus cōtrariā sñiam arbitror veriorē ad quā plurib⁹ ratiōibus equissimis ⁊ naturalib⁹ moueor.Et pmo q2 nō pōt dici factū maxime i re odiosa cū nō duret factū:vt in.c.nā ⁊ ego.de verb.sig.cū cōcor.ibi positis, in gl.sicut in dāda actiōe cōtra patrē nō dicit̃ versum cū non duret versum.ff.de in rem verso.⁊ verbū recipere sicut verbum habere intelligi d3 cū effectu ⁊ nō ad corticē:vt i.c.relatū.de preb.ita qd dispositio statuti habeat effectū permanentē.de peni.di.i.§.hec aūt verba.⁊.l.i.et ij.ff.quod quisq3 iur.⁊.q.i.marchion.statutū ergo predictū arctās recipientē bona ex primo ⁊ secundo decreto ad solutionē gabelle debet intelligi de recipiēte cū effectu ita qd translatio dominij siue possessionis tenuerit ⁊ durauerit.Non enim potest dici facta trāslatio si illico suus effectus extinguitur seu impedit̃.ar.optimū.in.c.cōmissa.de ele. li.vi.⁊ qd ibi no.vt patet.

2 † quod non dicitur quis habuisse possessionem pacificā si illico sup ea mouet̃ sibi questio.nō em̄ fuit de mēte statuentiū alligare ⁊ vinculare quē sine cōmodo ⁊ reali receptiōe ad solutionē gabelle cū hoc repugnet rōni naturali sm quam nemo debet locupletari cū iactura alterius:vt in regula locupletari.de re.iu.li.vi. ⁊.l.nā hoc natura.ff.de condi.inde.⁊ maxime cum fiscus tūc censetur abundare cū habeat subditos locupletes.in aut.vt iudic.sine quoquo suffragio.§.cogitatio.Et maxime q2 gabelle sunt odiose.l.ij.C.noua vectig.insti.nō po.⁊.l.vectigalia.⁊ quod ibi not.Barto.ff.de public. Sed in casu nostro non durauit effectus secūdi decreti cum illico per appellationē fuit extinct⁹.Et sic per actū legalē sine omni culpa isti⁹ Nānis:vt probat̃ in.l.ij.ff.d pe.⁊.l.i.ad fi.ff.ad turpi.Et licet fuerint opiniones vtrū per appellationē extinguatur sñia vel suspendat̃ cū text.iuris cano.cōmuniter dicunt qd suspendat̃,vt in.c.venientes.de iureiur.⁊.c.pastoralis.§.ꝓterea.de offi.dele.⁊ leges ciuiles dicūt quod extinguatur in dicta.l.i.in fi.attamē satis est quo ad ꝓpositū nostrū quod effectus illius sententie ex eo fuerit de ꝓ̄senti sublatus per appellationē qd ꝓcedit etiā in sñia que trahit secum executionem vt ꝓbatur in.l.furti.ff.de his qui no.infa.per quas leges probatur qd secuta appellatione nō pōt dici istum Nannem habere dñiū vel possessionē illoruʒ bonorū:ergo nō tenetur ad solutionē gabelle,Nec ob. quod iste compromisit:q2 per hoc cōpromissum solū nō perdidit dominiū ⁊ possessionē illorū bonorū sed per appellationē gabelle qd iste non habuit vigore primi ⁊ secūdi decreti dominiū ⁊ possessionē nec ꝑ actū cōpromissi debet incurrere illā penā cū cōpromittēdo vsus sit iuris via legitima:vt in.cle.quādiu.de ap.⁊ in aut.si tamen.C.de tēp. ap.Et sicut succubuit corā arbitris:ita potuisset succūbere corā iudice appellationis.Itē iste Nannes nihil petit ab alio ex eo:q2 succubuit quo casu procederet dispositio.l.si dictū ꝑ alle.sed ab eo petit̃ gabella ad quā non tenet̃ ex quo nō habuit effectū secūdi decreti nec ꝑ ea defecit quin haberet.

3 ¶ Secūdo principaliter facit eleganter. † q2 passus sm decretū potest bñficio legis intra annū efferre debitū creditori ⁊ recuperare sua bona illi creditori data insolutū.arg.optimū in.l.C.si.de iure dot.impe.notanter dicit Bar.in.d.§.iulianus.si ergo debitor appellatione pendente conuenit cum isto suo creditore interuentu arbitrorū ⁊ recuperauit bona sua nō d3 imputari isti.nam sine quolibet cōpromisso hoc potuisset per supradicta.Et huic rationi nō video respōsionem saltem sufficientem nō em̄ debet iste arctari ad soluendum clero quod in effectu nō habuit. ¶ Tertio principaliter facit pro isto Nanne quia in re dubia est seruanda sententia contra fiscū:vt est tex.no.in.l.nō puto.ff.de iure fis.presertim in casu nr̃o in quo fiscus contendit de lucro captando ⁊ dictus Nannes de dāno vitando cū ex illo secundo decreto nullum cōmodum fuerit cōsecutus ⁊ fiscus nullū damnum passus:⁊ hoc habet maximam equitatem ne fiscus locuplet̃ cōtra omnem naturalem iustitiam ⁊ bonā equitatem ⁊ cum subditorum dispendio.potest em̄ in eorū dispositionib⁹ allegari naturalis iniustitia.l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excu.tuto.⁊ l.secundo requiris.in fi.de app.⁊ equitas preferenda est rigori.l.placuit.C.de iud.⁊ summam equitatem iudex ante oculos habere d3.l. quod si ephesi.in fi.de eo quod cer.loco.c.fi.de transac. Et per hec patet responsio ad superius alle.procedunt em̄ in casibus diuersis a nostro. ¶ Concludo ergo dictum Nannem non teneri ad solutionē gabelle.Et hec sufficiant. Nicolaus Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Quidam canonicus massanus

iaududum tenuit canonice quasdam capellas in eadē ecclesia Massana quib⁹ nūc senectute seu morbo ingrauescente vt illa bñficia requirūt deseruire nō pōt.dñs episcopus Massanus eū impellit vt capellanuʒ suis sumptibus ibi retineat vel saltem contribuat ad sumptus vnius capellani ibi positi.dictus canonicus respondet qd suorum beneficiorum reditus summam.xxv.florenorum vix ascendunt: ita quod non potest ex eis sustentari:⁊ portionem capellano instituēdo tribuere.Queritur quid iuris ⁊c.

¶ Consilium.lxx.

1 Bñficiū hñs si sit infirmus ⁊ teneat̃ ponere vicariuʒ bñficiū nō sufficiat

sufficiat ad amborum vite alimentum quis prouidere debebit.

2 Cause due quando concurrunt quarum vna est naturalis alia accidentalis naturalis tunc preualet.

3 Beneficium an quis obligare possit.

Christi eiusqz pie matris presidio humiliter inuocato. ¶ Videt̃ primo dictū canonicū teneri ad dandū capellano competētem portionem licet ex residuo ipse absqz penuria viuere non posset per.c.de rectorib⁹.de cleri.egro.vbi dicit tex.qꝫ si rector ecclesie nō valet ex lepre morbo ecclesie deseruire dandus est coadiutor qui de facultatibus ecclesie cōgruam recipiat portionem.z glo.ibi videtur decidere casum nostruz.
1 ¶ †Queritur enim quid si ecclesia non potest sufficere vtriqz z respōdet quod deseruiens ecclesie habebit reditus: z illi infirmo ꝓuidebit episcopus.allegat.lxxxij.dis.§.j.z.ij. ¶ Itē z secundo non videtur licitū:vt quis habeat plures capellanos in eadē ecclesia.maxime si est canonicus vt in casu nr̃o sicut eadem ecclesia nō licet habere plures prebendas imo per adoptionem secunde vacat prima ipso facto:vt in.c.literas.z qꝫ ibi no.de cōces.prebē.z in cle.si.de pb.ita cōsentaneū non est vt quis habeat plura cōsimilia officia vel beneficia in eadem ecclesia:qz decoloratur status ecclesie z debito officio defraudat̃ cū qs nō posset nisi pro vno deseruire.facit qꝫ no. Ioā.and.in.d.c.literas. ¶ Sed his nō obstātib⁹ cōtrariam sniaz arbitror de iure preualere. Moueor primo per dictū.c.de rectoribus.vbi coadiutori datur certa portio:ergo oēs redit⁹ remanēt ibi penes prelatū. Et sic pinguius ꝓuidetur rectori ꝙ̃ coadiutori.Ergo si redit⁹ vtriqz nō sufficiūt debet prius prouideri rectori infirmo tanꝙ̃ digniori:z pinguius ius habēti.arg.in.c.dilectus.z.c.volētes.de offi.dele.maxime qz infirmus censetur seruire.vñ dicit lex qꝫ famuli egroti quos curamus nobis seruire intelliguntur.vt.l.iiij.§.stichus.ff.de statulibe.z.l.in rebus.ff.cōmoda.per quas leges z.c.j.de cle.egro.cū ibi not.probat̃ qꝫ ecclesia tenetur alere rectorē egrotū z si infirmitatis tpe denegarēt clericis alimēta deterrerentur alij a clericatu z non reperirent̃ qui vellent in dei ecclesia militare.vt dt tex.in.c.j.prealle.Hinc est qꝫ infirmis dant̃ quotidiane distributiōes que nō dant̃ nisi deseruientibus z diuinis interessentibus.vt in.c.j.de cleri.nō resi.lib.vj.per qꝫ patet qꝫ habendi sunt infirmi pro deseruientibus.quod itelligo quādo infirmitas fuit immediata causa nō deseruiendi.secus si ante infirmitatem nō deseruiebat:quia tunc nō gaudet beneficio infirmi:vt no.in dicto.c.j.z voluit Inn.in.c.ad audientiā.de cleri.nō resi. ¶ †Preterea qñ ꝯcurrūt due cause quaꝝ vna ē naturalis alia accidentalis:naturalis ꝓualet.
2 l.q habet.ff.de tute.facit qꝫ no.glo.in cle.ij.de offi.or.ergo ꝑ prius ꝓuidenduz est rectori infirmo qui habet titulū z censet̃ deseruire cū capellano seu coadiutori extraordinario nō instituēdo.z si ecclesia patitur defectū in ministris dz eps parochie de capellano ꝓuidere.z optime in simili in his q legunt̃ z no.in.c.j.z.c.de his.de ec.edifi.vbi ptz qꝫ beneficiatus nō tenet̃ reficere ecclesiam nisi de his que sibi supersunt vñ pmo dz ꝓuidere sibi z postmodū fabrice.Et si nō sufficit sibi
3 fabrice populus vel eps debet subuenire:vt ibi plenius no. ¶ † Ad idē:nā tpe infirmitatis posset bene alter nō habēs vnde viuere cōtrahendo debite obligare beneficiū.vt no.Ioā.an.in.c.ex presentiuz.de pig.z no.in.c.j.de sol.Nō obstant cōtraria superius inducta.nā gl.in dicto.c.de rectoribus.de iure nō ꝓbat:qz iura que allegat solū dicūt qꝫ eps tenetur prouidere illis q victum manibus sibi qrere nequeūt. Nec loquunt̃ magis de clericis quā de laicis.Sed in casu nr̃o iste canonicus habet beneficia quibus tempore infirmitatis censetur deseruire:z sic debet ex illorum reditibus sustentari.Et contra illam glos. aperte ibi tenet Vincē.cuius opinionē referūt doc.z cū eo nō trāseūt nec illā reprobant.quinimo doctor precipuus ꝑm illā opi. Vinc.cōsuluit in qōne facti.s.do.Franci.card.flo.vt ab eo audiui viua voce z ponit in.d.c.de rectoribus. Ad secundum ꝯrium respōdeo qꝫ.c.literas.z cle.supra alle.loquuntur in duabus prebendis nō aūt in alijs inferioribus beneficijs eiusdem ecclesie.Quinimo cōsuluit Feder.de senis cōsi.cxv.canonicum posse ex dispēsatione epi habere capellā in eadem ecclesia cum dispensatione eiusdem posset qs⁹ habere canonicatū ꝑbendā z dignitatē seu ꝑsonatū z officiū in eadem ecclesia:vt in.c.j.iuncta glo.de cōsue.lib.vj. Et hodie ex cōi cōsuetudine retinere plura simplicia presertim qñ non exigunt residentiam seu alteꝝ nō sufficit ad sustentationē bñficiati:vt plene no.per glo.in.l.grā.de rescrip.lib.vj.z cle.grē.eo.ti.z in.c.dudum.el.ij.de ele.z per Inno.ibi z in.c.cum iamdudum.Et quicquid sit de iure vel cōsuetudine:tamen in facto isto ꝑsupponit̃ dictū canonicū legitime dictas capellas possidere nec de tituli legitimatiōe disputauit.iō in h̃ vlteri⁹ nō insisto. ¶ Concluditur ergo dictum canonicum nō cōpellendum ad prouidendum capellano vel ad cōtribuendum si detractis sibi necessarijs nihil sibi superest. Nicolaus Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

In hac causa que ad presens vertit̃ inter Jacobū quondā Mattheoli de fabricano ex vna pte z Nicolaum ex alia parte super validitate quorūdā cōtractuum z iuramētorum ac ipsorum relaxatione pro luculenta decisione habenda zc.

Consilium.lxxj.

1 Statutum presumens dolum z simulationem in certis contractibus maxime minorum valet.

2 Mulier si renūtiat velleiano in eodē ꝯtractu extra iudiciū nō valet.

3 Statutū disponens in contractu:non habet locum in quasi ꝯctu.

4 Statutum laicorum non valet super spectantibus ad iurisdictionez ecclesiasticam.

5 Iuramentum habet vim clausule:si non valet quod ago vt ago:valeat vt valere potest.

6 Minor in spiritualibus potest esse in iudicio sine curatore.

7 Minor iurans corporaliter se maiorem cessante dolo aduersarij excluditur a beneficio etatis inducto a iure communi.

8 Fictio cadit super certo:presumptio super incerto.

9 Iuramentum sine causa legitima remitti non potest etiam a papa in preiudicium alterius.

Christi eiusqz matris ꝑsidio inuocato.Quinqz dubia examināda informabo. ¶ Primum nūqd iuramēto ꝑstito in minori etate per dictū Iacobum in eo qꝫ pmo iurauit se maiorē z postmodū iurauit sup obseruatione cōtractus inciderit aliqꝫ vinculum obstāte statuto ꝓuincie in quo certa solēnitas prefigitur cōtractibus minorū qua posthabita decernit̃ vt dicti cōtractus ꝑsumāt̃ z fingant̃ facti dolose et nullā obtineant firmitatē:z nihilominus ꝯhentes cū minoribus ꝯtra formam statuti iudicis arbitrio puniātur. ¶ Secundū dubium,ꝑsupposita validitate illorū iuramentorū z ꝯctus ex defectu solennitatis statutarie:an dictus ꝯtractus initus cū dicto Iacobo minore possit sustentari ex ratificatione ipsius Iacobi iuramēto firmata tpe maioris etatis innuendo se in illo cōtractu fuisse deceptū vltra dimidiam iusti pretij. ¶ Tertium dubiū,presupposita validitate z vinculo illorum iuramētoꝝ vel alicuius illoꝝ debuerit audiri dict⁹ Iacob⁹ petens absolutionē a dño epo. ¶ Quartū dubiū,vtrū dñs eps z eius vicarius iuridice se gesserint tā in ꝓnūtiando quā in relaxādo dicta iuramēta. ¶ Quintū z vltimuz que sint z esse debeāt partes iudicis appellationis.in hoc respondeo ad primū.Et pmo ad partem nega-
1 tiuam qꝫ dicto iuramēto nullū vinculū iussit.†Valet enī ꝑm oēs statutum presumēs dolū z simulationē in certis ꝯctibus maxime minorum:adeo qꝫ iuramēta in eis prestita nullius efficiunt̃ momēti tāꝙ̃ dolo extorta z simulata.ad hoc.l.si mulier.z in auf.si qua mulier.C. ad velle.l.principalibus.ff.si cer.pe.z.l.vnica.C.de ꝯ.iud.no.in terminis nostris Bar.in.l.oēs populi.ff.de iusti.z iur.in.viij.seu.ix.co.vbi dicit qꝫ aut statutū simpliciter annullat iuramentū nō seruata solēnitate z non valet aut disponit vt contractus aliter celebratus ꝑsumatur dolosus seu qꝫ minores dolo ꝑsumāt̃ inductu:z valet etiā ad annullandū iuramentū.mouet̃ qz statutū pōt ꝑsumi dolū z iuramētum dolo extortū nō valet.vt in.c.cū cōtingat.de iureiur.z.c.ij.d pa.lib.vj.z aut.sacramēta puberū.C.si aduer.vē.plus sentit Bal.in dicta auf.sacramenta puberū.dicit enī qꝫ etiā si statuta nō fingāt dolū z simulationē z equitatē vt puta:qz malitia hoim illius loci erat prōpta ad decipiēdū minores valēt statuta annullātia iuramēta z cū habeant equitatē z rationē naturalē nō pñt dici iuri cōtraria.fatet̃ tū bonam esse cautelā que in multis locis seruat̃ vt contractus ꝯ statuta presumant̃ dolo seu metu initi:plenius tamē idē Bal.hāc materiam attingit.in.l.nō dubiū.C.de legi.attamē qꝫ ad casum nostrum videtur velle vt iuramētū nō seruata solēnitate statuti nō valeat dt enim in effectu quo ad propositū nostrū qꝫ aut rō prohibitionis statuti fundat̃ super eqtate naturali z nō valet iuramētū:vt puta quādo statutū fundatur sup dolo z simulatione:vt in casu nr̃o.aut fundatur super quadā equitate positiua z valet.Et hoc casu pñt intelligi ea que habent̃ in.c.ij.z.c.cū ꝯtingat.z aut.sacramēta puberū ꝑal. Et si quis diceret hoc ꝓcedit respectu iuramēti interpositi sup obseruantia ꝯctus z non qñ iurauerit ꝑ prius se maiorē.Respondeo ꝙ si illud iuramentū fuit prestitū in eodem ꝯctu debet presumi extortum sicut ipse cōtractus:qz iuramentū nō presumitur propria voluntate prestitū a malo:vt dicit tex.in.c.super hoc.de renū.quia eadē facilitate qua inducunt̃ minores ad ꝯhendū induci possunt ad iurādum se maiores.Et si diceremus contrariū tale statutū nullius foret effect⁹ cū facile minores inducti ad ꝯhendū iurarent se maiores. Ad h̃ bo-
2 nus tex.in.d.l.si mulier.hinc Bart.in.l.fi.C.ad velleia.dt.† qꝫ si mulier extra iudiciū renuntiet velleiano in eodē cōtractu nō valet:qz eadē facilitate qua inducit̃ ad se obligandū induci potest ad renūtiandū z sic lex esset ludibrio.Idē in simili not.in.l.si ex cautiōe.C.de non nume.pec.vbi dicit̃ nō valere denūtiationē in eodē ꝯctu habitam cū quis confitet̃ se recepisse pecuniā mutuā. Ad idē qꝫ ipse not.in.l.nemo potest.ff.de leg.j.vbi dicit nō valere renūtiationem exceptionis simulationis in eodē ꝯctu qui dicit̃ simulatus:qz oia que sunt in eodem instrumento presumi debēt simulata si cōtractus simulat⁹ probetur.Ita dicēdum videt̃ in proposito ex quo per statutū nō seruata

solennitate presumitur contractus dolo extortus omnia tunc gesta tanq̃ accessoria ⁊ ꝑambula ꝑsumi dꝫ dolo extorta. Facit regula accessoriū de re.iu.li.vj.⁊.l.oro.ff.de spō.⁊.c.prudētia.⁊.c.ꝑterea.de offi.dele. ¶ Sed his nō obstātibus cōtrariā sniam arbitror veriorē. Moueor primo qꝛ dictū statutū nō dꝫ extendi ad iuramentū prius ꝑstitū cū iurauerit se ante oēm cōtractū maiorē: qm̄ cū statutū deuiet a regulis nō debet aliquatenus extēdi ad casuꝫ similē fictioni: vt.l.iij.§.hec sūt verba.ff.de neg.gest.no.Bar.in.l.non dubiū.preal.facit qd legi.⁊ no.in.c.in vestra.de iureiu.⁊ ꝑ Jo.an.in regula pro possessore.de re.iur.li.vj.in mercu.⁊.c.statutum.de ele.li.vj.⁊.l.qd vero contra rationem.ff.de legi. Quinimo qd plus est †statutū disponēs super ꝯtractu nō habet locū quasi ꝯctu: vt no.dicit Bar.in.l.apud iulianum.ff.ex qui.cau.in pos.ea.⁊ in.l.si minor.ff.de acq.here. Sicut nec ꝯ statutum super quasi cōtractu nō habet locū in vero ꝯtractu: vt no.voluit gl.in.c.decet.de immu.ec.li.vj.vbi dicit qd dispositio illius.c.annullās habitū iudiciū in ecclesia nō extendit ad ꝯctus. ita dicēdum vr̄ in ꝓposito qd statutū istud disponēs super contractu nō debet extendi ad iuramentū prius sup maioritate cū illud nō sit cōtractus: nec q̄si cōtractus: vt ꝓbat ex his que habent in.l.labeo.la.ij.de vb.sign.⁊.l.oēm obligationem.ff.de iud.cū ibi no. Quinimo plus qd ēt si expresse statutū voluisset ꝯprehendere illud iuramentum nō valuit: qꝛ non spectat ad laicos decernere sup iuramento sicut nec sup alio iure spirituali; vt no.Host.in.c.quēadmodum.de iureiur.ꝓbat in.c.venerabilem.de elec.⁊ no.ꝑ Fed.de senis.cōs.xcj.⁊ ꝯsi.xcv.vbi gn̄aliter dicit †nullum statutum laicorum valere super spectantibus ad iurisdictionē ecclesiasticā. Ad hoc.c.si iperator.xc.di.vbi dꝛ quod pro spiritualibus debet etiā imperator recurrere ad ecclesiā.facit.c.nouit.de iudi. Probatur rōne inconuincibili: si enim nō valet laicus cognoscere de validitate iuramēti vel alterius actus spiritualis.vt in.c.tuā.de ord.cog.⁊.c.lator.qui fil.sint legi.⁊.c.si iudex laicus.de sen.exc.li.vj.⁊ no.Bar.in.l.titia.ff.sol.ma.⁊.l.j.de iuris.om.iud.ergo fortius nec super illo statuere cū statutū sumat vires a ptāte statuentis.de sen.exc.c.a nobis.⁊.l.fi.ff.de iuris.om.iu.⁊.c.vt animarꝫ.de ꝯsti.li.vj. Nec obstat si dicat qd fuerit prestitum sup cōtractu: qꝛ statutū ꝑsumit dolosum: qꝛ hoc iuramētum vt dixi precessit ꝯctum.nec pōt dici pars contractus, vnde esto qd ꝯctus in totum corruerit valeret nihilominus iuramentum ⁊ sic nō dꝫ iudicari ad materiā ꝯctus.ad hoc.l.etiaꝫ.ff.de mino.⁊.l.scire debemus.ff.de ver.obl.facit qd in simili no. Jnn.in.c.fi.de resti.spo, dicēs eā sustinere: lꝫ corruit iudiciū: ⁊ probat in ele.constitutionē.de ele.habet eīm iuramentum subsistere ꝑ se: nec etiā accidit cōtractui.vnde pōt prestari etiā super cōtractu nullo.vt in.c.debitores.⁊ quod ibi no.de iureiur. Preterea magis deliberate presumitur quis venire ad iuramentum tāq̃ ad actuꝫ spiritualē ⁊ aīe periculosum q̃ ad ꝯctum super tēporalibꝰ: ideo facilius debet ꝑsumi qs dolo inductus super conctactu q̃ sup iuramento ad hoc qd legi.⁊ no.in.l.cum qs.§.codicillis.ff.de leg.ij.⁊ in auc.de iureiu.a mon.prest.⁊ per Bar.in.l.sciendum.ff.de vb.ob.⁊.l.ij.C.de rescin.vē.facit optime tex.cum ibi no.in.l.cum pr̄.§.filius matre.ff.de leg.ij. Hinc dicimus †qd iuramentū hꝫ vim clausule si nō valet qd ago vt ago valeat vt valere potest vt ibi.⁊ probat in.c.ad nostrā.el.iij.de iureiur. Hinc ēt iure disponit †vt minor possit in spiritualibus esse in iudicio sine curatore ⁊ non sic super temporalibus: vt in.c.si annum.de iudi.lib.vj.iuncta gl.l.claꝛ.C.de auto.prestā. ¶ Ex his concluditur valere primū iuramentum quo iurauit se maiorē cum nō ꝓbet ipsum Jacobum dolo inductū ad iuramētū: nec statutū ad hūc casūꝫ extendit ꝑ supradicta ⁊ cessat ꝑ hoc argumentum supra in ꝯrium formatum.imo plus dico ꝑsumendum qd ipse Jacobus dolo suo iurauerit se maiorē cum ipse tunc sciret se minorē vt ipsemet narrat in libello suo cui ꝯ eū credendum est.vt.l.cū ꝑcū.C.de lib.cau.no.Bar.in.l.certū.§.si qs absente.ff.de ꝯfes.vñ saltē hoc casu debet presumi dolus cum sciret se minorem: ⁊ ꝓcedere in dubio dꝫ glo.in.l.si alterius.C.si mi.se ma.di.et Jo.an.post Hico.de ma.in addi.Spe.in tit.de sen.prola.§.vt autem post ꝑncipium.lꝫ Bar.aliter dicat in.d.l.si alterius.sed cōcordari possunt vt si nō probatur maiorem sciuisse se minorē nō ꝑsumit dolꝰ sed simplicitas vt voluit Bar.si autem ꝓbet eum sciuisse ꝑsumat dolꝰ vt in glo.⁊ ꝑ Jo.an. Nam iurādo scienter cōtra veritatē nō pōt nisi dolus presumi. Ad hoc.l.quid enim.ff.de dolo.facit.c.illud.⁊ qd ibi no.de ꝑsum.⁊ hoc de primo iuramento. ¶ Uenio nunc ad ipm contractum ⁊ iuramentū sup eo appositum: si ꝓbet ꝯctum valere ⁊ tenere statutum dꝫ iudicari ⁊ censeri sicut ius cōe.⁊ ab eo debet interpretationem sumere.vt in.c.cum dilectus.de consuetu.⁊.l.ij.C.de nora, no. Jnn.in.c.causam.de rescr.⁊ Bar.in.l.oēs populi.ff.de iusti.⁊ iure. †Sed minor iurans corporaliter se maiorem cessante dolo aduersarij excludit a bn̄ficio minoris etatis inducto a iure cōi: vt in.d.l.si alterius.C.si mi.se ma.di. Ergo debet etiā excludi a bn̄ficio statuti quod etiā voluit Jo.an.Hico.de mat.in addi.predicta. Pro hoc facit qꝛ ex quo minor dolose versat non debet vti minoris bn̄ficio etatis.l.j.§.pupillum.ff.deposi.⁊.l.auxilium.ff.de mino. Iste autem iurauit se minorem vt supra probatum est.ergo nō dꝫ tanq̃ minor vti beneficio statuti. Preterea dico quod etiam cessante ꝑmo iuramēto valere debet tū venditio propter iuramentum de eo seruando appositum qꝛ lꝫ valeat statutū quo ad infringendū cōtractū nō iuratum secus tū vbi interuenit iuramētū: qꝛ non pōt statutum laicorꝫ in preiudiciū iuramenti presumere dolū al's parata esset laicis via inualidādi omnia instrumenta minorū ⁊ mulierū presumere vel scꝫ dolū vel simulationē: ⁊ ꝓhibitum vna via: alia via inducta admitti nō dꝫ.c.tue.de ꝓcu.⁊ regula cū quid vna via.de re.iu.li.vj.⁊ ideo eleganter in hoc passu dixit do.Ant.de but.in.c.cū cōtingat.ꝑalle.quod aut apparet legitima causa presumendi dolum seu simulationē in cōtractibus minorꝫ ⁊ impendit virtus iuramenti aut non apparet legitima causa presumendi: ⁊ valet iuramētū etiā si statutū specifice annullaret iuramentū. Ego vero latius hunc articulū examinaui in quadaꝫ disputatione mea ⁊ nouissime in lectura illius.c.cum cōtingat.et ibi tunc ꝯclusi nūc etiā de nouo cōcludo qd ex quo nulla apparet specifica ⁊ verosimilis cōiectura ꝑsumendi dolū vel aliā illicitā cām nō sufficit statutū ad euacuandū iuramētū: qꝛ nō apparēte cā vrgente non debet nec potest impediri obligatio deo querenda.ar.xxv.q.j.sunt qdā.⁊ qd no. Jnn.in.c.que in ecclesiarꝫ.de cōsti.⁊ meliꝰ.in.c.qꝛ plerīqꝫ.in fi.de immu.ecc.⁊ per legistas in.l.fi.C.si cōtra ius vel vti.pub.esset eīm tale statutū causa perfidie ⁊ periurij ꝯtra.l.j.C.si aduer.vēn.⁊ cōtra iura canonica: nec debet credi verbis enūtiatiuis statuti cū talibꝰ verbis nō sit credendū ex quo materia nō pendet a mera dispositiōe statuentiū.iuxta no.per Bar.in auc.si quis i aliquo documēto.C.de eden.⁊ in.l.si forte.ff.de castrē.pec.⁊.l.sciēdū.ff.de vb.ob. ¶ Sꝫ oportet qd extrinsecꝰ ꝓbētur causa: puta qꝛ in loco statuti minores cōsueuerant dolo induci extrinsecꝰ est ꝓbata. Et pro hoc facit.c.ij.de pact.lib.vj.vbi tex.dicit talia iuramēta omnino esse seruāda.⁊ tex.i auc.sacramēta.dicit inuiolabiliter ⁊c.nisi dolo vel metu ꝓbent extorta qd hic nō ꝓbat. Quinimo si bene ponderent verba illius statuti statuētes vident dubitasse de vero dolo in eo qd in statuto dicitur qd cōtractus presumat, ⁊ fingatur dolo extortus.vnde pōdero verbū fingat. ¶ †Fictio enim cadit super certo ⁊ presumptio super incerto: ⁊ quod pōt esse verū: vt no.in.l.vna.C.de rei vxo.acti.§.accedit.i verbo presumatur.⁊ ꝑ canonistas in.c.is q.de spon. Et sic voluerūt statuētes fingere dolū vbi nō erat: qd non potuerūt facere in preiudiciū iuramēti. ¶ Ex hoc verbo clare arguo qd nō habuerūt sufficientē causam ꝑsumendi dolum.al's nō fuissent vsi verbo fingatur. Preterea si laici nō possunt cognoscere etiā incidenter ⁊ accessorie de validitate iuramēti vel alterius actus spiritualis.d.c.tuā.de ord.cog.⁊.c.lator.q fi.sint legi.⁊ ita fortius in re dubia statuere etiā incidēter ⁊ necessario. ¶ Cōcludo ergo dictū contractū valuisse ⁊ valere ⁊ firmatū esse iuramēto.iuxta no.per Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fideiu.⁊ per canonistas i.c.cū cōtigat.preal.⁊ dictū Bar.i.d.l.omnes populi.⁊ Bal.ꝓcedat qn̄ a principio se nō iurauit maiorem. Et qn̄ probat statuētes habuisse ꝓbabilem causam ꝑsumēdi dolū ⁊ per hoc sunt sublata argumēta in cōtrariū formata. Et hec cōclusio maxime est tenēda per ea que infra in sequēti dubio subijciā. ¶ Condescēdo ad scdꝫ in quo vt ꝓlixitatē euitem cōclusiue ꝓcedā. Et dico illā ratificationē si facta fuit in maiori etate sine omni scrupulo imponere oēm finem ⁊ silentiū huic concertatiōi: ita vt absqꝫ aliquo dubio nulla posset nūc allegari ꝯceptio. Etiam si ꝓbaretur vltra dimidiā iusti pretij etiā qn̄ interuenit iuramentum qd hꝫ excludere remediū.l.ij.C.de rescin.vē.et ibi no.per gl.⁊ Bar.⁊ per gl.⁊ doc.in.l.pe.de emp.⁊ vē. Tum qꝛ iste Jacobꝰ dixit qd certificatꝰ de vero pretio rei vēdite quod plus valebat donabat: quod sufficit sm̄ Bar.in.d.l.ij.facit.l.si quis donatiōis.ff.de cōtrah.empt. Et lꝫ hec verba protulerit dictus Jacobus in primo ꝯtractu cū esset minor. Tamē ex quo illū postmodū ratificauit ⁊ approbauit videt de nouo protulisse ⁊ cōtraxisse.l.j.§.si ma.factus. Facit qd in simili no.Bar.in.l.theopompus.ff.de dote ꝑleg.⁊.l.eos.ff.de fal.⁊ qd no.in.c.cū in tua.de testi. Itē facit vna ꝯsideratio incōuincibilis.ex q̄ enim is qui idē cōfitet videt exclusus ab omni bn̄ficio vt cōsideretur non per errorꝫ donasse qd plus valet ⁊ presumi dꝫ maxime ex spatio medij tp̄is veraciter de vero valore rei. ad hoc tex.optimus.in.l.si mulier.⁊ in.l.vnica.ꝑpe fi.C.de plus peti.no. Bar.in.l.cū scimꝰ.de agri.⁊ censi.li.xj. Et hoc est precipuū in hac materia: licet prima ꝯfessio seu donatio fuerit facta tp̄e inhabili vt probatur in.d.l.si mulier. ¶ Uenio ad tertiū ⁊ ꝓcedam tam in hoc q̃ in sequētibus ꝯclusiue vt nimiā ꝓlixitatē euitem. Et dico qd nō debuit dictus Jacobꝰ audiri absolutionē petēs; vt patet ex predictis nulla interuenit deceptio etiā si ꝓbaret valor rei vltra dimidiam ꝑtij soluti spōte eīm donauit qd potuit cū esset maior etate tempore ratificatiōis.d.l.si quis donatiōnis: ⁊ sic etiā si de facto absolueretur a iuramento cōtractus tamē remaneret firmus irreuocabilis cū sit de iuregētiū.l.ex hoc iure.ff.de iusti.⁊ iure.adeo quod etiā papa nō posset illū reuocare ad qd no. Jnno.in.c.ij.de confir.vti.⁊ in.c.inquisitioni.de sen.exc.nam ea que sunt de iuregentiū per principem tolli nō possunt in cle.pastoralis.de re iudi.⁊ insti.de legi.agna.tute.in fi.⁊ de iure naturali gentiū ⁊ ciui.§.sed naturalia.per legistas in.d.l.fi.C.si contra ius vel vti.pub.⁊ ꝑsupposito etiā quod dicta ratificatio nō interuenisset nō debuisset adhuc audiri: qꝛ nō probat lesio enormis; imo nec illa si bene ponderētur dicta

testium

testiū:vt patet ex eorū depositionibus.⁊ ex no.per Bar.in.l.ꝑtia re-
rum.ff.ad.l.fal.⁊.d.l.ij.de rescin.ven.⁊ per glo.in.c.cum causa.de test.
⁊ ideo nō subsistente lesione enormi non debet minor audiri.ꝓ hoc di
cta auē.sacramenta.que mandat iuramēta inuiolabiter obseruari ⁊
d.c.ij.de pac.li.vi.vbi dr oīno seruenē ⁊c.ꝑ illū text.innuit ibi Archi.
cōtra Nico.in.c.cū ꝯtingat.de iureiur.vbi dixit mulierē posse in illo.c.
ij.instare vt absoluaē.nam hoc falsum est per dicta iura.⁊ tꝫ do.An
to.in.d.c.cū cōtingat.⁊ ego semper tenui ⁊ latissime fui prosecutus in
dicta disputatiōe.nā si indifferenter ꝯ illa iura posset peti absolutio
seruirent,quasi de vento qđ nō dicendū est qđ emanauerint cum tan
ta solennitate.Nō est aliqs tex.in mūdo qui hāc absolutionē hoc ca-
su indulgeat.Nec ob.c.j.de iureiu.⁊ no.in.c.debitores.eo.ti.qꝛ ibi cre
ditor vsurarius nō restituēdo ideo cōpellitur relaxare iuramētū vel
auditur petens absolutionē.Quod nō ꝯtingit in casu nostro ex quo
deceptio nō probaē:⁊ hoc in dubio ita est tenendū quicqd alij sense-
rint.¶ Ex his infero ad quartū dubiū in quo dico dictū epm ⁊ eius
vicarium in hoc facto salua eorum reuerentia nō bene processisse pri-
mo qꝛ absoluerunt dictū Jacobū nulla lesione legitime ꝓbata ꝯtra
iuramentum.¶ Item qꝛ ratificauerit illū ꝯctum:⁊ si aliqd plus va-
lebant dicta bona hoc donauerat emptori ⁊ donatio ꝑfecta fuit.vt
9 c.fi.de don.† ⁊ iuramētū sine causa legitima remitti nō pōt etiā a pa-
pa in preiudiciū alterius maxime in lata sententia:vt no.Inno.in.c.
cum inter.derenū.gl.⁊ cōmuniter.doc.in.c.quanto.de iureiur.ex quo
potest dici quod illa absolutio nō valuit:qꝛ facta a non habente po-
testatem.Itē qꝛ dictus Jacobus in primo cōtractu sciēter ⁊ appēsa-
te declarauerat iurādo se maiorē.Et sic nō debebat cōsequi bñficiuꝫ
absolutionis aduersus sm iuramētū:qꝛ frustra legis auxiliū inuocat
qui cōmittit in legem.de vsu.qꝛ frustra.Item pronūtiauerūt ⁊ absol
uerūt super non petitis cōtra oīa iura vulgaria ⁊ presertim in eo qđ
fuit pronuntiatū sup ipso cōtractu.cum tātū fuerint aditi sup acces-
sorio.s.super iuramēto.nam super cōtractu debuerūt causam conser
uare ꝓprio iudicio:vt in.c.lator.⁊.c.causam.pal.⁊ qđ no.in.c.de pru-
dentia.de do.post diuor.resti.⁊.c.causaꝫ.qui fil.sint legi.⁊.c.nouit.de
iudi.¶ Ex his omnibus infero ad vltimū:vcꝫ qđ iudicis appellatio
nis officium est in pronuntiando bene fuisse appellatum ⁊ male sen-
tentiatum ⁊ absolutum contractum ⁊c.Abbas.

¶ Consilium.lxxij.

1 ☞ Transactio facta cum aliquibus ex pluribus habentibus idem
ius non extenditur ad alios.
2 Pactum vt emphyteuta non possit expelli ex cessatione solutionis
canonis valet.
3 Consuetudo quelibet contra ecclesiam non est semper nulla.

Omnipotentis dei nomine
inuocato.In negotio Guidonis Pauli de Albino sup
iure emphyteutico duo ad claritatē totiꝰ materie excutiē-
da incūbunt.Prio an capitula inita inter cōmune vrbini,⁊.c.eccl'ie
eiusdē ciuitatis super iure emphyteutico extēdātur ad bona cuiusdā
abbatie sita in territorio alieno.¶ Secūduꝫ dubiū presupposito qđ
dicta capitula non sint ad hunc casum extendenda saltē possit dictꝰ
Guido pauli defendi ex cōsuetudine ibidē obseruata secundū quam
bona cuiusqꝫ ecclesie in territorio vrbini cōsistētia ex defectu canonis
non soluti nō possunt eripi ab emphyteuta.sed agi debet dūtaxat ad
solutionē ipsius pēsionis ⁊c.¶ In christi nomine amen.Circa pmū
breuiter dico dicta capitula nullo iure extēdi debere ad bōa dicte ab
batie.Primo ex defectu potestatis statuētiū.nō eīn poterunt laici sta
tuta facere in ꝑiudiciū ecclesiarū etiā respectu bonorum consistētiuꝫ
in eorū territorio:vt exꝑssum est in.c.q̄ in ecclesiarū.⁊.c.ecclesia sancte
Marie.de cōsti.⁊.xcvj.di.bene quidē.⁊.c.fi.de reb.ec.nō alie.facit au-
ten.cassa.C.de sac.san.ec.¶ Secūdo ꝙ etiā data ptāte statuentium
non debet fieri extensio ad bona illius abbatie:qꝛ vt clare patet ex
verbis vltimi capituli ꝑ qđ fit extēsio illa dirigere dꝫ ad personas vt
ibi per oēs syndicos ⁊ procuratores seu alio quouis nomine ⁊ omnes
factores quarūcūqꝫ ecclesiarum abbates monachos ⁊c.Ideo nō cō-
prehendit bona eorū qui sunt de illo territorio etiam si alꝭ eēnt bona
supposita iurisdictioni statuētiū:vt clare patet ex no.ꝑ Inn.in.c.po-
stulasti.de fo.compe.⁊ bar.in.l.cunctos populos.de sum.tri.facit qđ
no.Jo.an.in.c.cum sm leges.de hereti.li.vj.licet eīn capitula cū ca-
nonicis videanē scripta in rem tū extensio q̄ facit ad ꝓpositū nostrū
est cōcepta in personas:nō enim fuit dictum:vt illa capitula haberēt
locum in bonis omnibus sitis in territorio vrbini:quo casu diceremꝰ
legē esse datā verbis ⁊ nō rebus:sed fuit dictum vt persone deberēt il
la capitula seruare ⁊ seruari facere.Et sic non possunt comprehēdere
abbates de alieno territorio.ar.in.l.j.ff.de tuto.⁊ cur.da.ab his.Nec
eo capite qꝛ canonici ꝯsenserunt teneneē abbates ad illorum obseruā
tiam:qꝛ pactum nō extēditur ad alienas personas vel res.l.si vnꝰ.§.
1 ante omnia.ff.de pac.¶ Quinimo transactio facta cum aliquibꝰ ex
pluribus,habentibus idem ius nō extendiē ad alios.l.j.C.de trāsac.
Dico etiam qđ si eps ⁊ capitulū consensissent adhuc non fieret extē-
sio ad illum abbatē per.c.vestra.⁊ qđ ibi no.Inn.de locato.Ex qui-
bus clare concluditur ad primum dubium quod virtute illorū capi-
tulorum seu extensionis non potest dictꝰ Guido paulus se defen-
dere.¶ Uenio ad scdm vtrū saltē vigore cōis obseruātie ⁊ ꝯsuetudi-
nis posset defendere se.Et primo videē qđ non:quia talis ꝯsuetudo
esset damnosa ecclesijs.ergo non valet.vt in.c.j.de cōsue.¶ Secūdo
videtur ꝙ sit ꝯtra substantiā cōtractus emphyteutici:cum de natu-
ra ipsius sit qđ pēsione nō soluta intra bienniū possit emphyteuta ꝑ
dūm expelli.vt in.c.potuit.de loca.⁊ in.l.ij.C.de iure emphy.⁊ instit.
loca.§.adeo.loquor de emphyteuta ecclesie.Nā in iure ꝓuato requiri
tur statutum tempus.vt in.d.l.ij.consuetudo autem ꝯ substantialia
actus non valet.vt in.c.ij.iuncta gl.de cōsue.li.vj.facit.l.per seruum.
ff.de vsu ⁊ habi.¶ Item video qđ si fiat pactum in quo dicaē vt nō
possit expelli.tū intelligitur si soluerit pensionem.vnde si esset soluere
per biennium potest nihilominus expelli:etiam pacto nō obstāte:vt
est tex.no.in.l.quero.§.inter locatorem.ff.loca.qđ ergo nō potest face
re pactū nō dꝫ posse inducere cōsuetudo.iuxta no.ꝑ gl.C.de ꝺcre.dec.
super rub.lib.x.¶ Sed his non obstantibus contrariam sniam pu-
2 to de iure veriorem. Moueor primo.quia valet † pactū vt emphyteu
ta non possit expelli ex cessatione solutionis canonis:vt notanter de-
terminat glo.quam sequitur Bar.in.l.ij.C.de iure emphy.pal.Ergo
debet valere cōsuetudo cum sit fortior ꝙ pactum priuatoꝝ.vt ꝓbaē
in.c.fi.de cōsue.facit quod no.gl.sup rub.preall.⁊ quod no.Bart.in
l.omnes populi.ff.de iusti.⁊ iur.Nec istud pactū est cōtra substantia-
lia cōtractus sed potius contra substantialia esset si fieret pactuꝫ vel
consuetudo vt nulla soluta pensione teneret ꝯctus quia non ꝯsistit
locatio vel emphyteusis sine mercede seu pensione.l.si merces.ff.loc.
⁊.d.§.adeo.sed qđ agatur ad pensionem:⁊ nō fiat expensio.nō est cō
tra substantialia:sed cōtra accidentalia cum illa sint de substātia sine
quibus actus consistere nō potest.insti.de emp.⁊ ven.§.pretium.not.
Bar.in.l.ꝓlatam.C.de sent.⁊ interlo.om.iud.constat aūt cōtractum
emphyteuticum cōsistere sine expēsione.d.c.potuit.nā cessante pacto
⁊ cōsuetudine potest ꝓprietarius non expellere emphyteutā:sed age-
re ad pēsionē.vt in.d.c.potuit.⁊ qđ ibi no.⁊ i.d.l.ij.ergo valet pactū.
l.ij.§.ꝯuenerit.ff.deposi.⁊.c.vno.de commoda.⁊ regula cōtractus ex
conuen.de re.iur.lib.vj.¶ Preterea papa mandat decidi causas ec-
clesiasticarum personarum ⁊ clericoruꝫ sm consuetudinem patrie:vt
in.c.iij.de eo qui mit.in pos.facit.c.cōstitutus.de in integ.resti.⁊ tex.a
cōtrario sensu.in.c.cū causa.de re iud.⁊ qđ no.Bar.in.d.l.cūctos po-
pulos.Et intelligo vt omnis esset obiectio quando est cōsuetudo cō-
munis tam laicoꝝ ꝙ clericorū sicut cōtingit in casu nostro.Nō eīn po
tuisset hic induci ꝯsuetudo sine tacito ꝯsensu clericorū ⁊ ex nō vsu in
ducitur ꝯsuetudo qñ vsus habet in se tacitum actū ꝯ.dispositionem
iuris ꝯmunis.iuxta plene no.per Jo.an.in.c. Joanes.de emp.⁊ vē.
⁊ Cy.in.l.ij.C.que sit longa cōsue.⁊ ꝓbatur in.d.c. Joānes.intelligē
do tamen iuxta no.per Cy.in loco preal.¶ Cōsuetudo nō potest da
re legem omnibus rebus existentibus in territorio cuiuscūqꝫ sint.vt
in.l.rebus.ff.de censi.⁊.l.numerum.§.patrimonium autem.ff.de mu-
ne.⁊ hono.facit.viij.di.que ꝯ.⁊.xcj.dist.illa.⁊.l.illud.⁊ quod no. In
nocen.in.d.c.postulasti.⁊ Bar.in.d.l.cūctos populos.Et in ꝓposito
facit quod ponit Fede.in cōsi.cxlvj.⁊ Jo.an.post Archi.in.c.j.de im
mu.ecc.lib.vj.vbi querunt de bonis abbatie existentibus in alio terri
torio ꝙ sit ipsa abbatia.Non obstant contraria superius allegata.
¶ Ad primum dico hanc ꝯsuetudinem nō esse multū damnosam ec
clesijs.satis enim est iam posse ꝯsequi pensionem statutaꝫ:⁊ hoc equi-
tatem habet quam ecclesia debet pre alijs obseruare.vt in.c.suam.de
3 penis.¶ † Non,enim quelibet ꝯsuetudo ꝯtra ecclesiam est nulla: sed
illa que magnum preiudicium affert.et nulla ratiōe fulcitur ad hoc.
c.cum dilectus.de ꝯsuetudi.⁊.c.cum ecclesia sutrina.de cau.possessio.
⁊ proprieta.c.ij.de consuetudi.lib.vj.⁊.c.abbate.de verb.sign.cū mul
tis similibus.¶ Ad primum supra satis responsum est.Ad quartuꝫ
⁊ vltimum dico quod procedit quādo simpliciter fuit conuentum.ne
inuitus colonus seu inquilinus expelleretur.intelligitur eīn tacita cō
ditio si pensionem soluerit.vt ibi:sed nos loquimur quando expresse
habet ꝯsuetudo vel emphyteuta non possit expelli etiam canone vl-
tra bienniū non soluto:sed agi possit vt soluatur:quo casu puto vale
re consuetudinem contra ecclesiam etiam alibi sitaꝫ ex quo bōa sunt
in territorio.pro hoc quod contractus super re videtur initus sm cō
suetudinem loci licet expresse dictū nō fit.vt in.l.qđ si nolit.§.qꝛ assi-
dua.ff.de edili.edicto.notat Bar.in.l.nemo est qui nesciat.ff.de duo
bus reis.facit.l.fina.in fine.C.de fide instrumentorum. Et hec suffi-
ciant. Nicolaus abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

In disputatione que vertitur in-
ter Laurentiū dictum Pallo ⁊ socios ex vna parte.⁊ Baltasarē gē
tilis ex altera parte super captura ⁊ detentiōe ipsius Baltasaris oc-
casione debiti paterni.viso quodaꝫ quinternulo mihi oblato in quo
dumtaxat continentur quedā statuta ⁊ reformationes ciuitatis incli
te florentine:ac etiam sententia lata ꝑ officiales mercātie ꝯtra di-
ctum Baltasarem in fauorē dicti Laurentij ⁊ sociorū:⁊ quibusdam

simplicibus excusationibus allegatis pro parte dicti Baltasaris.

¶ Consilium.lxxiij.

1 ☞ Confiteri contra se quis potest: pro se autem minime.
2 Presumendum est pro sententia postq̃ transiuit in rem iudicatam.
3 Iudex non potest ferre sententiam sub conditione resolutiua.

Christi eiusq; matris p̄sidio

humiliter inuocato. Uidetur primo dictũ Baltasarē iniuste puniri. Et minus debite teneri. ⁊ per cōsequēs debere relaxari tam iure cōi inspecto quam municipalibus censuris. de iure enim communi hoc videt̃ clarissimũ cũ liceat filio tā puberi quam impuberi abstinere ab hereditate paterna ⁊ euitare creditores hr̃ditarios. vt in. l. necessarijs. ff. de acqui. heredi. ⁊ insti. de heredũ quali. ⁊ diffe. §. singũt. cum si. nec filius conueniri pōt nomine patris. C. ne filius pro patre. in rubro ⁊ nigro. maxime in. l. patris nomine. sz dictus Baltasar se abstinuit ab hereditate gentilis patris sui. ergo ꝯueniri non potest vel detineri ob debita paterna. Idem dicendũ videt̃ statutorũ inspecta dispositione. qm̃ filij per illā obligant̃ cũ eoꝝ parētes cessauerunt vel fraudē seu dolũ cōmiserũt, vt patet ex statuto. sup rubrica de filijs ⁊ alijs descendentibus ⁊ de patribus ⁊ alijs ascendētibus ⁊ de fratribus q cessant ⁊ fugitiuoꝝ ⁊c. Et statuto sub rubrica de factoribus ⁊ discipulis alicui⁹ societatis ⁊c. Sed ex predictis coram me nō cōstat dictũ gentilē patrē dicti Baltasaris cessasse fugisse fraudem vel dolũ ꝯmisisse in factoria vel trafico suo. ergo virtute illorum statutorũ non tenet̃. ⁊ per cōsequens cũ casus iste nō sit in statutis ꝓuisus dz relinqui dispositioni iuris cōis. de rescrip. c. susceptum lib. vj. l. ⁊ cōmodissime. ff. de lib. ⁊ posthu. ¶ Nō ob. si dicatur in libello Laurentij hoc cōtineri, vbi narrat̃ dictũ gentilem cessasse: fugisse: fraudem ⁊ dolum cōmisisse: q2 narrata in libello bene probāt contra libellantē: vt est tex. no. in. l. cũ pretiũ. C. de lib. cau. no. Bar. i. l. certũ. §. si quis absente. ff. de cōfes. cano. in. c. j. e. ti. sed pro libellante non: † q2 licet qs posset confiteri contra se: pro se autē minime. xiij. q. ij. in p2m. imo clare debet probare ea que proponit in libello: al's dubia ꝓbatio no releuat vt in. c. in presentia. de proba. Nō obstat snīa pro dicto Laurētio lata: q2 illa pōtest dici nulla cum fuerit probata sub cōdit. de resolutiua. fuit in fine sibi reseruatũ. qd si dictus Baltasar probaret de iure suo per totũ mensem tũc statutũ qd dicta sentētia esset nulla ⁊ null⁹ momēti. hoc autem officiales facere non potuerũt: q2 null⁹ iudex potest suam vel sui predecessoris sententiā rescindere etiā si postea appareat de innocentia rei, vt. C. sen. rescin. non pos. l. j. ⁊ ij. ⁊ l. diui. ff. de penis. ⁊ l. j. §. fin. ff. de questio. ⁊ c. in literis, de offi. dele. no. i terminus nostris Bar. in. l. iudex. ff. de re iudi. per predicta iura concludũt iudicē non posse ferre sniam sub conditione resolutiua. ergo sentētia non debet teneri tanq̃ lata contra solitũ ⁊ debitũ iuris ordinē. l. prolatũ. C. de sen. ⁊ interlo. om. iu. ⁊ ij. q. vj. §. diffinitiua. sed ꝑfecto mihi ostēdat minime ꝑut arbitror dictũ Baltasarē debere per predicta relaxari. ¶ Primo contra eũ aperte facit sententia per officiales mercātie cōtra eũ prolata a qua minime apparet appellatũ, imo ex lapsu tp̄is cōfirmata que facit ius inter partes etiā si a principio fuisset iniusta vt in. c. cũ inter. de iudi. ⁊ l. ingenuum. ff. de statu ho. ⁊ l. res iudicata. ff. de reg. iur. pro qua quidē sententia presumit̃ tam respectu iustitie q̃ ordinis, vt in. c. in presentia. de renun. ⁊ c. bone. de elec. ⁊ c. causam q. de re iudi. no. Inno. in. c. cũ in iure. de offi. dele. ⁊ c. quoniā cōtra. de ꝓba. ⁊ d. c. bone. vbi d. cit † presumendu3 pro snīa postq̃ transiuit i rem iudicatam: quia durum est semper acta recensere. ⁊ plene not. p Ioā. cal. in. d. c. qm̃ contra. vnde cũ in libello dicat̃ dictũ gentilem cessasse fugisse fraudē ⁊ dolũ cōmisisse. ⁊ super his fuerint probationis hinc inde facte: vt narratur in sententia tulerint approbādo ⁊ cōfirmādo captionē dicti Baltasaris ⁊ ꝓnũtiando eũ vt filiũ in potestatē teneri ⁊ obligatũ fore ꝓ facto paterno dicto Laurētio ⁊ socijs. que quidem snīa nec aliquo iure aut remedio rescissa vel suspēsa certa fecit ius inter partes vt amplius nō possit dictus Baltasar de iniusta sentētia conqueri. Nam nō appellādo videtur illi sententie acquieuisse: vt in c. quo ad consultationē. de re iudi. qd procedit tam in ciuili q̃ in criminali etiā vbi venit imponēda pena vltimi supplicij. vt. l. non tātũ, ff. de ap. ⁊ d. l. j. §. fi. de qō. ⁊ d. l. diui. facit quod not. Bar. in. q. q vltimo supplicio. de penis. Quinimo si post sententiam nō suspēsam cōstaret de innocentia rei forte ex probationibus de nouo repertis solum princeps posset eũ restituere. vt not. ꝓbat̃ in. d. l. diui. ⁊ l. j. §. fina. preal. ⁊ vtrobiq; per Bar. facit. c. suborta. inter monasteriũ. de re iu. ⁊ l. sub ꝑtextu. C. de transac. Nec dz credi puris verbis dicti Baltasaris, nũc allegātis patrē suum dolũ nō cōmisisse: quia potius dz credi sententie quā sibi. ⁊ sibi imputet quare cora3 officialibus hoc non ostendit vel quare nō appellauit. ꝑterea hec allegatio Baltasaris q̃ pater suus no cōmisit dolũ vel fraudē. ⁊ si vera esset nō cōcludit iniquitatem snīe vel capturā suā iniustā q2 si bene ponderent̃ statuta superius per me allegata prouident nō solũ contra factores fraudem vel dolum adhibētes: sed etiam cōtra fugitiuos cessantes aut reddere rationē suis magistris ⁊ socijs nolētes aut cessantes reddere eisdem ea que debent. que omnia allegata fuerũt per dictũ Laurentiũ ⁊ super his probationes fuerũt inducte per varios doctores. ꝯsultũ est deinde contra dictũ Baltasarē ⁊ ꝓnuntiatũ: contra quā sentētiā nullitatis per eũ allegatur. vnde alio nō viso concludo dictum Baltasarē iustitiam cōtra capturā ⁊ detentionē nō fouere. Non obst. qd narratis in libello dicti Laurētij nō sit credendum in sui fauorē. fatendũ est em̃ sup ista narratione q̃ iudex nō debuit fundare sn̄am sed ex quo apparet snīa lata ꝑsumit̃ q̃ ex veris ⁊ iustis ꝓbationibus fuerit ꝓmulgata vt in iuribus superius allegatis maxime cũ in ea narretur officiales testiũ depositiones ⁊ al's chartas seu literas prius percũctatos fuisse. Nō obstat cōtrariũ. † fateor em̃ iudicem nō posse ferre sub cōditione resolutiua sententiam. Sed non per hoc corruit tota snīa: sz illa pars resolutionis habeatur ꝓ non adiecta ⁊ remaneat sententia puta non adiecta: vt not. voluit Bar. in. d. l. iudex: facit quod not. in l. dicere. cum. l. seq. ff. de arbi. ⁊ pro hoc facit quia vtile per inutile non debet vitiari. quando vtile potest ab inutili separari: vt in regula vtile per inutile. ⁊ qd ibi not. de reg. iur. lib. vj. ⁊ in. l. j. §. trebatius. cum seq. de aqua quoti. ⁊ esti. facit. l. j. §. biduum. ff. quando appel. sit. Et hec sufficiant. Nico. Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Ciues quidā senenses p trigin

ta annos ⁊ vltra rectori cuiusdam ecclesie soluerũt annuatim certam pecunie quātitatē occasione quarũdā platearũ seu domorũ quas dicebant habere in emphiteusim ab eadē ecclesia. Cōtingit postmodũ quod ciues quidam per plurimos annos nō soluerũt solitum canonem. Nōnulli vero dictas plateas seu domos in extraneos p via3 legati seu heredis institutionis vel donationis transtulerũt dicto rectore penitus irrequisito. Queritur circa predicta quid iuris ⁊c.

¶ Consilium.lxxiiij.

1 ☞ Dominus potest petere ab emphiteuta vt exhibeat instrumētũ emphiteuticarium.
2 Emphiteusis ecclesie non transit ad heredes extraneos.
3 Emphiteuta non potest rem donare vel legare seu aliter transferre in extraneum.
4 Emphiteuta non potest permutare domino irrequisito.

Iesu christi eiusq; mr̃is pre

sidio humiliter inuocato. Duo ꝑncipalia circa ꝑdicta sũt examināda. ¶ Prio nũquid per solutiones ꝑdictas probetur dn̄ium directum ecclesie: cũ nulla scriptura autētica de dn̄io vel cōcessione emphiteuticaria appareat. ¶ Secundo presupposito qd probetur dn̄iũ ecclesie ⁊ emphiteuticaria cōcessio nũqd p dictas cōcessiones seu alienatiōes factas irrequisito rectore ecclesie ceciderint dicti ciues a iure ecclesie eoꝝ ita qd libere illa bōa sint adhuc ecclesie reuersa. ⁊ q̃q̃ hec sint plura pulchra dubia ⁊ diffuse argui ꝓ ⁊ cōtra attamē breuitatis causa ꝑcedam cōclusiue subijciēdo in summa qd in eis sentio. Et p̄mo circa primũ arbitror qd per dictas solutiōes satis probetur dn̄iũ directum ecclesie. ita qd nō possunt vlterius dicti ciues subtrahere se a dicta solutione nec negare ecclesiam fore dn̄am ⁊ patronā illarũ platearũ seu domorũ. hoc aperte videt̃ ꝓbari. in. l. cũ de in rem verso. ff. de vsu. ⁊ ibi hoc satis voluit Bar. imo sufficeret solutio decē annoꝝ. ex quo facta contemplatione illaꝝ plateaꝝ. qd firmat ibi Bar. ⁊ maxime per modernos in. c. ꝯuenit. de censi. facit. l. fi. ⁊ l. ius emphiteutici. C. de fun. pa. li. xj. apertissime tenet Spe. in terminis. in ti. de loca. §. nũc aliqua. ver. lxiiij. Et facit singulariter ad ꝑdicta vnũ dictũ bal. in. l. ꝑtor ait. §. i. ff. de edē. vbi ꝯcludit † qd dn̄s potest petere ab emphyteuta vt exhibeat instrumētũ emphiteuticariũ. ⁊ hoc etiam tz Spe. in. d. §. nũc aliqua. ver. cxlij. Et si non exhibet dt Bald. qd ꝑsumitur emphiteusis extincta ⁊ finita. Et sic poterit emphiteuta expelli. an ibi cum dn̄s habeat intentionem fundatā super materia ciuili ⁊ emphiteutica. nihil ꝓbat de iure suo. vnde cũ eccl'ia habeat intētionē fundatā p ꝑdicta vident̃ posse expelli. quod tñ ego non credo illud dictũ esse si sit verum saltē eo casu quo ꝓbatur illos soluisse p. xl. annos. per tex. notabilem in. l. benigne. C. de fund. pat. li. xj. Tenet aperte Spe. in casu nostro cũ non appareat instrumentum in dicto ver. cxlvij. ⁊ maxime in casu nostro precedit dicta cōclusio cũ nō appareat sup ꝑdictis libri antiqui ecclesie. Qui ⁊ si nō sint autētici faciũt tñ fidem nō modicam. iuxta no. in. c. cum causam. de ꝓbatio. ¶ Circa secundũ dico qd illi q nō soluerũt per bienniũ nec purgauerũt moram ceciderũt a iure eorum. per. c. potuit. de loca. ⁊ ꝑdunt quicquid impēderũt nomine meliorationis: vt in aut. q rē huiusmodi. C. de sacrosan. eccle. ⁊ x. q. ij. hoc ius porrectũ. ver. qui rē. dubium est circa illos qui donauerũt inter viuos ⁊ in vltima volũtate. Spe. enĩ voluit in dicto. §. nũc aliqua. ver. xcv. quod nō incidũt in aliquā penam. Et idem vult in ver. cviij. ⁊ seq. Idem Io. an. post Inn. ⁊ glo. in ver. multos alios. in. d. c. potuit. ⁊ Accur. ⁊ Cy. in. l. iij. C. de iure emph. loquunt̃ tamē Accur. ⁊ Cy. in emphiteuta p̄uato. sz Spe. ⁊ alij loquũtur ꝓprie in emphiteuta ecclesie. dicũt enĩ quod. c. potuit loquitur in alienatione fit mediante pretio: quia tunc habetur affectio ad pretium, ⁊ ideo nō differt an illud cōsequatur ab extranea an a domino

ideo voluerunt iura vt requiratur prius dñs si ipse velit emere: sȝ in donatione vel legato cessat ista ratio cũ illa fiant propter affectionē que habetur ad psonā donatarij vel legatarij seu heredis que nõ cadit in personā dñi: sic cessat ratio illius.c.potuit.sed Bar.apertissime tenet oppositũ tam in priuato q̄ in ecclesia.in.l.fi.C.de iure emphy. ⁊ latius in.l.si domus.§.fi.ff.de leg.j.vbi dicit qđ sine licentia dñi nõ põt donari.nec in vltima voluntate relinqui.Primo q2 tex.in.d.l.fi. phibet alienationē.Item q2 non esset sufficiēter dño cautũ: q2 per illam translationē ius suũ efficeretur deterius: qm̃ non haberet aliquā actionē ad pēsionē cõtra successorē sed oporteret agere rei vendicatione: qđ est periculosum: ⁊ in emphiteuta ecclesie dicit expressum esse in.l.ij.C.ne rei do.vel tem.c.potuit.Tandē videt̃ q̄ sine requisitiõe ecclesie nõ dȝ fieri: sed ea requisita sic: tamen ex hoc interueniente suo cõsensu nullũ preiudiciũ potest sibi interuenire.Guil.tñ vt refert Jo. an.simpliciter tenet id qđ tȝ Bar.⁊ facit q̄ ipsemet Joã.an.no.in.c. in presentia.de proba.⁊ in addi.Spe.d.§.nũc aliqua.ver.ciij.vbi dicit

2 quod † emphyteusis ecclesie non transit ad heredes extraneos.p id quod habetur in aut.de non alie.aut permu.§.emphiteusim.p quē multi dixerũt illũ.§.correctũ.quod tenuit Bart.in aut.perpetua.C. de sac.san.ec.plene per dictum Spe.in.d.ver.xv.quia fm Jo.an.lȝ sit correctus quo ad titulum successorũ.nõ tamē quo ad qualitates eorũ quasi velit,quod licet possit concedi in perpetuũ: vt in.§.licentiā. non tamē respectu heredis extranei: vt.d.§.emphiteusim.Et per cõ

3 sequens videret̃ dicēdũ † qđ nõ possit emphiteuta rem donare vel legare seu aliter transferre in extraneũ vnde in hoc si bene cõcipio Jo. an.fuit aliquantulũ sibi cõtrarius: Bar.tamē in.d.aut.perpetua.C. de sac.san.ec.indistincte tenuit illũ.§.emphiteusim esse correctũ: lȝ aliter incidēter senserit in.l.si tibi.ff.de pac.⁊.l.gallus.ff.de li.⁊ post.bal. in aut.si quas ruinas.C.de sac.san.ec.tȝ primo inspiciēdam esse loci consuetudinem: an scilicet res ecclesiastice soleant tantũ cõcedi vsqȝ ad tertiam generationem vel in perpetuũ sed nõ respectu extraneorũ ⁊ tunc illa seruanda est.Si vero nõ appareat de consuetudine tũc inspecto mero iure potest fieri cõcessio simpliciter in ppetuum: ex q̄ ecclesie vtilitas hoc exposcit: vt in.d.autē.si quas ruinas.Ego simpliciter tenui in.c.presentia.de proba.quod ex causa necessitatis vel vtilitatis vel alterius permittit̃ alienatio directi ⁊ vtilis dñij fortius poterit res cõcedi in emphiteusim perpetuā vbi solũ transfert̃ vtile dñiũ. facit.c.ij.de reb.ecc.non alie.li.vj.⁊.c.nulli.eod.ti.in antiquis: cum ibi nota.Et facit quod not.Spec.in.§.nunc aliqua.ver.vij.⁊ quod no. Archi.⁊ Jo.an.in.d.c.ij.in sum.⁊.x.q.ij.perpetua.¶ Quid ergo dicendum in hac materia tam varia ego cõcluderem qđ aut appereat instrumentũ emphiteuticũ ⁊ illi stādum est si ex legitima causa appareat facta cõcessio.xij.q.ij.in summa.cum alijs superius allegatis durante emphiteusi nisi cõsuetudo patrie repugnet valet donatio inter viuos vel in vltima volũtate facta: q̄ q̄ in extraneo etiā domini consensu nõ requisito per regulā generalē: q2 quis potest ius suũ in aliũ transferre si nulla lege phibetur.p hoc.c.nuper.de do.post di.resti.et insti.de re.diui.§.per traditionē.⁊.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur. Item patet in.c.potuit.per locũ a speciali.Nam si emphyteuta ecclesie prohibetur vendere dño nõ requisito pp̄ter rationem supradictā ergo alios cõtractus alienationis facere nõ phibetur.vt in.c.nõne. de presum.⁊.l.pretor.ff.de iud.saltē titulo lucratiuo ⁊ in cõtractu nõ lucratiuo posset intelligi.l.fi.C.de iure emphy.vbi prohibet vēdere vel in alium transferre.qđ intelligo quādo potest illud idē qđ ab alio consecuturus a dño obtinere.Ideo elegāter Spe.in.d.§.nũc aliqua.

4 ver.xxi.⁊ clarius ibi Jo.an.in addi.voluerũt † quod emphiteuta nõ potest permutare dño nõ requisito: sed debet cuȝ eo si potest illud cõsequi a dño qđ ab extraneo: q2 permutatio est quedā emptio.l.j.in fi. ff.de rerum permu.secus si nõ potest illud a dño cõsequi qđ ab extraneo.Preterea conclusionem meā videt̃ pbare tex.in.l.fin.C.de fun. pa.li.xj.vbi emphiteuta fisci potest donare rē emphyteuticariā saluo iure fisci.⁊ valet donatio.igit̃ idē in ecclesia cũ ecclesia ⁊ fisc9 equiparent̃.l.ij.C.ne res do.vel tem.no.in.c.j.de in inte.restit.q2 p hoc nõ alienatur dñium ecclesie sine solennitate: q2 vt dicit Jo.an.in.d.c.potuit.per hanc donationē nõ alienat̃ directũ dñium quod erat penes ecclesiā: sed vtile quod erat penes emphiteutam.Et qđ hoc fuerit de mēte Bar.probo q2 ipse fuit motus ad tenendũ contrariũ p rationē falsam.Nā ipse dicit aliud in fisco q̄ in priuato vel in ecclesia: q2 res fisci transit ad quēlibet aliũ cũ suo onere: ita quod nõ habent necesse agere contra nouũ possessorē.sed secus in puato fm eum.quia habet agere rei vē.sed hoc est falsum.licet Specu.hoc vltimũ tenuerit in dicto.§.nunc aliqua.versi.cviij.q2 res transit cũ obligatiõe sua ad quēlibet aliũ.vt pbat̃ in aut.de non alie.§.scire.⁊ singulariter notauit illum tex.Bal.in.d.aut.si quas ruinas.ergo dictũ bar.corruit corruēte ratione.l.cũ pater.§.dulcissimis.ff.de le.ij.¶ Itē est ⁊ aliud remedium contra successorē nõ soluētē.cadit enĩ illico a iure suo quicũqȝ sit ille cũ sit res ita cõditionata.ad hoc si de feu.fue.cõtrouer.c.vasallus.facit qđ no.idē Barto.in.l.cũ ratio.ff.de interdi.⁊ re.⁊ expresse tȝ Bal.in.d.aut.si quas ruinas.Sed pp̄ter diuersitatem opinionũ nõ esset malũ dicere q̄ si cõcessio sit alicui ⁊ suis heredibus simpliciter intelligi debeat de filijs ⁊ nõ extraneis.Et sic posset saluari Speculator.q hoc tenuit.in.d.§.nũc aliqua.ver.cxiij.sed in casu nostro est dubium cũ nõ appareat aliquod instrumētũ.⁊ putarē in hoc attēdēdā cõsuetudinē patrie.ar.in.l.qđ si nolit.§.q2 assidua.de edi.edic.⁊ i.l.an in totũ.C.de edi.priua.⁊ in.l.circa locationes.C.locati.facit qđ not. Bar.in.l.nemo est qui nesciat.de duo.reis.vñ si in loco solet fieri cõcessio recipiēti ⁊ heredibus suis etiam extraneis valebit dispositio in aliũ facta: al's secus non obstat p̄dictis.d.l.ij.C.ne rei do.vel tēp.quā alle.Bar.nam illa.l.nõ magis loquit̃ in ecclesia q̄ in pncipe.sed res principis potest donari saluo iure suo.d.l.j.ergo ⁊ res emphiteuticaria ecclesie ad illā.l.ij.potest dici qđ loquitur quando quis alienauit illam rem vt suam: ita quod intendebat trāsferre vtile ⁊ directũ dñium.secus autem quando in emphiteuta solum intendit donare meliorationes suas.Itē si nõ põt in emphiteuta indifferenter alij donare propter rationem Bar.modo non posset vendere domino volēte emere.Nam si dñs nõ vult emere non debet sibi inferri preiudiciũ.vt per hoc possit alteri venditionem facere quod tamē est falsum: vt in d.l.iij.⁊.c.potuit.voluit ius ergo preferre dñiũ in alienatione eo casu duntaxat quo nullum fit preiudicium.⁊ ex illa prelatione emphiteuta consecutus est.Et hec sufficiant. Nicolaus Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Quidā decessit in etate infantili

relictis matre ⁊ auo paterno ⁊ patruis.Querit̃ de modo succedēdi in bonis illius.vigēte hic senis municipali censura in terminis qui sequũtur vȝ rubrica statuti inquantũ succedāt ascēdentes ex linea paterna.¶ Nigrũ sic disponit.Itē si qua persona decesserit ab intestato sine filijs legitimis ⁊ ascendētibus ex linea paterna: necnon supstite fratre vl' sorore sine filio vel filia fratris vel sororis ipsius defuncti ex eodē patre tpe sue mortis nõ admittit̃ mr̃ auus vel auia talis psone defuncte vel ex parte matris ad plus venire quā ad quartā ptem legitime successiõis ab intestato oĩm rerum mobiliũ ⁊ se mouentium ⁊ immobiliũ p̄ter domos ⁊ castella olim talis defuncte persone.Alia vero bona talis defuncte persone habeāt parētes masculi ex pte patris ⁊ aui paterni vsqȝ ad quartũ gradũ primioris ordinis.⁊ si supsint tali psone defuncte frater vel soror sine filijs vel filia fratris vel sororis tunc mater auus vel auia ex pte matris in nullo succedāt ⁊c.

¶ Consilium.lxxv.

1 Mater tanq̄ proximior excludit auum proximum.
2 Casus omissus a statuto vel ab homine relinquitur in dispositione iuris communis.
3 Statutum prohibens subauditum intellectum in statutis videtur prohibere argumentum a contrario sensu.
4 Statutũ excludēs matrem a successione filij intestati in fauorē agnatorum non vendicat sibi locum in infante qui testari non potuit.
5 Statutum in fauorem agnatorum vsqȝ ad quartum gradum excludit matrem a successione totali sibi iure communi debita.
6 Statutum si excludit a successione filiam feminam in fauorē masculi excludit etiam neptem.
7 Ratio ⁊ mens legis sic se habent ad legem: sicut anima ad corpus.
8 Argumentum a contrario sensu colligitur ex lege seu ipsius mente.
9 Communis vsus loquendi prefertur proprie significationi vocis.

Christi eiusqȝ matris p̄sidio

humiliter inuocato.¶ Primo est videndũ de modo succedēdi inspecto iure cõi ac municipali fm p̄mũ modũ.Casus videtur clare decisus per tex.⁊ gl.in aut.defuncto.C.ad tertul.⁊

1 in corpore vñ sumit̃.de succes.ab intest.defe.¶ † Nā mr̃ tanq̄ proximior excludit auũ proximũ sicut pater excluderet auiā maternā: vt expresse no.gl.in.d.aut.defuncto.sed difficultas ⁊ nõ parua versat̃ circa intellectũ legis municipalis in quo p̄sequar duo mēbra p̄ncipaliter.¶ Primo nũquid mater ex capite ipsius statuti excludat̃ ab auo paterno.¶ Secũdo presupposito qđ vincat̃ ab ipo auo nũqd saltē mater debeat cõsequi legitimā sibi debitā iure nature.¶ Circa primum vr̃ dicēdũ matrē preferendā totaliter ipsi auo inspecto solo iure

2 communi.Et arguitur primo sic.† Casus omissus a statuto vel ab homine relinquit̃ in dispositiõe iuris cõis.vt.l.si cũ dotem.in p̄nci.ff. so.ma.⁊ in.c.suspectũ.de rescrip.li.vj.sed statutũ solũ prouidet ad exclusionem matris in totũ vel in certa parte in duobus casibus p̄uta pat.primo casus cũ quis decesserit ab intestato sine filijs legitimis et ascendentibus ex linea paterna ⁊ non superstite fratre vel sorore sine filio ⁊ filia fratris ⁊ sororis ipsius defuncti quo casu nõ patit̃ patrē admitti nisi ad quartā ptē legitime successiõis ab intestato oĩm bonorum: ⁊ in hoc sum9 extra terminos statuti q2 dictus infās nõ decessit sine ascēdētibus sed auo paterno relicto.¶ Secũdus est casus statuti cũ quis decesserit ab intestato superstite sibi fratre vel sorore filio vel filia fratris vel sororis.⁊ in hoc casu prouidet ⁊ in totũ mater excluditur.⁊ in hoc etiā sumus extra statutũ q2 ille decessit nullo p̄dictorum superstite: ergo recurrendum est ad ius cõmune fm quod mater excludit auũ.Nec obstat si dicatur quod a cõtrario sensu presumitur

auus tanq̃ ascendens debere excludere matrē cū argumētū a cōtra-
rio sensu fortissimū sit in iure: vt in.c.cū apostolica.de his que fi.a pre
la.z.xxv.di.qualis.z.l.cū pretor.ff.de iudi.z.l.i.ff.de offi.eius cui mā.
est iurif.q₃ hoc casu non videtur habere locū dictū arg.cū in casu con
trario reperiatur decisio iuris cōmunis: z regula cōis videtur qđ ar-
gumentum a contrario sensu non habeat locū vbi ius cōe est in con-
trarium: vt probatur in.c.a nobis.el.ij.de sen.exc.no.gl.in.c.significa
sti.de elec.vel si surgat absurditas.l.ij.C.de ꝯd.inser.no.doc.in.c.pu-
blicato.de elec.in terminis nr̄is expresse t₃ Bart.post Iaco.but.in.l.
omnes populi.ff.de iusti.z iur.z bald.in.l.apud antiquos.C.de furt.
vbi dicūt nō ꝓcedere argumētū a contrario sensu in statutis vbi repe
ritur ius cōe in contrarium sicut est in casu nostro. ¶ Secundo ad
3 idem facit quod no.Bal.in.d.l.ij.C.de cōdi.inser.vbi dicit † qđ si sta-
tutum ꝓhibeat subauditū intellectū in statutis videtur ꝓhibere ar-
gumentū a ꝯtrario sensu quod dicitur subauditū.Non enī venit ex ver-
bis sed ab interpretatione: vt plene no.Bar.in.d.l.omnes populi.ad
quod ego alego tex.no.in.d.c.cū apostolica.in fi.vbi indirecte datur
intelligi.ex quo colligitur aperte quod id quod venit per cōtrarium
sensum colligitur indirecte.Sed certū est quod per subauditiones nō
debet induci legū correctio: vt no.gl.in.c.cupientes.§.z si per viginti.
de elec.li.vj.in ver.petere.ergo per argumētū a contrario sensu nō d₃
induci legum correctio.Nec obstat si dicatur ex idētate vel maiorita-
te rōnis auum debere excludere matrē saltē in tribus successionibus
legitimis ab intestato z in domibus z castellis: quia si remotiores ex
cludunt matrē vsq₃ ad quartū gradū vt statuto cauet̃: ergo z forti⁹
auus qui est ꝓximior vt probari videtur in.l.iij.C.đ bo.ma. Ad hoc
enī in fauorē matris respondetur quod per idētitatē rationis vel ma
ioritatē nō d₃ induci legis correctio: vt no.bar.in aut.quas actiōes.
C.de sac.san.ec.Idē firmauit ibi Bal.saltē eo casu quo ratio non est
in constitutiōe expssa.z per hoc optime facit.c.constitutionem.iūcta
gl.in ver.progamus.de re.iur.li.vj.z quod no.Ioā.an.in regula.in
penis.de reg.iur.li.vj.in mercu. ¶ Quarto ꝓ matre optime facit qñ
ex alio capite sumus extra terminos statuti.Nā statutum loquitur
de decedēte ab intestato: intestatus aūt dicitur qui decessit sine testō:
habuit tamen facultatem z potentiā testandi: vnde infans nō dicit̃
proprie decedere intestatus: vt.l.j.in prin.ff.de suis z legi.z hoc in ter
4 minis nostris apte firmat Bar.in ti.de succes.feu.c.j.vbi dicit † qđ sta
tutum excludens matrē a successione filij intestati in fauorem agna-
torū nō vēdicat sibi locū in infante qui testari nō potuit: q₃ sumus in
casu odioso z ꝯ equitatē naturalē z mater excluditur a successiōe filij
cōtra.l.nā z si parentibus.ff.de inof.test.debēt verba intelligi ꝓprie
z stricte nec ſm eum curandū de cōi vsu vulgarū.super quo se fūdat
Bar.in.l.j.q₃ ſm eum statuta fiunt a peritis.z sic videntur fuisse vsi
verbis proprie.Secus dicit vbi non tractaretur de odio z exclusione
matris: sed qualiter agnati admitti debeāt ad bōa defuncti intestati.
Nam tunc bene venirent nō valentes testari.z per hoc z supradicta
videtur etiam patrui dicti defuncti excludendi cū sumus extra termi
nos statuti per supradicta: certumq₃ est de iure cōmuni excludere pa
truos cum solū fratres defuncti concurrant ad successionem cum pa-
rentibus dicta aut.defuncto. ¶ Sed quāq̃ predicta videant̃ primo
aspectu multum vigere. Ego tamen contrariam sententiā arbitror
veriorē.s.vt auus paternus excludat matrē z patruos. Et primo hoc
probatur per principiū statuti: a contrario sensu z tacita mēte ipsius
5 statuti. Nam † statutum in fauorē agnatorū vsq₃ ad quartū gradū
excludit matrē a successione totali sibi iure cōi debita.z admittit eam
duntaxat in quartam.z reliquas tres partes ac domos z castella de
fert ipsius agnatis.Nec pure admittit matrem ad illam quartam et
alios agnatos ad illas tres partes.Sed ita dūm̄ si filius decesserit sine
filijs legitimis z ascēdentibus ex linea paterna z nō superstite fratre
vel sorore vel filio vel filia fratris vel sororis ipsius defuncti: ergo istis
vel aliquo eorum superstite mater debet excludi: nō in totū per arg.a
contrario sensu.z per tacitam mentem statuentium: id enim qđ veni
ret ex tacita mente videtur in statuto: vt probatur in.l.his solis.C.đ
reuo.dona.Bal.in.l.non dubium.C.de legi.Et quod hoc sit de men
te statuti probatur ex eo: q₃ vocat agnatos vlteriores vsq₃ ad quar-
tum gradū in tribus partibus z in domibus z castellis exclusa matre:
vñ fortius vr̄ voluisse excludere matrē quādo supersunt ascendentes
de quibus tacite z per ꝯtrarium sensum facit mētionē in ꝓncipio: vocat
enim agnatos vlteriores in defectum ascēdentium z descendētium z
fratrū z filiorū.Si enī eorū contēplatione admisit agnatos vlteriores
z remotiores in gradu ad exclusionē matris fortius egit tacite exclu
dendo matrē in totū ascendentibus superstitib⁹: ad hoc tex.optim⁹
in simili in.l.iij.in ver.nam licet.C.de bo.mat.vbi tex.etiam in materia
correctiua facit talem argumentationem z dispositum in preiudiciū
filiorum habeat locum in nepotibus, ne filij deteriores nepotibus re
periantur: ad hunc effectum adducit notanter Bal.illū text.in.l.pe.
6 alias fi.C.de in ius voc.vbi per illū tex.dicit qđ si statutum excludit
a successiōe filiam feminam in fauorem masculi: videtur etiam tacite
excludere nepotem scilicet filiam filie: quia non debet plus concedi ne-
poti quam filie: nam ratio statuti hoc non patitur.d.l.iij. Et idem in
simili voluit Bar.in.l.ij.ver.sed si forte.ad tertiū.vbi dicit q đ si in fa-
uorem agnatorū excluditur mater a successione filij videtur statutū
excludere auum maternū z alios remotiores ascendentes ꝑ lineā ma
ternam: ita dico in ꝓposito. Nō est verosimile qđ statutū voluerit fa-
cere ascendētes deterioris cōditionis quā transuersales vsq₃ ad quar
tum gradū: ergo debemus dicere qđ in principio vocaut̃ tacite ascen
dentes z descendentes ad omnimodā successionē iuris: z si diceremus
cōtrariū sequeret̃ absurdū qđ cum filij z parentes defuncti nō vocen
tur directe in aliqua parte statuti ad successionē qđ melioris cōditio-
nis essent filij fratris z sororis quā filij z parentes proprij qđ ꝓbatur
ex eo.Nam statutū in ꝓmissa parte expresse z directe vocat istos i vbis.
z si fuerit expresse vocat fratrem z sororem vel filios ex eis: sequeretur
ergo quod isti excluderent ascendentes z descēdentes. Preterea sta-
tutū in ꝓncipio equiparauit ascendentes descendentes fratrem soro-
rem z filios eorū ad istum.s.effectum vt alij cognati transuersales ad
mittantur in tribus partibus cū postea ad exclusionē totalē matris
z aliorū agnatorū fecerit mentionē de fratre sorore z filijs eorum: vr̄
fortius vocasse filios z ascendentes ipsius defuncti: de quibus tacite
in principio fecerat mentionē.Non enī est credēdū statuarios ita supi
nos quod istos transuersales voluerint preferri ascendentibus z de-
scendētibus.quoties enī aliqui in certa parte dispositionis equiparā-
tur dispositū in vno vr̄ dispositū in reliquo etiā in materia penali et
correctiua: vt est tex.iūcta gl.in.c.q̃uis.in fi.de ele.li.vj.no.glo.in aut.
quas actiōes pal.facit.l.fi.C.de indi.vid.z gl.in.c.j.in fi.C.de postu.
prela: ad idē.l.qui filiabus.ff.de le.j.quare autem statutum de illis ex
pressam non fecit mentionem sicut de fratribus z sororibus z eorum
filijs: credo qđ habuit illud pro indubitato.Nā si isti excludunt in to
tum matrem fortius illi q sunt proximiores: q₃ si vinco vincentem te:
ergo vinco te: vt in.c.q₃ cunctis.z quod ibi no.de cōces.preb.li.vj.Et
ex his cōiecturis concluditur qđ mens statuti est euidens ad inclusio
nem aui z exclusionē matris.Nam de quo constat per cōiecturas di-
citur euidens: vt notāter ꝓbat̃ in.l.l₃.ff.de leg.j. Et per cōsequens cō
cludit̃ qđ h₃ locum argumētū a cōtrario sensu in casu nostro z ꝙ ca-
sus omissus per verba expressa non debet relinqui dispositioni cōis.
Sed debet dici tacite cautus z expressus.d.l.his solis.vbi notabili
ter probat̃.Nam mens legis est ipsa lex: ita qđ vbi habet locū mens
z rō legis debet habere locum ipsa lex siue sit penalis siue correctiua.
Nam is cōmittit in legem qui verba legis amplectens contra legis
virtutem venit.l.nō dubiū.C.de legi.z.c.fi.de reg.iur.lib.vj.z ibi per
Dy.regulatur enī ipsa lex ratione z mente legis que idē est qđ ratio
legis: vt no.Dy.in dicta regula fi.z Bal.in.d.l.non dubiū regulat̃
sicut corpus ab ipsa anima.Nam vt notanter dicit Bal.in.l.scire.ff.
de excu.tut.sicut homo cōsistit ex aīa z corpore: ita lex ex vbis z men
7 te seu rōne. † Ratio enim z mens sic se habēt ad legē sicut anima ad
corpus: dicitur enim corpus ex dispositione anime.ita lex ex disposi-
tione rōnis. Et sic in quacunq₃ materia sumus vbi habet locū mens
legis d₃ habere locum ipsa lex: vt aperte voluit Bal.in.d.aut.quas
actiones.z q̃q̃ in materia correctiua requirat̃ ibi vt ratio sit expssa:
tamen alibi hoc notāter limitauit dicēs qđ l₃ lex nō exprimat rōnem
tñ si nō pōt nisi vnica z naturali seu indubitata ratio electi ꝓsumi sta
tuto d₃ fieri extēsio ꝓpter limites rationis.z si ipa ratio esset expressa
secus vbi ratio dubitabilis: quo casu posset procedere opi.Bar.in.d.
aut̃.quas actiones.hoc notabiliter voluit Bal.in.l.maximū vitium.
C.de lib.prete.allegat.l.milites agrum.in pn.ff.de re mili.z.l.noiati.
eo.ti. Et hoc idem in simili.q.determinauit Ia.but.vt ipse refert.Nā
in statuto excludente filiā a successione patris in fauorem filij dixit in
quadam disputatione qđ appellatione filij veniret nepos l₃ materia
esset correctiua: q₃ dicit qđ est eadē rō in nepote ex filio q̃ est in ipo fi-
lio.l.liberorū.in.fi.ff.de vb.sig.nā nō potuit esse alia ratio statuti nisi
vt conseruetur dignitas agnationis z familie.l.j.ff.de ven.inspi.no.
Cy.in.l.publia.C.de adul.Sed in casu nostro mater excludit̃ a trib⁹
partibus a domibus z castellis fauore agnationis: vt patet ex vbis
statuti dū vocat parētes masculos ex linea patris z aui vsq₃ ad q̃r-
tum gradum. Item excluditur in totū fauore fratris z sororis z filio
rum eorūdē qđ nō pōt esse nisi fauore agnationis z quia succedūt in
locum agnatorū vt sunt filij sororum: ergo fortius hoc debet habere
locum in auo paterno q est agnatus z proximior ceteris: z in cui⁹ de-
fectum vocabantur alij transuersales vltra fratres z filios eorū vt pꝫ
ex forma statuti in quo concurrit illa z maior ratio: nec alia rō natu-
ralis statuti pōt allegari ad exclusionē matris. Idē qđ Bald.voluit
originaliter Cy.post Pe.in.l.nō dubium.C.de legi.z in.l.j.C.que sit
lōg.consue.facit optime quod no.gl.in.l.tale pactū.in fi.ff.de pac.vbi
no.qđ l₃ in.l.nō exprimat ratio tñ illa est coniecturāda q̃ potuit mo-
uere iustum z sapientem principē. Et idē voluit no.Bal.in.d.l.scire.
¶ Postremo in terminis nostris nō ita clare voluit Bal.in.l.cōuen
ticulam.C.de epis.z cle.vbi dt hanc.q.fuisse de facto florētie statuto
cauebatur qđ quelibet mulier succedat matri sue ab intestato si nō exi-
stunt filij masculi: querebat̃ vtrū a ꝯtrario sensu statuti existentib⁹ ma-
sculis filia excluderetur. Et concludit ipse qđ filie femine debent ex-
cludi per fratres volētes successionē maternam: q₃ statutum hoc vr̄

velle

velle a ꝯtrario sensu:vt in.l.qui testamēto.§.mulier.ff.de test.ꝛ qđ ibi no.per Dy.in regula factum.de reg.iu.lib.vi.Item ſm eū in pactis sumatur argu.in ꝯtrio sensu:vt no.ꝓbat in.l.inter socerū.§.cum inter. ff.de pac.dota.ergo idē in statuto ꝙ est quedā tacita ꝯuētio:vt no. su per ru.C.de decre.decu.lib.x.hoc insuper videtur velle statutū ponde rata rōne cause finalis qui semper inheret dispositioni:vt no.ff.de cō di.ꝛ demō.l.cū tale.§.falsam.Nec obstat ſm eum.l.cōmodissime. pre alleg.vbi casus omissus relinquit dispositioni iuris cōis:q2 illud ꝓce dit cū casus omissus.nō pōt haberi pro exp̄sso ex aliquā cōiectura:sed vbi pōt haberi pro expresso secus est:vt.e.ti.l.si ita nā volūtas euidēs expresse vel per cōiecturā colligit.d.l.licet.Sed in casu predicto volū tas statuentiū est hmōi:ergo ꝛc.Et refert idem tenere Cy.in consilijs suis adijciēs.Idē Bar.qđ no.pro p̄dicta.q.casus in.d.§.cū inter.qui melius facit ad hoc quā quelibet alia lex.Et hāc opi.Bal.secutꝰ fuit do.Pe.de anch.in solē.cōmēto.c.canonū statuta.de cōstitu. Si ergo Bal.hoc voluit cū legū correctione in q̄ōne p̄dicta vbi nō ꝯcurrebāt multe cōiecture longe fortius hoc dicendū est hic vbi cōcurrūt tot cō iecture ad exclusionē matris per auc.paternū.vbi aūt nō cōcurrūt cō iecture cessabit arg.a contrario sensu:cū legum correctione:ꝛ hoc ca su ꝓcedit opi.Bar.ꝛ Iac.bu.ꝛ alioꝝ.ꝛ ipsius Bal.q solet allegari in hoc argu.ꝯtrarius per notata per eū in.d.l.apud antiquos.C.de fur. ꝛ in.d.l.qui testamēto.§.mulier.ff.de testa.Sed in veritate sibi nō con tradicit sed potius limitat oīa dicta cōtraria:vt ptz ex rūsione quam facit ad.l.cōmodissime.Nec est verum dicere qđ hic fiat interpretatio extēsiua:q2 ex quo cōstet de mēte per tot cōiecturas non đr extensiua habito respectu ad mentē sed potiꝰ intēsiua ꝛ intrinseca seu declarati ua:q2 ꝓprios terminos qui penes mentē sunt nō extēdit:pro hoc.l.si. C.de indi.vidu.vbi text.opti.ꝛ in.l.liberū.§.senatꝰ.ff.de ritu.nup.vbi tex.tū ex idētitate rōnis extenditur dispositio legis in preiudiciū libe re facultatis cōtrahendi matrimonij:ꝛ fit cū derogatione iuris cōis.

8 hoc voluit idē Bar.post Cy.in.d.l.non dubiū.¶ †Itē argumētum a cōtrario sensu colligitur ex lege seu ipsius mēte:vt probat.xv.q.iij. ex eo.ꝛ in.c.qualis.xxv.di.ergo nō est curandū de legū correctione ex mēte per cōiecturas elicita apparet de voluntate legis que habet eū dē vigorē.instit.de iure nat.gē.ꝛ ciui.§.sed qđ principi.Et per hoc ptz respōsum ad omnia contraria supra formata in fauorem matris pre terꝙ ad vltimuz:ad quod rūdeo quod licet proprie ꝛ stricte loquēdo non dicatur intestatus sed intestabilis qui ex defectu sensus non pōt facere testamentum.d.l.j.ff.de suis ꝛ legi.tū ex cōmuni vsu loquendi talis dicit intestatus.ꝛ tunc sensum approbat iurisconsultus.d.l.i.in prin.ꝛ expresse tenet Bar.in.d.l.in terminis nostri.cum statutum ex

9 cludit matrē a successione filij intestati:†nam cōis vsus loquēdi pre fert ꝓprie significationi vocis.l.librorū.§.quod tū cassius.ff.de lega. iij.l.labeo.ff.de supel.leg.l.cum delanionis.§.asinā.ff.de fund. instru. Nec obstat quod dicit Bal.quod cum fiāt a peritis presumēdū est ꝙ fuerunt vsi ꝓprijs verbis:q2 dico qđ statuta hic senis cōiter nō fiūt a peritis sed ab ignorātibus iura.Ideo notanter dicit Bar.in.l. stipu latio ista.§.hoc quoqꝫ.ff.de ver.ob.quod si statutum cōtinet aliquod verbum habēs duas significationes vnam propriam aliam ſm cōez vsum loquēdi debemꝰ capere illam quā habet cōis vsus loquēdi ſm qualitatē statuentiū personarum ex quo ipsi non sunt iurisperiti,ad hoc ille tex.cum glo.sua.¶ Item dico qđ etiam leges condite a peri tis debēt intelligi ſm cōem vsum.q2 lex debet conuenire loco:ita no tauit gl.in.c.nonnulli.de rescriptis.Etiam dicit Innoc.in.c.olim.de verb.signi.quod interpretatione dispositionis siue sit lex siue priuile gium:siue aliquid aliud recurrendū est ad cōmunem vsum loquendi: l.si de interpretatione.ff.de legi.ꝛ quo ad statuta expresse voluit bar. in.l.omnes populi.preallega.¶ Ex his omnibus cōcludo ad primū ꝙ auus maternꝰ excludit matrē ꝛ patronos ipsius defuncti.¶ Nūc condescendo ad secundū:nunquid mater debeat excludi etiā a legiti ma debita iure nature.ꝛ videt qđ non:quia quemadmodū filius nō potest priuari in totū:quia hec portio est sibi debita iure naturali:vt l.cū ratio naturalis.ff.de bonis dam.Ita videtur quod nec parētes possint priuari cū pari modo eis sit debitā filiorum hereditas:vt in.l. nam ꝛ si parentibus.ff.de inoff.testa.Ideo onus alimentorum pari ter incumbit parentibus ꝛ filijs:vt.ff.de lib.agno.l.i.ꝛ.l.si quis a libe ris.¶ Sed his non obstātibus dico qđ licet opiniones sint nunquid filij possint per statutum priuari legitima:tamē cōmunior opinio est quod sic existēte saltem causa legitima:ꝛ causa legitima est fauor ma sculorum ꝛ agnationis:vnde cōmuniter in Tuscia filie femine ꝛ ma ter excluduntur fauore agnatorum.hoc expresse tenet Bal.in.l. cum l.leoniana.C.de epis.ꝛ cleri.ꝛ Bart.in.l.titio.§.titio genero.ff.de con di.ꝛ dem.ꝛ Cy.in.l.sancimus.C.de nup.ꝛ Dy.in regula indultū.de reg.iu.lib.vi.ſm Io.an.in.c.raynutius.de testa.nam nō est veruz qđ hec portio sit de iure naturali:cū illo iure oīno esset cōmunis.viij.dist. in prin.ꝛ.xij.q.j.dilectissimi.sed alimentorū prestatio est bene de iure naturali.i.dist.ius naturale:sed hec portio quarta tertia cū dimidia. de q̄ in auc.nouissima.C.de inof.testamē.ꝛ in corpore vñ sumitur. de trien.ꝛ semis.§.i.est de iure positiuo:ideo pōt per ius positiuū dimi nui ꝛ mutari ꝛ in totū tolli:q2 nihil tā naturale ꝛc.l.nihil.ff.de reg.iu.

ꝛ in.c.i.e.ti.ꝛ insti.de legi.agna.tu.in fi.sed ipsum ius alimentādi da ta necessitate tolli nō pōt cū sit de iure naturali.ꝛ hoc casu intelligat opinio cōtraria ꝛ sic saluari pōt dictū do.de Ro.deci.xviij.ꝛ eorū qui tenuerūt ꝙ in totū diminui non pōt:sed in casu nostro nō cadit talis necessitas in mr̄e:quare cōcludo valere statutū matris in totū exclu siuū in fauorē agnatorū:ꝙ etiā videt velle Bar.in.l.i.ff.de suis ꝛ leg. hoc supposito dico ꝙ in casu nostro mater excluditur in totū:q2 hoc voluit statutū si bū pondereт.Nam si filius decesserit sine ascendenti bus ꝛ descendētibꝰ ꝛc.admittit solū matrē in quartā partē.ꝛ sic dimi nuit sibi legitimā cū illa de iure cōi est tertia nō extātibꝰ alijs proximio ribus sicut hic nō extabāt:vt no.gl.in auc.de trien.ꝛ semis.§.i.ꝛ Bar. in.d.auc.nouissima.Extātibus vero ascendētibus ꝛ descendentibus per lineam masculinā seu fratre ꝛ sorore dicit statutū:vt mater in nul lo succedat.ꝛ sic voluit priuare legitimā in totuz:alias nihil adderet ad casum precedentē:ꝛ qui totū dicit nihil excludit.de maio. ꝛ obed. solite.arg.xix.dist.si romanorū.cum si.¶ Cōcludo ergo omnibꝰ pre dictis quod dictus auus paternꝰ attenta mente dicti statuti excludit matrē in totū.Et ad predicta facit theorica Barto.in.l.ij.§.sed forte. ff.ad tert.vbi dicit quod vbi mater vel filia excludit fauore aliorū vi dentur illi tacite vocati:quia eis illud lucrum venit applicandū:facit etiam ad predictam conclusionē notabile dictum Bar.in auc.itaqꝫ. C.cōmunia de succes.vbi per illum tex.ꝛ in.l.ij.C.de bo.que libe.dicit ꝙ vbi parētes vocātur ad successionē:parentes ex parte patris prefe rūtur in bonis quesitis ex latere patris:parētes vero ex parte matris preferunt in bonis quesitis ex linea materna:qđ est notabile ꝛ singu lare dictū.ꝛ quāꝙ posset dici illud dictū Bar.restringendum fore qñ concurrunt parentes in pari gradu:vt videntur velle iura preallega ta:quod hic non contingit cum mater sit proximior:dico tamen attē ta rōne ꝛ equitate illius dicti videt idem dicendū in casu nostro attē ta mente statuti:nam bona de quibus queritur fuerunt quesita ex la tere patris.Et hec sufficiunt. Nicolaus Abbas.

¶ Consilium.lxxvi.

1. ☞ Qualitas contractus presumitur ex qualitate pretij.
2. Pactum de non retrouendendo non liberum quando fit est presum ptio ꝙ fiat causa lucrandi fructus illius medij temporis.
3. Statutum loquens in materia iuris debet intelligi ſm ius cōmune.
4. Malefidei dicitur esse qui habet conscientiam rei aliene.
5. Heres tenetur satisfacere anime defuncti.

IN p̄senti cōsultatione chri sti eiusqꝫ matris p̄sidio humiliter inuocato.Tria succincte vidēda sunt.Primo an vēditio que primo apparet facta de tota domo sit presumenda simulata ꝛ in fraudē vsurarū confecta Quo presupposito erit consequenter videndum que debēt esse in hoc facto partes iudicis in sentētiando.¶ Scđo presupposito qđ prima vēditio nō possit probari simulata loco pignoris vtrū teneant here des emptoris soluere pensionem de medietate domus quā postea re trouēdidit ipsi vēditori receptis ab eo nomine p̄tij florenis quinqua ginta pacto inter eos opposito nō obstāte.¶ Tertio an heredes cre ditorum seu venditorum possint se aduersus agētē p̄scriptione tueri vigore statuti senensis dictantis qđ quicūqꝫ aliquam rem immobilē possederit spatio decem annorum cum titulo illam prescribat.Redeo ad primum in quo non insistā argumentando ad partes more solito ne videar hanc rem dubiā preter propositum estimasse:nam ꝛ iudicio meo ꝛ vt verius dicā in omni iure nostro scribendū casus de hac que stione rotundus qui nullo modo cauillari potest.videtur in.c.ad no stram.de emp.ꝛ vē.vbi enim ꝯtractus initus sub forma emptionis ꝛ vēditionis iudicatur pignoratitius ex duabus coniecturis dūtaxat. primo q2 fuit vēditori factum pactū de retrouendēdo:non tū quādo cunqꝫ sed a septēnio vsqꝫ ad nouēniū id est intra septēnium ꝛ nouen nium:ita ꝙ volebat libere lucrari fructus septē annorum.¶ Secūdo q2 interuenerat modicitas pretij habito respectu ad verū valorez rei. Nam ex qualitate pretij presumitur qualitas contractus.l.per diuer

1 sas.†C.man.in.c.ꝛ si questiones.de simo.not.gl.in.l.j.ff.de superficie. ꝛ Bar.in.l.cotē ferro.§.qui maximos.ff.de pu.¶ Item quando fit pactum de retrouendendo non liberū:vt q2 non vult recipiens teneri

2 vsqꝫ ad certū tempꝰ est presumptio† qđ hoc faciat causa lucrādi fru ctus illius medij tēporis loco vsure:ꝛ fortificatur hec presumptio ex modicitate pretij.Nā sepe presumptio nec mens que nō sufficit ex se ad sententiam transit in violentiā ex aliā presumptione interuenien te:ita quod sufficit ad sententiā:vt est glo.no.in.c.insinuatū.de simo. ꝛ videtur text.in.c.cū cōtumacia.iuncta gl.de here.lib.vj.sed in q̄ōne nostra non solū interuenerunt predicta duo:sed etiā multa alia admi nicula sunt,itaqꝫ longe fortius debet in casu nostro cōtractus iudica ri vsurariꝰ:hic enī vt incipiam ab illis duobus.¶ Primo fuit habi tum pactum de retrouendendo nō pure sed post festū sancti Angeli tum proxime futurū ab vno anno futuro ad tres annos tūc futuros: ita qđ volebat posse libere lucrari vsumfructū illiꝰ domus per annū ꝛ septē menses occasione illoꝝ cētum florenorū.¶ Secundo interue nit modicitas pretij qđ apparet euidēter.q2 ipsemet Antonius ante

qd vocat filios istius Petri per prius vocat filios primogeniti: ergo maior illorum est preponēdus: qd probat̃ sic: vbicūq; em̄ agitur de honore vel onere applicādo certis personis ⁊ non pōt applicari nisi vni persone: saltē eodē tēpore, ⁊ nō apparet de qua ꝑsona disponēs senserit: statur semper ordini litere vt prius nominatus censeatur primo vocatus: vt ꝓbatur in.l.generaliter.§.quid ergo.cum sequē.ff. de fideicom.lib.⁊.l.quoties.de vsufru.l.heredes mei.§.peto.ff.ad treb.⁊ in.c.penul.de elec.lib.vj.⁊.c.mādato.de preb.eo.lib.cū similibus.notat Bar.in.l.ij.§.prius.ff.de vulg.⁊ pupil.hic autem in defectum primogeniti vocant̃ oēs descēdētes ab eo: addito vt vnus habeat post obitū alterius: ergo filius maior primogeniti est preferendus patruo cū sit prius nominatus. Nec obstat si dicatur hanc theoricā non habere locū cū ordinata affectio cōtradicat iuxta notata.l.d.l.heredes mei.cū pater ꝑsumat̃ magis diligere filiū ꝓpriū q̃ nepotē. Et primo cū nepos ab eo sit remotior q̃ filius. ¶ † Hinc ꝓprie scz a philos qd est amor appellamus illū qui ex viro ⁊ vxore nascitur: nepos autem improprie dicitur filius vt notāter ꝓbatur in.l.filiū.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. Et per Bar.in.l.liberorū.ff.de verbo.signi. dico em̄ ꝙ illa verba nō fuerūt ꝓlata a patre.⁊ sic cessat ꝑsumptio ordinate affectionis sed prolata fuerūt a rege qui magis intēdebat ꝓuidere generi istius Petri q̃ personis. ¶ Itē dubia debent intelligi ſm cōsuetudinē loquentis: vt.l.si quis seruum.de leg.j.⁊.l.numis.de leg.iij.⁊.l.cū de lanionis.§.asinam.ff.de fun.instru.⁊.l.labeo.de supel.leg.cū similib⁹. ¶ Sed reges castelle cōsueuerunt honorare ⁊ preferre filiū primogeniti alijs filijs: q2 representat personā p̄mogeniti: vt clare patet ex verbis quarundā constitutionū ipsius regni. ergo debemus presumere quod seriose rex castelle in illa cōcessione fecit prius mentionem de filijs primogeniti q̃ de alijs filijs ipsius Petri. ¶ Ad idē facit q2 vbi nō cadit affectio inter ꝑsonas prius denoiatus est potentior. Ad hoc tex.optim⁹ cū materia sua in.l.si cōmunis seruus ita stipulet̃.ff. de stipu.seruo.per quā legē dixit ibi Bar.⁊ no.per Moderū.in.c.qm̄ abbas.de offi.deleg.qd si causa alicui delleget̃ expresso nomine proprio ⁊ appellatiuo cessantibus alijs cōiecturis dicemus dispositionē esse personalē vel realem ex ordine verborū. Nā si procedit appellatiuum censetur realis: si propriū personalis. Et per eam cessat contrarium qd formari pōt de.l.si viua.C.de bonis ma. Procedit enim hoc ex speciali dispositione principis qui nō afficitur magis ad patruum q̃ ad nepotē: sed habuit respectum ad ius primogeniture: qd perplurimū apud principes maxime Hispanie frequētatur vt predixi: ⁊ p3 ex ꝯstitutionib⁹ regni castelle. Nec propterea obstat si dicatur ꝙ inter filios primogeniti ⁊ patruos vocetur maior. vt patet ex illa clausula suprapositā ibi: ⁊ semper conferatur maiori ⁊c. que videt̃ determinare oia precedētia. vt in.c.inq̄sitioni.⁊ in.c.scdo requiris. de appella.plene per Bar.in.l.talis scriptura.ff.de leg.j.⁊.l.pretor ait.ff.vi bono.rap. Quia dico ꝙ illa clausula refertur ad precedentia ordine successiuo: vt sit sensus qd inter filios primogenitus preferat̃ semper maior: ⁊ ita eis deficiētib⁹ inter alios filios dicti Petri: nam quēadmodum filij primogeniti vocant̃ per se ⁊ alij filij dicti Petri secundario vocātur per se ⁊ predicti illis debent p̄ferri ita clausula subiecta recipit intellectū a p̄cedentibus vt sicut in personis oēs videnẗ vocati ordine successiuo: ita ⁊ illa clausula qualificat filios p̄mogeniti ⁊ Petri etiā ordine successiuo. arg.bonū ex his que legunt̃ ⁊ notātur in.l. heredes mei.§.peto.ad trebellianū.⁊ in.c.olim.⁊.c.abbatē.de rescri. ⁊ per Bar.in.l.gallus.ff.de lib.⁊ posthu. Hunc intellectum sequentē suadēt omnes cōsiderationes predicte: ⁊ ne princeps per illa verba generalia videatur illico recessisse a iure iam denominato primogeniture contra.l.nō ad ea.ff.de condi.⁊ demon. hoc etiā suadēt ⁊ alie cōsiderationes: quia persona patris dicitur per filiuz representari: ⁊ ibi etiam esse ⁊ stare dicatur.l.cū antea.C.de agricolis ⁊ censitis.lib.xj.⁊ filij vox dicitur patris. insti.de inuti.stipu.§. eodem vero. Et dicūtur eadem fere persona.C.de impu.⁊ alijs substi.l.fin. ⁊ vna caro. xxxv. q.iij.hac autoritate. ¶ Itē pars remanet in filio. hinc dicitur ꝙ pater magis diligit filiū q̃ econtra. vt not.in.d.l.si liberorū, in fi. † vnde filius primogeniti potest dici primogenitus ⁊ non ex toto ficte sed in parte vere cū in eo sit substātia ⁊ caro ⁊ pars ipsi⁹ primogeniti. Et sic cessat quod opponitur de lega.iij.§.hec autē verba.ff.de neg.gest. ⁊ eo amplius in casu nostro quia rex in concessione nō solum fecit mentionem de primogenito: sed etiam de alijs ab eo descendentib⁹ quos sic anteponendo videbat̃ preferre voluisse suis patruis. vt in.d.l. lucius. Optime videtur ꝓbari ſm vnum intellectum quem Bal.in.d.l. j.de his qui ante apertas tabu. suadent insuper multe alie considerationes quas fecit Jo.and.in additio. Specula.preallega. vbi hanc opinio. fouet etiam vbi nō fuisset facta mentio de filijs p̄mogeniti. Et idem Old.in cōsilijs suis: consilio.cc. ¶ Sed in casu nostro videtur irrita dubitatio ꝑ p̄dicta. Preterea optime facit.c.licet.de voto. vbi nepos prefertur patruo in regno. Et licet ibi regnum fuerit radicatum in personam primogeniti cum de illo non possit pater disponere ad libitū iuxta ea que leguntur ⁊ notantur maxime per Bald. in ca.primo.de succes.feud.in proemio illius libri feud. Sed potius illud disponitur quod filius primogenitus rep̄sentat ipsum primogenitum: ⁊ est iudicio meo hec bona ⁊ noua ꝯsideratio. Et per hec videntur multū cessare motiua Cy.⁊ Bal.in.l.ij.C.de bonis mater. et l.cū antiquioribus.C.de iure deliberan. Et Bar.in auẗ.post fratres. C.de legi.heredi. vbi dicit ꝙ vbi tractatur de succes.feud. nepos non succedit in locum patris: quia illa successio nō habetur a iure s3 a cōcessione dominica: qd ꝑfecto videtur ꝯ tex.in.c.ij.de successio.feud. et in.c.j.de natura.succes.feud.⁊ in.c.j.⁊.iij.de feud.mar.colla.x. vbi nepos succedit cū patruo in feudo tenēdo locū sui patris. ⁊ ibi ꝑ Bal. in.l.iij.ff.de interdic.⁊ relega. Nec obstat si dicat̃ ꝙ ibi nō excluditur patruus: sed pariter succedit cum nepote q2 eadē ratio que est de p̄te quo ad partē militat in toto quo ad totū.l.que de tota.ff.de rei vēd.⁊ c.pastoralis.§.item cum totum.de offi.deleg. pro hoc dicto.c. licet.de voto. Nec nepos ex ꝑsona sua excludit patruū: sed ex persona sui patris: vnde constituitur ex persona ꝓpria. simile in.c.maritus. de concess.prebē.lib.vj. Et optime ad ꝓpositū.in.l.j.§.fin.⁊.l.si nepotes.ff.de colla.bo.⁊ de coniungen.cum emanci.libe.l.j.§.si filius.ad finem. per que patet qd licet emancipatus de iure cōmuni nō cōferat: tamen filius emancipatus confert nepoti emancipato ex fratre cōstituto in potestate tempore mortis: quod nō est ꝓpter aliud nisi quia personā sui patris representat. vt.d.l.si nepotes. dicitur ꝙ nepotibus ꝯfertur vt fratri ⁊ censet̃ omnes vnus esse sicut erat pater: ideo nepotes succedunt per stirpes in locū patris: vt in.l.ij.C.de suis ⁊ legi.hered. Nec obstat si opponatur.de.l.j.al's.ij.si impuberi.ff.de colla. vbi habetur quod spes succedendi patri adoptiuo nō venit in collatione bonoꝝ: ⁊ sic non censet̃ esse firma in persona filij: quia dico illud p̄cedere: q2 illud soluz venit in collatione quia filius acquisiuisset patri: si nō fuisset emancipatus: sed illa in spem nō acquisiuisset patri: ideo in collatione nō venit. Nec etiam obstat si dicatur ꝙ quarta debita filio arrogato non transmittitur per filiuz in descendentes: si moritur filius viuente arrogatore: quia hoc nō ꝓbat ille tex. imo potius innuit cōtrariū: cum in principio simpliciter dixerit quod illa transmittatur in heredem: quod videtur tenere Jo.an.in additionibus preallegatis. ¶ Item tenendo alium intellectum ꝙ non transmittat posset respōderi illud ideo esse: q2 per mortē ex toto dissoluitur illa filiatio ⁊ oīs illius sequela. ¶ Sed nō sic est in casu nostro: cum ꝓpter concessionem regū que non solū vocauit filiū maiorem: sed etiā descendentes ab eo: tum q2 hic ꝯcurrunt iura naturalia q̃ sunt potentiora ciuilib⁹ l.qui habet.ff de tute.⁊ in.§.sed naturalia.insti.de iure natu. Preterea ius primogeniture est alienabile in specialē successorē. vt in.c.q̃ periculosum.⁊ qd ibi notat̃.xvij.q.j. ergo fortius transmissibile in filiū ⁊ vniuersalē successorē.⁊ hec de primo dubio. ¶ Uenio nūc ad secundum in quo videtur primo istum patruū fore exemptū a iurisditione iudicis ecclesiastici per superuenientiā bigamie vere vel ficte: vt quia contraxit cū vidua vel corrupta dū existeret in minorib⁹. vt in.c.vno. de bigamis.lib.vj. vbi dicitur † ꝙ bigamia superueniente illo priuatur ⁊ denudatur clericus ab omni priuilegio clericali ⁊ applicat̃ foro secularis iudicis. Sed hoc nō obstāte ꝯtrium puto de iure verius. Nam p̄uilegiū superueniēs nō habet eximere causam a prioris iudicis potestate: q2 cū eum preuenit per citationis actū dū de sua iurisditione existeret: vt in.l.si quis postea.ff.de iudi.⁊.l.cum quedā puella.ff.de iurisd.om.iudi. facit.l.si quis decurio.C.de fal.⁊.c.ꝓposuisti. de foro cōpe. fortius in casu nostro tenetur reus iam p̄uentus r̄ndere coram iudice ecclesiastico: cum mutauerit forum nō in priuilegium sed in penam: quod enim statutū est in odiū ipsius nō debet in eius cōmodum retorqueri. vt in.c.ij.de transla.p̄la.⁊ in autenti. si necesse. de dona.inter virum ⁊ vxorē. † Preterea cōmunis habet opinio qd si laicus preuentus per iudicem secularem efficiatur causa pendente clericus: nō per hoc causa eximitur a foro penitentie secularis: vt notat Jo.an.⁊ cōmuniter doctores in.c.vno.de obli.ad rati.⁊ Spe. in tit.de reo.post prin. sequit̃ Bar.in.l.j.ff.de penis. ergo fortius causa clerici nō debet eximi a manibus ecclesiastici q2 iam peruenit propter denudationem ⁊ priuationē priuilegij ecclesiastici. Nam si clericatus superueniens nō sit potens hanc exceptionem facere cum non solum mutet forum de iure diuino: sed etiā mutat cōditionem persone ⁊ rōne ordinis efficitur maior quolibet seculari cum nulla dignitas secularis similis sit sacerdotio. xcvj. di. duo sūt.⁊.c.denīq; fortius nō habebit hoc inducere mutatio fori propter delictum vel inhabilitatem. Nō obstat.c.j.de bigamis. preallegatū: quia debet intelligi de causis mouendis post contractam bigamiam: secus de iā motis per predicta. Et hec sufficiant. Nicolaus abbas.

¶ Consilium.lxxxvj.

1 Legitimatus ad patris instātiam debet per omnia tractari sicut legitime natus.

2 Pater si testamēto prius facto fecerit filium legitimari rumpitur testamentum.

Omnipotētis dei postulato suffragio. In qōne q̄ vertit̃ inter Julianū ser Matthei ex vna p̄te: ⁊ Antoniā mulierē filiā legitimā ⁊ naturalē. Stephani fratris carnalis dicti ser Matthei ex alia parte sup heres. olim

Marie amite dicti Juliani. ⁊ Antoniā ac sororē carnalez dicti ser uito. ser Matthei genitoris ādicti Juliani ⁊ dicti stephani. Que quidē hereditas vt asserit cōsistit dūtaxat in dotibꝰ dicte Marie qs sit pferēdus in dicta hereditate: cū ser Mattheꝰ viueret tpe mortis marie: ⁊ in vita sua legitimare fecerit dictū Julianū cōsentientē p comitē palatinū: lȝ in extraneo vite fecerit dictū testm̄ ⁊ pterierit dictū Julianū: ⁊ instituerit Joā. sibi nepotē. ex. d. Julia. Dico ꝙ inspecto iure cōi casus est clarus ⁊ satis aptus. Nā cū dicta Maria decesserit ab intestato sine ascendētibus ⁊ descēdētibus ⁊ bona sua fuerint delata dicto ser Mattheo fratri carnali p dimidia ⁊ dicte Antonie p alia dimidia cū successerit in locū Stephani fratris sui q etiā erat frater carnalis illiꝰ Marie defuncte. Nā vbi agit de successione aui vel patrui seu amite filij succedūt in locū pris ⁊ succedūt p stirpes: vna cuz fratre superstite eoꝝ patruo: vt est casus in auth. post fratres. ⁊ ibi per Bar. C. de legi. hered. institu. de hered. q̄ ab intestato defe. §. cū filijs. ⁊ in corpore quā quidē dimidiā dictus ser Stephanus transmisit in heredē suum cum in vita gesserit se pro herede dicte Marie petendo ipsius bona. vt. l. pro herede. ⁊ in. l. gerit. ff. de acqui. here. ⁊ quāq̄ dictus ser Mattheus instituerit nepotē ex filio: tñ illa īstitutio fuit nulla ex eo ꝙ preterijt filiū propriū ad eius instātiā legitimam. l. Julianū merito Julianus potest dicere testamentū nullū ⁊ capere bona patris sui ab intestato: vt in autēti. vt cum de appel. cogno. §. aliud q̄ꝙ capitulum. ⁊ qͦ legitur ⁊ notatur in. l. filio preterito. ff. de iniust. rup. ⁊ irri. testa.

1 † legitimatus eñ ad patris instantiam dȝ per omnia tractari sicut legitime natus: vt in auth. quibus modis natura. efficiūtur sui. §. illud. Nec debet obstare quod aperte obijcit cōtra illā legitimationē: scȝ ꝙ mater dicti Juliani non patijt seu cōsensit in dicta legitimatione: qꝛ nullibi probat matrem debere consentire: sufficit enim ꝙ solus pater in cuius potestate trāsit cōsentiat ⁊ ipse legitimandꝰ qui in patris naturalis trāsit potestatem: vnde etiam mortua matre pōt pater filiū legitimari facere. hec probantur in. d. §. illud. Et no. Bar. in. l. gallus. §. ⁊ quid si tantum. ff. de lib. ⁊ postu. ⁊ Bald. in proemio C. ⁊ in. l. rescripta. in fi. C. de preci. impe. offeren. ⁊ Joā. an. ⁊ communiter doctores sequentes. i. c. per venerabilē. qui filij sint legitimi. ⁊ dato cōsensu patris succedit legitimatus etiā agnatis ⁊ cognatis: saltez eo casu quo legitimās exprimit sicut fecit comes de dicto Juliano: vt disputando tenuit Jaco. de bel. in auth. quibus modis natu. effi. ciū. legi. colla. vj. ⁊ latius per Joan. and. in additio. Specu. in titu. de successio. ab intesta. §. j. versi. ex facto. Et facit ad materiā nostrā alia disputatio dicti Jaco. de bel. i auth. qbꝰ mod. natura. effici. in. colla. vij.

2 vbi dicit † ꝙ si pater testamento prius facto fecerit filiū legitimari rūpitur testamentū sicut per natiuitatē posthumi. qꝛ si fictus filꝰ superueniēs rumpit testamētū vt monasteriū in quo pater intrauit iuxta not. i auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. ⁊ xix. q. vltima si qua mulier. fortius iste legitimatus qui habet causam naturalitatis cōcurrētem. arg. in. l. filio. ff. de lib. ⁊ posthu. ¶ Item filius postea rogatꝰ rūpit testamentū. dicta. l. filio. fortius iste legitimatꝰ qui est naturalis. Et pro hoc ego adduco text. notabilē in dicto §. illud. vbi dicit quod post legitimationē nihil differt ab alijs filijs: per quē tex. clare cōcluditur quod testamentum prius factum rumpitur sicut rumperetur si fuisset tunc natus. Item quod testamētū cōditum postea in quo iste legitimatus fuit preteritus est ipso iure nullū sicut contingeret si preterijsset filium legitime natū. ¶ Ex his cōcludit quod inspecto iure communi Julianꝰ tanq̄ heres ser Matthei patris sui debet habere medietatem: ⁊ si dicta Antonia est mente capta: tunc curator eiꝰ legitime datus poterit ⁊ debebit petere bonorū possessionē. Et si postea moreretur in ea tempestate debet illud peruenire ad dictū Julianū quia ad patrē suum peruenisset si mēte capta nō fuisset in medio tēpore mortis Marie: hoc probatur per tex. notabilez in. l. fi. versi. tale. C. de curato. furio. ¶ Sed nūc videndum est an inspecto aliquo iure speciali debeat Julianus in totū preferri ex psona patris sui. Et dico quod sic in castro abbatie: vbi est aliquod statutū quo cauet qͦ extātibus masculis vsq̄ ad certum gradū femine nō succedant vel aliqͦ simile tūc in dubio dicta Antonia fuit exclusa a dicto ser Mattheo. Si autē cessat statutum super hereditate vidēdū nūquid possit adiuuari respectu qualitatis dotis cum mihi presupponatur viua voce dictam olim Mariam fuisse maritatā per dictū ser Mattheū. In quo dicēdum quod dictus ser Mattheus fecit pactū in traditione vt ad ipsum dos reuerteretur soluto matrimonio tūc in dubio pertinet tota ad dictū Julianū: per text. in. l. vna. C. de rei vxo. actio. facit. l. iter socerū. §. cū inter. ff. de pac. dot. ¶ Idem est cessante pacto si i castro abbatie est statutū vt mihi psupponitur quod mortua muliere dos debeat redire ad dotātē: nam succedit prouisio statuti loco prouisiōis hominis dicta. l. vna. §. accedit. Et per hoc infero ad secūdum q̄situ an alie sorores dicti ser Matthei potuerūt suas dotes quas habuerunt dicto ser Mattheo in alios trāsferre. Nam dicendum quod nō si ser Mattheus fecit pactum vel subest statutū vt dos reuertatur ad dotātē soluto matrimonio. d. §. accedit. alias secus: nisi pterito ser Mattheo fratre carnali instituisset turpem personam: vt. l. fratres. C. de inoffic. testa. ⁊c.

Nicolaus Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Dominus abbas monasterij sancti Michaelis de pastigno ordinis vallis vmbrose recognouit ⁊ cōfessus fuit extra iudiciū cuidā ciui florentino qui gesserat negotia monasterij per longū tps se obligatū esse dicto ciui nomine monasterij in florenis quingētis ⁊ triginta: cui predictus ciuis dixit illā pecuniā expēdisse ⁊ cōuertisse in vtilitatē monasterij quā quidē cōfessionē syndicꝰ generalis monasterij ratificauit ⁊ approbauit. Deniq̄ dictus ciuis impetrauit cōtra dictū dñm abbatē rescriptū apostolicū ⁊ corā iudice delegato petiit dñm Abbatez condēnari: qui illico corā delegato cōfessus fuit se teneri in dicta quātitate Et idem fecit syndicus generalis monasterij Ex cuius cōfessionis vigore dictus delegatus tulit sniam cōtra dictū dñm abbatē super dicta quātitate a qua minime fuit appellatū. Quinimo soluit partē debiti. ¶ Postremo intra annū a tempore condēnationis dictus delegatus ad instantiā illius precepit stricte abbati vt sentētie cōdēnatorie parere deberet. Queritur an inspectis predictis cōpetat aliqͦ remediū dicto dño abbati aduersus illam sententiā ⁊ confessionē suā atq̄ syndici ⁊c.

¶ Consilium. lxxxvij.

1 ☞ Prelati possunt petere in integrum restitutionē etiam sine mandato ecclesie.

2 Officium iudicis delegati non extinguitur per solam sententiam nisi sit executioni mandatum

Christi eiusq̄ matris psidio humiliter inuocato. Dico vnum subesse remediū prōptissimū ⁊ indubitatū videlicet petere restitutionē in integrum noīe monasterij cōtra dictā sniam ac etiā confessionē quam sine scrupulo obtinere dȝ: ex quo est intra quadrienniū a tpe snie ⁊ cōfessiōis per quā quidē restitutionē dȝ in pristinū statū reduci in quo erat añ sniam ⁊ cōfessionē. tex. est apertissimus tam in snia q̄ in confessione in. l. j. ⁊. ij. de in integrū resti.

1 † Certūq̄ est abbatē ⁊ alios platos posse petere vt legitimos administratores in integrū restōnem. etiā sine mādato ecclesie. vt no. Inn. ⁊ alij post eu in. c. suscitata. de in inte. resti. Tenent eñ prelati procurare ex eoꝝ officio negotia ecclesiarū suaꝝ. vt in. c. edoceri. de rescrip. ⁊ qͦ ibi notat. ¶ Sed circa hoc vertit dubiū apud quē seu a quo debeat hmōi restitutio postulari: ⁊ profecto ab ipso romano pōtifice vel alio ipsius delegato sup hoc specialiter impetrādo restitutionē obtineri posse nō est dubiū dicto. c. suscitata. ⁊ c. cum ex literis. ⁊ quasi per totū titulū. de in integrū restit. ⁊ maxime in. l. pen. ⁊. l. fi. C. vbi ⁊ apud quos. ab ordinarijs autē locoꝝ vt epo seu ab archiepiscopo obtineri nō pōt: nec etiā a generali legato pape per tex. i. c. ij. de offi. deleg. ⁊ expressius p tex. notabilē in. l. aduersus sniaz. C. si aduer. rē iudi. dubiū ergo remanet an a dicto delegato q pfatā sententiā tulit posset hec restitutio obtineri. Et videtur primo qͦ nō per tex. notabilē in. d. l. aduersus. vbi dicit qͦ aduersus eū qui vice pncipis iudicauit: solus pnceps restituere pōt. ⁊ per illū tex. hoc tenuit ibi Bar. ⁊ Bal. ⁊ idē Bar. in. l. fi. C. vbi ⁊ apud quos. sȝ cōtrariū ipse Bar. videt sentire in. l. iudex. ff. de re iudi. vbi dicit qͦ si sententia nōdum executioni mādata cum remaneat apud iudicē officium nobile poterit ex eodē officio restituere in integru sicut pōt sententiaz exequi ⁊ mulctare: vt patet i. c. ex literis. ⁊. c. significasti. ⁊ c. querēti. de offi. dele. ¶

2 † Nō eñ extinguitur iudicis delegati officiū per solaz sniam nisi sit executiōi mandatū vt saltē lapsus sit annus a tpe sententie. vt in. c. proxi. alleg. Et sic pōt intelligi tex. ⁊ dictū Barto. ⁊ Bal. in. d. l. aduersus. quādo ex toto iudex delegatus functꝰ est officio suo: vt. qꝛ nō restat executio quia sentētia esset absolutoria. ⁊ sic traxit executionē secū: vel si erat cōdēnatoria extitit executioni mandata: secꝰ aūt vbi imminet executio fiēda: nec lapsum est tempꝰ anni a die snie sicut accidit i casu nostro. Et p hoc allego gl. notabilē valde. ⁊ Inn. in. c. suscitato. de in integ. resti. vbi dicunt per illū tex quod procurator pōt sine speciali mādato petere in integrū restitutionē contra sententiam aduersus se latā: qꝛ dicitur petere incidēter ⁊ nō principaliter ex quo adhuc sententia non est executioni mandata in. c. pen. e. titu. Nam scdm Inno. mandatum iurisditionis simile est mandato pcuratorio. vt in. l. ⁊ qꝛ. ff. de iurisdi. om. iudi. ⁊ sic aperte sentit per hanc rationem quā dicitur inferere: in integrū eñ restitutio petitur aduersus sentētiā nondū executioni mādatā quo casu scilicet cuȝ incidēter cōtingit potest iudex delegatus super causa generaliter data restitutionē in integrū cōcedere. vt in. d. c. penul. de in integrum restituti. ⁊ l. fi. C. vbi ⁊ apud quos. ⁊ sic intelligendo potest saluari opinio. quaz recitat glo. in. d. l. aduersus. quia habet p odio: ideo lex est immutata per. d. l. fi. vbi habetur quod delegatus possit. intelligamꝰ saluādo modo predicto vt si adhuc pendeat executio: ⁊ per cōsequēs iurisdictio nō possit. alias secus: hāc opinionē fouet equitas vt parcatur laboribus partium ⁊ expensis: vt in. c. cūȝ tē. de offic. dele. ¶ Preterea videmus quod cū delegatus reseruet sibi executionē ⁊ causaz alijs cognoscēdā ⁊ diffiniendam cōmittit. semper ad eū recurritur si contingat a subdelegato appellari. vt in. c. si delegatus. de offi. delega. li. vj.

non enim

nō enim negari potest quin hec institutio dicatur icidere in causa sibi cōmissa ex quo adhuc durat suū officiū. nobile ergo pōt eā sibi indulgere ⁊ de nouo cām audire: ita ꝙ onus ꝓbādi debitū iuris incumbit illi cui hoc portat in integrū restitutio. l. diuus. ⁊ qꝺ ibi notat̃. ff. de in integ. resti. ⁊ .ij. q. iij. §. notandū. ⁊ restitutio in integ. postulari potest etiā per viā exceptionis cōtra petitionē restitutionis in integrū. ⁊. l. postea. §. si maior. ff. de iureiu. Nec obstat dñz abbatē soluisse partē cōdēnationis: q2 ex hoc nō p̄cludit̃ via quin posset dici totā esse indebitā nec solutio partis indebite obligat ad soluēdū indebitū. vt i. l. fi. C. ne vxor pro marito. quinimo per istā restōnem dʒ reduci ad primū statutū. ⁊ sic ille ciuis cōpellat̃ restituere cū effectu quicqd recepit vigore snie nisi ꝓbet de nouo debitū ad hoc. l. in cause. ff. de mino. ⁊. l. videamus. §. in fauiana. ff. de vsu. ⁊. l. cum pretor. ff. de verb. sig. Nā verbum institutionis omnē vtilitatē actoris continet: vt ibi. Nec dʒ interim dū tractat̃ hec restitutionis causa sententia executioni mādari: vt in. l. vnica. C. de in integ. rest. pos. nec est aliqua suspicio malitie cōtra dictū dñm abbatē ipsam postulantē: cū aperte vna sua petitio foueat̃: vt in. d. c. j. ⁊. ij. de in integ. resti. lib. vi. Et sic cessat spālis dispositio: de qua in. c. suscitata. de in integ. rest. ¶ Puto etiā qꝺ p̄supposito ꝙ dictus delegatus nō habeat potestatē restituēdi in integrū cōtra sententiā tñ videtur dicendū vt possit pronūtiare illā concedēdam et supersederi executioni: ⁊ remittere cām ad romanū pontificē. arg. eiꝰ qꝺ legit̃ ⁊ no. in. c. de cetero. de re iudi. ⁊ in. §. biduū. ij. q. vj. ver. si quidē. vbi glo. dicit ꝙ archieps̄ licet nō possit deponere ep̄m: tamen pōt pronunciare illū deponendū. Et idē in legato dicūt doc. in. c. j. de off. leg. sic videtur dicendū in proposito. Nico. abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Facti cōtingētia sic proponitur.

In ecclesia Cathaniēsi quedā monachorū regulariū inualuit cōsuetudo a tp̄e de cuius initio memoria nō existit ꝙ cuilibet monachorū pro sibi necessarijs dentur per ep̄m loci qui ecclesie omnes redditus percipit quinquaginta aurei. Omnes tamen monachi viuunt in cōi victu. superest ex dicta ꝓuisione vt assignetur pro rata cuilibet ꝓ idumentis ⁊ alijs necessarijs. Nā ep̄s ad alia monachoꝝ onera nō tenet̃. cōtingit ꝙ ep̄o in remotis agente quidā ex monachis qui nūc est doctor dñs P. Joānes de massaro a vicario ep̄i licentiatus cum facultate percipiendi dictā prouisionē oīm ad studia generalia se contulit nō determinato a vicario more trahēdi tp̄e. Nec expresse actuz extitit quibus studijs seu scientijs vacare dʒ. demum per plures annos sciente ⁊ cōsentiente ep̄o postmodū reuerso est dicto dño Joāni seu alteri eius nomine de dicta prouisione omnino responsum. Nūc aūt ab aliquibus annis elapsis ep̄s loci seu ipsius vicariꝰ eo absente sibi resistit respondere ei p̄fertiz occasione sumpta. qm̄ dictus dñs Joānes vltra quinquēniū in studio morā protraxit. nunc de presenti doctor existit: ⁊ sic studij causa prorsus cessauit. Queritur nunc an dictꝰ dñs Joannes possit dictā pensionē a tempore cessationis vsq3 in p̄sentem diem petere: maxime cum absens existat ⁊c.

¶ Consilium. lxxxviij.

1 ☞ Jura loquentia de seruis respectu acquisitionis habent locū in monachis.
2 Abbas potest vendicare monachum suum.
3 Monachus proprium possidere non potest.
4 Monachis habere portiones priuilegiatas non est licitum.
5 Monachus ad queuis studia ꝓficisci non debet nisi prius licentia a prelato petita.
6 Studium religion conuenit.

Omnipotentis dei genitricisq3 Marie suffragio hūiliter inuocato. Videt̃ dictū dñz Joānē in sua petitione minime audiendū fore. Et primo hoc ostendit̃ de ꝑsona agentis defectu. nā queādmodū seruo aduersus dñm agere taliter nō permittit̃: vt in. l. vix certis ex causis. ff. de iud. ita nec monacho aduersus prelatū suū. censet̃ eñ monasterij seruus. ⁊ q̄uis hec sit spūalis seruitus: strictior tñ cēset̃ q̄ secularis. vt ꝓbat̃ in. c. multos. liiij. dist. ⁊ mūdo mortuꝰ censet̃, ⁊ deo viuere. xvj. q. j. placuit. hic dʒ ꝙ monachus nō hʒ velle, al's nolle: s3 totus dēpēdet a superioris arbitrio ꝙ vice dei supra caput suū posuit. xij. q. j. nolo. ⁊. c. nō dicatis. ⁊ in. c. si religiosus. de elec. lib. vj. ⁊. c. ij. de testa. eo lib. facit qꝺ habet̃ in auf. de mona. colla. j. ¶ Scđo hoc probat̃ ex defectu obligationis que est actionis mater. l. licet. in fi. ff. de pc. ⁊ sine actiōe nemo recte experit̃. l. si pupilli. ff. de neg. ge. ⁊. l. tutor. C. eo. Et q̄uis de iure canonico nō sit necesse ꝓponere actionis nomē. de iudi. dilecti. dʒ tñ subesse ius agendi qꝺ causat̃ ex obligatione ciuili si recta via pōderet̃: vt plene no. in. d. c. dilecti. ⁊ est glo. notabilis. ix. dist. quo iure no. Bar. in. l. j. ff. de eden. hinc est ꝙ si vnū est in oligatione ⁊ aliud in facultate: ⁊ quis agit ac si vtrūq3 esset alternatiue in obligatiōe succūbit etiā inspecta simplicitate iuris canonici. vt est tex. not. in. c. cū dilecti. de emptio. ⁊ ven. sed inter do. ⁊ seruū etiā paciscētes nulla orit̃ obligatio, saltē ptās ad agendū. vt in. l. interpositas. C. de trāsac. ergo nec inter prelatū ⁊ monachū. vt no. Fede. cōsil. cclij. ⁊ archi. in. c. cum pastoralis. ij. q. vij. maxime quia in ꝑsona monachi nō cadit actu aliqua obligatio. sed quicquid acquiri trāsit immediate sine aliqua mora in monasteriū. ad hoc qꝺ no. Inno. ⁊ alij. in. c. in presentia. de ꝓba. ⁊ in. c. cū olim. de priuile. per Bar. in. l. si ꝯmunis seruus. ff. de stip. ser. ¶ Et in his duabꝰ vltimis allegationibꝰ voluit ⁊ bene Inn. ⁊ bar. 1 † ꝙ iura loquentia de seruis respectu acquisitiōis habent locū in monachis. Ad p̄dicta bene facit. l. placet. ff. de acquirē. here. vbi dicitur qꝺ quoties hereditas vel quid aliud acquiritur ei qui in potestate est cōfestim acquiritur ei in cuius potestate est. ita vt neq3 momento aliquo cōsistere pōt in personaz eiꝰ per quē acquirit̃. ¶ Ad idē. l. si adoptauero. ff. de ꝓcur. ⁊. l. arrogato. ff. de adop. Certūq3 est monachuz esse sub potestate superioris. xviij. q. ij. abbates. ⁊. d. c. nolo. ⁊. c. nō dicatis. 2 † ⁊ pōt abbas vēdicare monachū suū. vt notat̃ in. l. j. ff. de rei vēdi. Si ergo obligatio nō ꝯsistat in ꝑsona monachi: ergo nec agere pōt. vt iuribus preallegatis. ¶ Tertio ꝓbat̃ ex defectu capacitatis. 3 † nō enim pōt monachꝰ propriū possidere. Nā ꝓprietatis abdicatio est vnū de tribus substātialibus monachatus. vt in. c. cū ad monasterium. ⁊ in. c. ij. de statu regu. Et dicitur ꝓpriū eo ꝙ vult aliqd possidere inuito vel clā superiore suo. in. d. c. cum ad monasteriū. ⁊ ibi per Jo. an. ergo petitio dicti dñi Joā. notorie vr̃ inepta. ⁊ per consequēs dētibus lacerāda. vt no. Inn. in. c. j. de offi. vica. ⁊ ꝓbatur in. c. sacerdotibus. xi. q. j. quinimo nō potest monachus etiā an̄ monachatum cōuenire vt liceat sibi habere vsumfructū rerum quōdam suaruz: ita vt in futuris posset tenere inuito abbate: q2 hoc ip̄m detinere ex pacto esset ꝓprietas: ⁊ denotaret eū habere velle ⁊ nolle. vt no. ꝑ legistas 4 in auf. ingressi. ⁊ in auf. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. ¶ † Itē nec licet monachis habere portiones priuilegiatas seu distictas: vt no. Inno. in. c. dilectus. el. ij. de prebē. nec cellas priuatas nisi vitā solitariam ducant. xx. q. iiij. monachū. ¶ Quarto ostendit̃ alia via. 5 † q2 nō licet monachis ꝓficisci ad queuis studia literarum nisi prius sit eis a suo prelato cū consilio capituli vel maioris partis licētia eūdi cōcessa vt probatur in. c. ij. ne cle. vel mona. li. vj. Sed dictus dñs Joānes minime licentiā habuit ab ep̄o qui in dicta ecclesia cathaniensi est loco abbatis quo ad ipsos monachos iuxta ea que legunt̃ ⁊ notant̃ in. c. causam qne diuidi. Nec fuit capituli cōsiliū requisitū. ergo talis accessus illicitus. ⁊ per cōsequens nō remunerandus sed puniēdus extitit. Nec cum licētia vicarij potest. quia vicarij potestas ad talia minime se extēdit: vt satis colligitur ex. c. licet. de offi. vica. li. vj. Facit optime quod legitur ⁊ no. in. c. fraternitatē. lxxj. dist. ¶ Quinto facit qꝺ nō studuit in thelogica facultate rōne cuius priuilegiati possint percipere fructus beneficiorū in absentia. vt in. c. j. de magist. ⁊ qꝺ ibi no. Host. ⁊ per eūꝫ summa eodē. §. fi. vbi dicit ꝙ studētes in alijs facultatibus non gaudent eodem priuilegio. Si ergo clerici seculares in proprijs beneficijs in quibꝰ post collationē eis factā acquirūt ius ⁊ pñt dicere illa beneficia esse sua. vt in. c. si tibi absenti. de p̄bē. lib. vj. ⁊. c. pe. eo. ti. ⁊. c. fi. de cōces. prebē. eo. lib. tali priuilegio in alijs sciētijs studentes nō gaudēt. Ergo fortiꝰ nec monachi in bonis monasterij in qbꝰ nō habet tm̄ ius. imo possident̃ a monasterio ⁊ dicunt̃ filij monasterij. vt i. c. sicut. de simonia. ¶ Sexto facit quia p̄supposito ꝙ in alijs scientijs studētes illo priuilegio gaudere debeant: tñ nō debent gaudere ampliori priuilegio ꝑ argu. a minori. ⁊ satis ꝓbatur argu. c. sup specula. de priuile. sed illud capi. prestat solum facultatē percipiendi fructus per quinquēniū. per qꝺ tēpus dictus dñs Joānes dicit̃ ꝑcepisse. ergo vltra illud nullū ius sibi competat. maxime cū nunc sit doctor ⁊ cessat causa studij. vnde etiā si habuisset licentiā ad maius tēpus ex quo cessat indulgētie causa: debet cessare tēporis dilatio. ad hoc bonꝰ tex. in simili in. l. a filia. §. j. ff. ad trebel. ⁊ in. c. cū cessante. de appel. ⁊. l. generaliter. C. de episco. ⁊ cleri. canonizata. xvj. q. j. generaliter. optime faciunt notata in. c. cū ex eo. de elec. li. vj. ⁊ per Bar. in. l. lucius. ff. de leg. ij. ¶ Sed his nō obstātibus que vt infra dicēdis clare liquebat minime de iure in casu nostro militans: cōtrariā sniam arbitror veriorē. Et primo facio mihi fundamentum quod monachus a sanctis patribus ⁊ a iure ꝑmittit̃ studio literaꝝ vacare. Hieronymꝰ vir christianissimꝰ ac deuotissimꝰ ex quatuor ecclesie doctoribꝰ vnus inuitat monachos ad studium scribens ad rusticū monachū dicens inter cetera. lōgo tēpore disce que postmodū doceas. xvj. q. j. sic viue. Et alibi ad eundē. Si clericatꝰ titillat desideriū, discas qꝺ possis docere. rationabilē hostiā offeras: deone sis miles anteq̄ tyro: ne prius magister q̄ discipulus. Et post pauca mihi placet vt sanctorū cōtubernium: nec ipse te doceas: absq3 doctore ingrediaris viā quā nūq̄ ingressus es. eadem causa ⁊ questiōe. c. si clericatus. Contemptor sciētie potiꝰ est diaboli q̄ Christi membrū: vt in. c. si. xxxviij. dist. 6 ¶ † Et quod studiū religioni conueniat: probat ⁊ prosequitur Joā. an. plene. in. c. sane. de regu. hinc iura canonica disponunt vt in monasterio habeat̃ vnꝰ magister qui in primitiuis scientijs instruat monachos. vt eis nō desit opportunitas in sciētijs ꝓficiendi. Et sic expensis monasterij debent monachi instrui nedum in primitiuis vt grāmaticalibus: sed etiā in alijs scientijs principalibꝰ. hoc ꝓbatur in clemen. ne in agro. in fi. de statu regu. ⁊ prelatus ad hoc negligens debet ꝑ infe-

riorem cōpelli vt ibi notatur. ¶ Ad idē dicto.c.ij.ne cleri.vel mo.lib.
vj.vbi ꝓbatur ꝙ ex hoc cū licentia prelati possunt exire monasteria ꝛ
ꝓficisci ad generalia studia: ꝛ cōcordat.c.nō magno.eo.ti.in antiqs.
vbi ꝓhibeᷓ monachis ire ad studia vt discāt leges mūdanas vł phy
sicas.ergo vt intendat theologie vel decretis: hoc eis licet maxime vbi
habēt populum vel sunt in ecclesia cathedrali vt in casu nr̄o ꝛ notaᷓ
in.d.c.nō magno.ꝛ.c.super specula.eo.ti.ꝛ per Jo.an.in.c.ij.ne cleri.
vel mona.lib.vj. Quinimo dubitaᷓ an inuito abbate possit ep̄s dare
licentiā monacho eūdi ad studiū expensis monasterij. Et fuerūt opi-
niones varie inter se scribētes vt no.in.d.c.ij.per Jo.an.ꝛ Archi. Est
etiam cōis doctorū cōclusio ꝙ monachus existens in studio de licen
tia superioris nisi aliud in datione licētie actū fuerit, poterit monaste
riū pro necessitatibꝰ studij obligare: qꝛ data licētia monacho studē-
di, omnia videnᷓ cōcessa sine quibus in studio ꝯmode esse nō pōt: vt
no.in.c.ex parte.de accu.ꝛ per Archi.in.d.c.ij. ne cleri. vł mo.lib.vj.
ꝛ in.d.c.pastoralis. ¶ Ex quo qdē fundamento apparet prima frō-
te intentionē dicti dn̄i Joānis fundatā cū sit monachus ecclie ꝛ ha
buerit legitime licentiā vt infra patebit: nec fuit actū vt alias faceret
sibi expēsas: sꝫ viueret ex dicta ꝓuisione annua: vt patet ex tenore lr̄a
rū cōfectaꝝ mādato vicarij suꝑ solutione sibi fienda. Restat ergo rn̄
dere solū ad ꝯria supra formata: ex qua rn̄sione dilucidabitur inten-
tio dicti dn̄i Joānis ꝛ hec regula affirmatiua. Nec obstat primū con
trarium: licet eīm seruus regulariter nō agat contra dominū: tamen
monachus agere potest saltem implorando officium superiorū: vt a
monasterio recipiat sibi necessaria ad que monasteriū sui superioris
nomine ecclesie obligaᷓ.vt in.c.olim.ꝛ in.c.ex pte.ꝛ qđ in eis notaᷓ.de
accu.ꝛ in.c.cum ad monasteriū.de statu regu.ꝛ.c.fi.de regu. Facit qđ
no.Jo.an.in c.cum singula.de pr.bē.lib.vj. Sicut ꝛ filius agit ꝯtra
patrem ad alimenta.vt in.l.si quis a liberis.ff.de libe.agnoscē.ꝛ seruꝰ
contra dominum: vt in.l.j.§.quod autē.ff.de offi.p̄fe.vrbis.ꝛ instit.de
his qui sunt sui vel alie.iur.§.sed hoc tēpore.ꝛ necare videtur qui ali-
menta denegat.l.necare.ff.de lib.agno. Nec obstat si dicatur hoc ꝓce
dere ratione alimentorū futurorū: secus in preteritis in quibus cessat
ratio necessitatis. Similiter qđ habetur in.l.de alimentis.C.de trās-
act.ꝛ quod notatur in.l.cum hi.ff.eo.admittitur transactio sine supe
riorū autoritate in alimentis preteritis ꝛ nō futuris. qꝛ dico hoc pro-
cedere in monacho qui ꝑciperet omnia necessaria a monasterio. Sꝫ
cū in casu nostro ep̄s non subueniat monachis nisi ex dicta annua
pensione ex longissima consuetudine vt predixi. hec prouisio annua
succedit loco necessariorū: vnde ex ea prouisione siue sit de preterito
vel de futuro debet sibi emere libros, vestimenta ꝛ alia necessaria. Si
enim habuisset aliā prouisionē tēpore debito prouidisset sibi de neces
sarijs ꝛ que nūc ex prouisione futura prouidere nō pōt: maxime hoc
admittendū est in personā dicti domini Joānis: qui casu inopinato
libros ꝛ cetera vtēsilia sua incēdio perdidit ¶ Preterea hoc medio
tempore quo prouisionē suā annuam non habuit: multa debita me
teste contraxit ad que satisfacienda in dubio petere potest ꝓuisionē
illam ab episcopo qui habet implorare superioris officiū: potuit eīm
causa studij obligare monasteriū vsqꝫ ad summā sibi causa studij cō
cessam: vt no.Archi.in.c.cū pastoralis.ij.q.ij.ꝛ Spec.in tit.de soluti.
§.fi.versi.monachum. Et per hec infertur ad solutionem secūdi con-
trarij: facere enim potest ꝙ formalis actio non cōpetat monacho ꝯ
prelatū suū. Sed potest ob prouisionē annuā sibi denegatā que suc-
cedit loco necessariorū vt p̄dixi recurrere ad superiorē episcopi offi-
cium suū implorādo sicut facit seruus cōtra seuitiam dn̄i in denegā-
do impie sibi necessaria: vt in iuribꝰ preallegatis. Optime ad p̄dicta
facit qđ ponit Jo.and.in regula nō est obligatoriū.de reg.iur.lib.vj.
in mercu.vbi cōcludit valere statutū abbatis ꝛ cōuentus cā vitande
murmurationis ꝛ scandali factū.vt pro indumētis ꝛ alijs necessarijs
liceat cuilibet monachorū habere propriū cū illa decem succedunt lo
co necessarioꝝ: et sic eodem iure cum illis cēsetur.arg.c.ecclesia.vt lite
pendente.ꝛ in.l.si rem ꝛ pretium.ff.de peti.hered. ꝛ tunc solū dicitur
monachus habere ꝓprietatē cū aliquid detinet clam superiore dispo
nente de illo ad libitū suum.vt not.Jo.and.in.c.cū ad monasteriuꝫ
preallég. Secus autem si detineat ob iustā causam sciēter ꝛ patienter
ꝛ maxime expresse disponente superiore: vt ibi per eū. Et ꝓbatur opti
me in.c.insinuante.qui cleri.vel mona.vbi tex.notabilis.vbi hoc idē
aperte senserunt.glo.Inno.ꝛ cōmuniter doctores ibi. nam ꝛ seruus
dicitur habere si dominus patitur: nec per hoc dicitur habere ꝓpriū
sed peculij administrationē.vt in.l.quā tuberonis.ff.đ pecu.facit.c.ij.
de sta.reg.ꝛ qđ ibi notaᷓ.vn̄ dum ep̄s patitur illā antique ecclesie or
dinationē: vt cuilibet ꝓ necessarijs dentur quinquaginta recte ꝛ sine
peccato: quilibet bene administrando illā prouisionē capit ꝛ eā pete-
re potest: ex quo ep̄s nō sustinet monachorū necessaria vt de iure de-
bet: cū sit abbatis loco vt predixi. ¶ Et per hoc remanet solutū ter-
tium contrarium supra formatū ¶ Venio ad quartum contrarium
ad quod soluendum dico ꝙ de plano fatendū est vicariū ex generali
officij cōmissione nō habere potestatem dandi hanc licentiā mona-
cho ad studia proficiscēdo per iura in cōtrariū inducta. ¶ Sꝫ in ca-
su nostro ex triplici capite pōt dn̄s Joānes se tueri. Primo propter
absentiā in remotis ipsius domini episcopi: quo casu latior ptꝫ tunc
ipsius vicarij potestas. Ad hoc tex.notabilis.in.c.cū nullus.de tēpo.
ord.li.vj.vbi habeᷓ qđ episcopo in remotis agente possunt ipsius vi-
carij dare licentiā clerico assumēdi ordines quē in episcopi presentia
indulgere nō poterāt: vt ibi. vnde ne impediatur vtilitas ꝛ necessitas
ecclie iura in absentia ep̄i dilatant vicarij potestatem. Ita in ꝓposi-
to cū in casu nostro ageref de p̄iudicio ecclesie vel ep̄i: ꝛ potius de ho
nore ꝛ re cōcupiscibili ad quē episcopus debet iugiter intēdere vt ha
beret penes se viros doctos maxime qꝛ cū capituli cōsilio debet cun
cta ecclesie sue peragere.vt in.c.nouit.ꝛ.c.quāto.de his que fiūt a p̄la.
ꝛ.xij.q.vij.c.episcopus nullus. satis pōt admitti vicarij licentiā suffe-
cisse nec agitur hic de donatiōe vel alienatione fiēdis. imo de re ꝛ ho
nore ecclesie agendo: nā in studio obtinet soluꝫ prouisionē quā habe
bat in ecclesia. Nec obstat si dicat ꝙ interim subtrahiᷓ ecclesie vel mi
nuitur cultus diuinus: quia vacās studio dicitur promouere vtili-
tatem ecclesie: nedū particularem: sed vniuersalē. Indiget eīm ecclesia
ad sui regimē viris literatis: vt in.c.cū ex eo.de elec.lib.vj. Ob quam
causam datur facultas episcopo dispensandi cū ꝓmotis ad ecclesia
rū parochialiū regimina: vt minime intra septēniū promoueri ad sa-
cerdotiū teneātur.vt in.d.c.cum ex eo. Si ergo causa studij subtraha
tur suffragiū principalis rectoris in ecclesia curata: fortiꝰ hoc admit
tendū est in casu nostro vbi remanserūt alij monachi. ¶ Ad idē tex.
notabilis in.c.super specula.de magistris.vbi expresse respectu docē
tiū ꝛ addiscentiū minuiᷓ in ecclesia suffragiū. Scđo pōt se tueri ex la-
tiori potestate ꝙ̄ cōiectura dictū vicariū habuisse cū dominus episco
pus in curia existens ipsum miserit ad capiēdam possessionē ep̄atus
vnde verosimile est ꝙ dederit sibi latissimā potestatē: hoc tamen ex
inspectione mandati cōprehendi poterit. Si enim dedit sibi potesta
tem faciendi quicquid ipse ep̄s in propria persona facere posset sicut
cōiter solet in mādatis apponi: satis habuit vicarius potestatē dā-
di illā licentiā: qꝛ per illa verba datur libera potestas: vnde potest vi
carius omnia facere ꝛ etiā alienare dūmodo nō ꝯtineat merā dona
tionē. hoc legitur ꝛ notatur maxime per Bar.in.l.ꝓcurator cui libe-
ra.ff.de procur.ꝛ in.l.creditor.§.lucius.ff.māda. ¶ Itē fm Bart.in
d.l.ꝓcurator.si episcopus promisit se ratum habiturū quicquid ipse
vicarius faceret. Idē dicendū si in mādato fuerint expressi aliqui ca
sus exposcētes speciale mandatū subiecta clausula gn̄ali: vt in.c.qui
ad agendū.de procu.lib.vj.facit qđ legitur ꝛ notatur per glo.ꝛ Bar.
in.l.sed ꝛ si.§.quesitū.ff.si quis cau. ¶ Tertio potest se fundare dn̄s
Joānes inexpugnabiliter: qꝛ dominus episcopus veniens ad eccle-
siam cōsensit vt prouisio annua daretur dicto domino Joāni tunc
absenti: vnde presupposito ꝙ dictus vicarius nō habuisset potestatē:
ex quo tamen illā dedit tanꝙ̄ vicarius episcopi: ꝛ sic nomine episcopi
et episcopus postea certificatus nō solum tacuit: sed voluit vt sibi fie
ret solutio annua: satis dicitur approbasse factuꝫ vicarij. hoc aperte
intelligitur ex theorica Bar.in.l.quo enim.ff.rem ra.hab.vbi late tra
ctat an si me absente geratur actus ad me spectās videar postmodū
sciendo ꝛ tacendo approbare vel improbare. Et distinguitur ꝙ aut
casus ille cōcernit cōmodū ꝛ fauorē meū ꝛ tunc eo ipso qđ scio ꝛ non
improbo videar approbare.vt in.l.si absentes.C.si certū petatur. fa-
cit qđ legitur ꝛ notatur in regula qui tacet.de regu.iur.lib.vj. aut cō
cernit meum preiudicium ꝛ tunc si superuenit scientia nō videor ap-
probare.l.procurator.ff.rem ra.hab. Si autem interuenit scientia cū
aliquo casu positiuo: vt quia recepi literas seu instrumentum super
illo actu ꝛ nō contradixi: tunc videor approbare eum: ad hoc tex.no-
tabilis in clemen.j.de procu.ꝛ.l.si filius.C.ad mace. Et idē in hoc vlti
mo not.idem Bar.in.l.cū tabernā.§.idem quesiit.ff.de pig. ꝛ in.l.ti-
tius seio.ff.de cōsti.pecu.facit optime.c.ex ore.cū ibi not.de his q̄ fiūt
a maio.parte capi. ¶ Ad propositū ergo cum in casu nostro ageref
de re cōcupiscibili ꝛ honorabili vt ecclia haberet valētes monachos
sola scientia ipsius domini ep̄i habetur ꝓ ratihabitione. ¶ Itē pre-
supposito ꝛ nō cōcesso qđ actus iste redūdasset in preiudiciū ipsius
dn̄i ep̄i: tamen cū vltra simplicē scientiā interuenit actus positiuus.
scꝫ exhibitio illius ꝓuisiōis nullo modo inficiari pōt: quin talis actꝰ
debeat haberi ꝓ ratihabitione: maxime cū alias vocaretur ipse dn̄s
ep̄s negligens ꝛ piger: qꝛ ꝑmisisset monachū vagari sine licentia. Sꝫ
in dubio debemꝰ presumere vt excludaᷓ peccatū.vt in.c.estote.de re.
iur. Nō enim recte potuisset sibi soluere nisi approbasset cām studij: ꝛ
sic cessant no.per Bar.in.l.paulus rn̄det.ff.rem ra.hab. Nec obstat
qđ dixi in cōtrario ꝙ capituli cōsiliū nō fuit habitū nisi presupponā-
tur viua voce ꝙ capitulū consensit sed nō fuerit inde scriptura ꝯscri
pta. ¶ Itē capitulū cōcessit sibi in absentia partē mortuariorū: ꝛ sic
nedū consensit: sed fecit sibi gratiā. Ex hoc etiā satis arguiᷓ ꝯsensus:
ad hoc qđ no.Jo.an.in regula q tacet.in mercu.li.vj.ꝛ ꝑ Bar.in l.cū
pater.§.libertus.ff.de leg.ij.ꝛ Bald.in.l.filius.C.de peti.here. Et in
istis sufficit tacitꝰ ꝯsensus.vt in.c.ij ꝛ.iij.de his que fiunt a prela.ꝛ
no.in.c.j.de reb.eccle.nō alie.lib.vj ¶ Nō ob.quintū ꝯtrarium multi
plici rōne. ¶ Primo quia licet fm vnā opi.ius solū ipso iure priuile-
giat studentes in theologia.vt in.d.c.fi.de magi.nō tn̄ tollitur quin
ex speciali licentia ep̄i possit quis studendo in alijs scientijs ꝑcipere
reditus

reditus in absentia:vt probatꝰ aperte in.c.cũ ex eo.de elec.lib.vj.ꝛ no. Host.in sũma de magist.§.si in medio.Sꝫ dñs Joãnes habuit specialem licentiã vt pdixi.¶Scdo facit cõsuetudo ecclesie.nam cõiter monachi illius ecclesie solent studere in iure canonico ꝛ pcipere illam annuã pensionem quo casu deberẽtur reditus.vt no. idem Hosti. in loco pallegato.Et quanq̄ in datione licentie nõ fuerit specificatũ in qua scientia studere deberet tñ ꝑpter ecclesie cõsuetudinẽ satis videtꝰ indultũ vt possit in iure canonico studere.ar.optimũ in.l.ꝙ si nolit.§. quia assidua.ff.de edil.edic.ꝛ in.l.fi.C.de fideius.ꝛ qð no.Bar.i.l.nemo est qui nesciat.ff.de du.reis.facit.c.ex lr̃is.de cõsti.ꝛ.c.causam.de rescrip.¶Tertio qꝛ etiã his cessantibus.satis puto ꝙ etiam de iure cõi studẽtes in alijs sciẽtijs dũmodo nõ prohibitis possint percipere fructus beneficioꝝ in absentia qꝛ promouent studẽdo vtilitatẽ ecclesiarũ.ꝛ ideo debẽt haberi pro pñtibus.vt in.d.c.cũ ex eo. Nã si existẽtes in seruitio epi percipiunt fructus in absentia qui non debent dici absentes.vt in.c.ad audientiã.de cleri.nõ resi.fortius idẽ dicendũ est in studẽtibus.¶Itẽ põderanda est ratio.c.cũ dilectus.e.ti.vbi dicitur ꝙ familiares pape gaudent fructibꝰ in absentia:qꝛ ibi reddũt se obsequiales vniuersis ꝛ ꝑmouent nõnũq̄ negotia ecclesie.Idẽ ergo dicendũ est in studentibus.arg.illius.c.cũ ex eo.Et hanc opinionem tenuit Archi.in.c.ij.de priuile.lib.vj.ꝛ in.c.de quibusdã.xxxvij.dist.ꝛ ad.c.fi.de magist.supplet maxime ꝛ idẽ fauore studioꝝ tenuerũt nõnulli moderni in.c.tua.de cleri.nõ residen.Ego vero sequens illã opinionẽ rñdeo aliter ad illud.c.fi.scilicet quod respectu studentium in theologia voluit tollere cõsuetudines ꝛ statuta ecclesie ꝯria: vt patꝫ ibi in fine.ꝛ sic voluit illos dũtaxat priuilegiare in pceptione fructuũ qꝛ ex tacita mente iuris omnes priuilegiati sunt.vnde si põderetur.c. cũ ex eo.qð loquitꝰ generaliter in omni scientia dispensatio solũ fit vt assumpti ad ecclesias parochiales nõ teneãtur promoueri ad sacerdotiũ quasi respectu perceptionis fructuũ nulla requirebatꝰ indulgẽtia q̄q̄ sani iuris subtilitate satis ex predictis põt dictus dominus Joãnes se defendere.¶Uenio ad sextum ꝛ vltimũ cõtrariũ in quo dico ꝙ licentia simpliciter data vt fuit in casu nostro intelligitur durare ꝫm qualitatem sciẽtie: i qua licentiatus debet insistere:sed tñ in studio iuris canonici requiritur septẽnium.vt est tex. iuncta gl. in.d. c.cum ex eo.ergo ad tempus tñ videtur licentia data.ꝛ q̄q̄ nõ fuerit in datiõe licentie expressum ius canonicũ:tamen,vt predixi,ꝑpter ecclesie cõsuetudinẽ intelligitꝰ.lꝫ em̃ ex acumine ingenij istud tẽpus possit preueniri:qꝛ ingeniũ supplet tp̃s ꝛ bene ꝛ fortiter studentibus. vt no.glo.in.c.cum ex literis.de in integ.resti.tñ cõiter istud non cõtingit:maxime propter multitudinẽ lecturarũ hodie:ꝛ vtinã in septẽnio essent bene periti.Hoc enim satis ꝓbat experientia que,est efficax magistra rerũ.de electio.c.quã sit.lib.vj.¶Quinimo plus puto ꝙ si ꝓpter defectũ pecunie contingentẽ: quia ep̃s debito tempore sibi non prouidit nõ valuit dñs Joãnes finito septẽnio remeare ad patriaꝫ ꝛ sic oportuit eum cõtrahere multa debita sicut in veritate sibi accidit me teste quod poterit petere prouisionẽ vltra septẽnium : saltẽ vt suis creditoribus satisfaciat:dꝫ em̃ monachus viuere ex bonis monasterij:nec est sibi imputandũ cur non redijt:ex quo cõmode sine culpa sua redire nõ valuit.Et per hãc rationem tollitur obiectio que fit de doctoratu superueniente ꝛ debita contrahere potuit vsqꝫ ad summam sibi pro suis necessarijs deputatam:vt not. per Archid.in.d.c. pastoralis.Et hec sufficiãt. Nico.Abb.

¶Consilium.lxxxix.

1. ☞Libellus debet attendi circa vim cõclusionis ꝛ nõ narrationis.
2. Probationes si admittuntur de facto contra sententiã per quas ꝓbationes apparet illa sententia minus legitima debet iudex magis inherere ꝓbationibus q̄ sententie prius late.
3. Probatio in cõtrarium per confessionem illius in cuius fauorem ius presumit, admittitur cõtra psumtionem iuris ꝛ de iure.
4. Notorium surgens ex sententia est notoriũ presumptionis.
5. Prescriptio maioris virtutis.
6. Defensio principalis magis pertinet domino q̄ subiectis.Et cũ de subiectione agitur ambobus.
7. Episcopus si agit contra aliquod monasterium petẽdo ibi episcopalia.ꝛ ille qui primo ibi exercebat episcopalia nõ defendit monasteriũ preiudicat sibi quo ad possessionem.

ecclesiā ⁊ de ea obtinuerat sibi prouideri: petijt ⁊ requisiuit dictū sub-
executorē vt eū in realem ⁊ actualē possessionē induceret noīe procu-
ratorio ac acceptationē ⁊ ꝓuisionē de ipa ecclesia factas publicaret.
⁊ demū subdit̄ in dicto instrumento ꝙ dictus subexecutor ad postu-
lationē dicti ꝓcuratoris accessit ad dictā ecclesiā tempore quo misse
ibidem cantabant̄. ⁊ eam reperiēs per parochianos clausam circulū
ianue recipiēs fortiter antedictā ecclesiā pulsauit ⁊ eam aperiri petijt
⁊ illis parochianis ibidē inclusis aperire nolētibꝰ fuit publice prote-
status ⁊ dictum circulum ad manꝰ dicti procuratoris tradidit ꝑ hoc
vt asseruit eum in possessionē eiusdē ecclesie inquantum potuit indu-
cēdo dictasqꝫ acceptationē ⁊ prouisionē publicatas dixit ⁊c. Deinde
modicū post ad dotem dicte ecclesie trāseūtes ⁊ in ea ꝯstitutos ꝑ in-
troitū tñ dotis ⁊ sedis ⁊ libri assignationē etiā in possessionē dicte ec
clesie induxi. ¶ Que oīa si bene cōpensent̄ ⁊ ꝯsideretur sunt vere im-
possibilia seu non verosimilia. aut em̄ notarius cōfecit f̄m instrumen-
tum supplendo multa que nō in primo: vt de publicatione: ⁊ de ecclie
clausura ⁊ similibꝰ. Et hoc facere nō potuit: tum quia hec nouiter ad
4 dita sunt cōfecta sub imagine noui instrumenti. ¶ † Item quia nō lꝫ
notario sine iudicis autoritate aliquid addere postq̄ instrumentū est
parti traditum: ⁊ maxime in iudicio exhibitū: vt in casu nostro plene
per Io. an. post Spec. super data sexti libri ⁊ per Bar. in. l. si librariꝰ.
ff. de reg. iur. aut enim confecit duo instrumenta tanq̄ super actibus
geminatis. ⁊ hoc esse nō potest propter ꝯrietatem que ex illorū tenore
resultat sed non verosimilitudinē. Nā cū fuisset inductus in possessio-
nem vigore primi instrumenti frustra petebat iterum induci prout di
citur in secundo. ¶ Item quia in vtroqꝫ instrumento dicitur ꝙ fuit
inductus eadē hora in domo dotis ecclesie. ⁊ sic nō est ꝟosimile ꝙ eo
dem tempore actus fuisset geminatꝰ. ¶ Preterea in primo instrumē
to dicit̄ ꝙ introductus in possessionē domus ecclesie ibidem stetit: mā
sit: ⁊ dormiuit aliquo tēpore. in alio instrumēto eadē hora ꝯfecto di-
citur ꝙ post acceptationē ⁊ prouisionē ꝓcurator requisiuit subexecu
torem ipsius vt ipsum induceret in possessionē ⁊ acceptationē ⁊ proui
sionem publicaret: ita qd̄ multe insurgūt ꝯrietates ⁊ nō verosimilitu-
dines ex tenore vtriusqꝫ instrumēti: vt patere poterit intuenti. ¶ Se-
cundo ergo instrumēto non est danda fides propter ꝯrietatem ⁊ nō
verosimilitudinē. vt in. c. imputari. de fide instru. ⁊ in. l. scripture. ff. eo.
tit. ⁊ in. c. quia verosimile. de p̄sump. ⁊ per Inno. in. c. fraternitatis. de
5 hereti. vbi inter cetera dicit † ꝙ si instrumētum in aliquo reperiat̄ fal-
sum totum quod in illo instrumēto continet̄ caret roboris firmitate:
⁊ propter falsitatē huiꝰ instrumēti minor fides est adhibēda p̄mo. vt
in simi. no. Inno. in. c. preterea. de testi. cog. ⁊ per hoc patet respōsum
ad ea que continent̄ in primo ⁊ secūdo instrumētis respectu vere rela
tionis facte per dn̄m nostrū papā: potest dici ꝙ illa non teneāt tanq̄
per surreptionē obtēta: cum suggestū fuerit dn̄o pape omnia fore ve
ra q̄ ī dictis instrumentis ꝯtinent̄: nec de illis potest fieri plena fides:
vt patet per p̄dicta: ad hoc. c. sup literis. ⁊ c. postulasti. de rescri. quin-
imo dn̄s papa exp̄sse releuationē fecit cū ꝯditione si ꝯstiterit de p̄mis
sis ⁊c. que quidem clausula subintelligit̄ etiā si nō fuisset exp̄ssa vt ī. c.
ij. ⁊ quod ibi not. de censi. ¶ Concludo ergo ex oībus predictis dicte
regule domini nostri pape Eugenij non esse per contenta in dictis in
strumentis ⁊ releuatione prefata satisfactū. ¶ Et ita vt. s. per me ꝯ
clusum est arbitror esse iuris ego Nicolaꝰ de Tudeschis abbas Mo
naceñ. dn̄i nr̄i pape referēdarius ⁊ eius camere generalis auditor et
ī testimoniū me ꝓpria mea manu suscripsi ⁊ sigillū meū solitū īprimi
feci meliori iudicio semper saluo. Laus deo. Nicolaus Abbas.

¶ Consilium. c.

1 ☞ Possessio transit etiam ex inutili contractu.
2 Succedens in locū alterius debet vti eo iure quo ille in cuiꝰ locū suc
cedit.
3 Conseruator non pōt procedere nisi super notorio.
4 Appellari bene potest a sententia iudicis declarantis quem incidis-
se in penam legis.
5 Spoliatus lꝫ iudicio consecutus sit possessionem: pōt tñ per se age-
re ad penam. l. si quis in tantum.

SAluatoris nostri Iesu Chri
sti ex code inuocato presidio. Ad clarā ⁊ luculētā prescri-
ptionē thematis decisionē plura dubia eliciēda sunt: ⁊ cō
pendiose illa examinabo. ¶ Primum nunqd possessio naturalis ⁊ ci
uilis fuit dicto episcopo commissa per illā māsionē castri ⁊ officialiū
expulsionē acquisita. Ex quo inferā ad secundū dubiū: nunquid dic
to episcopo fuerit per donationem cōmunitatis acquisita cōsimilis
illiꝰ castri possessio: scilꝫ tam naturalis q̄ ciuilis. ¶ Tertiū an licuit p̄
fato militi propria autoritate presertim post lapsum sex mensiū in-
uadere illud castrum nō per suum expulsorem: sed ꝑ ep̄m donatariū
possessum. ¶ Quartum vtrum dictus comes iuste fecerit occupādo
illud castrum ad requisitionē conseruatoris dicti episcopi post exce-
ptiones ⁊ appellationes per dictū militem interpositas. ¶ Quintū
⁊ vltimum: an contra dictū comitem iure potuerit dictus miles intē
tare cōditionē. l. si quis in tantā. C. vnde vi. petēdo scilꝫ eū priuari om
ni iure si quod ei competebat in castro predicto ⁊ illum adiudicari ei-
dē militi. Et si eidē comiti nullū ius cōpeteret ꝙ ꝯdemnaret̄ ad esti-
mationem castri p̄dicti soluēdā eidē militi. ¶ Circa primū breuissime
dico ꝙ dicto comiti per primā occupationē ab eo factā acq̄sita fuit
ciuilis ⁊ naturalis possessio ⁊ dictus miles fuit possessione etiā ciuili
spoliatus: quia cum miles haberet in dicto castro officiales: ⁊ sic per
illos possidebat ꝑ electionem illorū perdit totaliter possessionē suā
vt est tex. in. l. fi. C. de acqui. possess. ⁊ ibi hoc cōmuniter firmant doc.
maxime Bar. ad idem bonus tex. in. c. ex pte. s. de rescrip. ⁊ per gl. ⁊
doc. ī. c. olim. el. j. de resti. spo. ⁊ ex hoc infert ad secundū dubiū nūqd
ꝑ donationē factam prefato ep̄o transit illa possessio: ⁊ profecto cū
intercesserit traditio possessionis: an in eum transiuit quod erat
apud dictum comitē ⁊ nō amplius. vt in. l. traditio. ff. de acquir. rer.
domi. ⁊ in. c. nuper. d̄ do. post diuor. resti. facit. l. j. §. si vero vxori. ff. de
1 acq. poss. vbi patet † ꝙ etiam ex inutili cōtractu transit possessio: trā-
siuit ergo in dn̄m episcopū donatariū possessio que erat apud comi-
tē: nō aūt dominū cū apud eū minime ꝯsisteret. ¶ Ad tertiū dubiū
vtrū scilꝫ licuerit prefato militi possessionē de facto ⁊ propria autori-
tate recuperare presertim post lapsum sex mēsiū eo attento ꝙ nō in-
uasor scilꝫ comes: sed ep̄s tūc possidēs q non spoliauerat: nec spoliari
mādauerat. nec spoliationē ratā habuerat cū nō fuerit spoliatio fa-
cta suo nomine: ⁊ per ꝯsequēs ratam habere non poterat: vt in. c. cū
quis. de sen. excō. lib. vj. ⁊ in reg. cū quis. de reg. iur. eo. lib. Et videt̄
primo ꝙ licuerit: quia cum contra ep̄m non cōpeteret interdictū vn-
de vi: cū nō spoliauerit nec spoliari madauerit nec spoliationē ratā
habuerit: vt probat̄ in. c. cum sedem. de resti spo. fortius non compe-
tit remedium facti vt propria autoritate possit illū deijcere: nam
si deficit iuris remediū: debet deficere remediū facti magis odiosum.
arg. in auț. multo magis. C. de epis. ⁊ in. c. cū in cūctis. in p̄n. de elect.
presertim cum iura facultatē tribuētia super possessione incōtinēti re
cuperāda loquātur ⁊ ꝓuideant cōtra inuasorē ⁊ fundant se sup. vio
lētia: videlꝫ ꝙ vim vi repellere licet. vt in. d. c. olim. el. j. de resti. spolia.
legi. ⁊ no. in. c. significasti. de homi. ⁊. l. iij. §. cū igitur. ff. de vi ⁊ vi ar-
mata. ⁊ quod ibi no. maxime ꝑ bar. p̄terea iure requirūt ꝙ possessio-
nis recuperatio autoritate propria debeat incontinenti fieri: vt ī iu-
ribꝰ superius alle. hinc dicit Bart. in. l. j. C. vnde vi. ꝙ debet fieri itra
triduū. Sed hic stetit iste miles per sex menses ergo potiꝰ fuit spolia
tio q̄ possessionis ficta continuatio seu violētie repulsio. Sꝫ his non
obstantibus ꝯrariam sn̄iā arbitror veriorem moueor primo per. c. se-
pe. de resti. spo. vbi patet ꝙ rapiens rē scienter adiectiōe eqparat̄ vio
lento vnde contra talem cōpetit remediū possessoriū sicut cōtra vio-
lētū: vt ibi: ⁊ no. in. c. cū ad sedem. eo. ti. ⁊ facit quod leg. ⁊ not. l. c. qa
ꝟo. de iudi. merito talis possessio vitiosa ⁊ q̄si violēta nō potuit nec
debuit impedire antiquā possessionem quominꝰ suā possessionē incō
tinenti recuperauit: cum talis recipiēs tm̄ adiectione dicatur succede
re in vitum. d. c. sepe. ⁊. c. quia vero. at dictus episcopus recipit castrū
a comite sciens illud inuasum ꝑ dictū comitē. cū illa inuasio esset no
toria in loco vnde non presumitur illā ignorasse. xli. di. quod dictis. ⁊
2 de p̄sump. c. quanto. † qui in locum alterius successit eo debet vt iure

quo ille in locū cuius succedit.vt in.c.ecclesia.vt lit.pendē.facit.c.reco
lentes.de sta.reg.Nec ob.qđ.s̄.dictū est ꝙ talis recuperatio debeat
fieri incōtinenti:quia dicendū est.ꝙ incōtinenti dicit aliquid fieri cū
cōmode fieri potest non diuertēdo ad extraneos actus.vt.l.ij.§.cōfe
stim.ff.ad tertul.vñ in casu nostro apertissime dixit Barto.i.d.l.iij.§.
cum igitur.ff.de vi ⁊ vi arma.ꝙ tales possent esse circūstantie ꝙ etiaȝ
post sex mēses a tempore deiectiōis diceret facere incōtinēti:⁊ ponit
quasi exemplū in terminis nostris.Et idem videt de mente gl.⁊ doc.
in.c.significasti.de homici.Erat enim iste miles absens ⁊ infirmꝰ ⁊ ha
bebat agere contra virū potentem:ita ꝙ his attētis satis potest dici
eum incōtinenti recuperasse.quibus concludit ꝙ licuit etiam contra
hūc epm̄ ⁊ in tēpore prefinito seu ꝓmisso possessionē dicti castri recu
perare propria autoritate vt fecit.etiā dici potest ꝙ vim vi repulerit.
vt in iuribus preal. ¶ Venio ad quartū:an dictus comes bñ fecerit
occupādo possessionē castri ad requisitionē illius ꝯseruatoris .Et cō
clusiue ꝓcedēdo credo firmiter ꝙ nō:ex multiplici capite. ¶ Et p̄mo
3 † q: cōseruator nō pōt ꝓcedere nisi super notorio:vt in.c.j.vt ibi not.đ
offi.dele.li.vj.Sed in casu nr̄o licet factū expulsionis fuisset notoriuȝ
maleficium nō erat notoriū:imo allegatū fuit pro parte militis quod
iuste ⁊ sine omni delicto potuit illa expulsio ⁊ possessiōis recuperatio
fieri.quod patet ex proxi.all.⁊ ita factum extitit ⁊ cōcesserunt delictū
⁊ notorietatem delicti:nō potuit conseruator vlterius ꝓcedere tanq̄
sup notorio:vt clare firmat gl.quasi in terminis nostris in.d.c.j.pri.
al.⁊ quāq; possit replicari ex aduerso qđ negato delicto ⁊ cōfesso fa
cto:vt puta quia dicat se fecisse ad suam defensionē vel animo recupe
rādi suam possessionē licuit ꝯseruatori ad suā istructionē ꝑ testes etiā
parte absente super notorietate maleficij.vt ibidē in.d.c.j.no.per Jo.
and.ꝙ videtur iste cōseruator effecisse.Ad hoc potest tamē respōderi
ꝙ delictū hic nō possit esse notoriū:cū nullū subesset delictū:vnde non
est qualitas sine subiecto.xxxij.q.ij.qđ vero nō formatū.⁊.c.ad dissol
uendum.de despō.impu.Et sic cū processerit ad vlteriora nō pronun
tiando factum ⁊ delictum esse notorium nō valuit sentētia nec proces
sus suus:ex quo in veritate non erat iudex cum deficiat qualitas sup
qua fundat iurisditio.vt plene no.ꝑ Inn.in.c.p̄terea.de dila.⁊ in c.
tua.de cohabi.cleri.facit.l.in delictis.§.si detracta.ff.de noxa.⁊ plene
no.per doc.in.c.si clericus laicū.⁊.c.cum sit generale.de fo.compē.et
si etiam ꝓnuntiasset factum esse notorium nihilominꝰ nō induceret
validitas ꝓcessus vigore appellatiōis subsequentis que habet extin
guere seu suspēdere iudicatum.l.j.ff.ad turpil.⁊.l.j.ff.de penis.⁊.c.ve
niētes.de iureiuran.⁊ quāq̄ in facto vero notorio nō possit appellari
vt in.c.cum sit romana.de appel.cū a sn̄ia iudicis declarātis factū es
se notorium debet posse appellari:cum posset iudex iniuste đclarasse:
sicut in simili dicit glo.no.in.c.cupientes .ff.quod si ꝑ viginti de elec.
4 lib.vj.quod lȝ a sn̄ia iuris non appellet:vt in.c.q: vero.đ appel.† ta
men a sn̄ia iudicis declarātis quem incidisse in penā legis bene potest
appellari:vnde cum in casu nostro fuerit appellatū ad ꝯseruatorē in
facto saltē ꝓ tali nō licuit comiti obtēperare iudici:cuius sn̄ia seu iu
risditio erat suspensa ꝓpter appellationis interpositionē cū executor
nō debeat parere mādato euidēter iniquo.vt no.in.c.pastoralis.§.q:
vero.de offic.deleg.debet enim iudex secularis impendere brachium
suum ad petitionez iudicis ecclesiastici quādo implorat fm̄ deū.nō
autē iniuste ⁊ in alterius iacturā:vt dicit tex.in.c.j.de offi.ordi.in fi.
ibi per doc.Et qđ iniuste episcopus ꝓcesserit patet vltra p̄dicta ex sen
tētijs in huiusmodi causa ꝓlatis:vt.s̄.dicitur in prescriptione thema
tis. ¶ Ad p̄dicta facit vnum notabile dictū Bar.in.l.iuste possidet.
ff.de acqui.pos.vbi dicit queȝ non excusari a delicto ex precepto iudi
cis seu decreto si iudex nō rite ꝓcessit.Non ergo excusat comes ex pre
cepto cōseruatoris p̄sertim cū vidisset ciuitatē voluisse virtutē appel
lationis impedire per brachium suū .Quinimo p̄sumitur ex p̄terito
euȝ fuisse munito animo.argu.in.c.scribam.Et qđ ibi not.de p̄sump.
Ex predictis infertur ad decisionē vlti.principalis dubij:an econtra
dictum comiten potuerit miles intētare cōditionem.l.si quis in tātā.
C.vnde vi.modo predicto.Et omissis argumētis puto dicēdū ꝙ sic:
ex duplici capite.Primo ob primam inuasionē violēter factam.Nā
licet qs putat rem esse suam ⁊ sibi licere rem ꝓpria autoritate capere
nihilominus incidit in penam illius legis.vt in.d.l.si quis i tātam et
insti.vi bono.rapto.§.j.Nec obst.si dicatur ꝙ cū dictus miles prima
autoritate dixisset sibi ius recipiēdo possessionē predictaȝ non debet
amplius habere facultatem intētandi cōditionem illius legis:cū vi
deatur violētie vitium purgatum.arg.in.l.ij.C.quod me.cau. ¶ Ad
hoc enim respōdetur ꝙ dispositio illius.l.si quis in tātā.prouidet cir
ca duo.Primo vt inuasor cōpellatur possessionem quā abstulit resti
tuere possessori,⁊ in hoc illa lex non est penalis.Secūdo vt dominiuȝ
illius rei amittat si erat dominus.si autem cōpellatur illarum reruȝ
estimationem reddere.⁊ i hoc illa lex est penalis.vnde lȝ sit mēti illiꝰ
legis satisfactū per recuperationē possessionis cum non possit nec de
beat ampliꝰ cōpelli ad possessionē restituendā ex quo recuperata exti
tit tamen remanet dispositio illius.l.quo ad secūdā partem penaleȝ
vt in penam violentie perdat dominium illius si erat dominus:alias
delictū violentie remaneret impunitū.Nō enim fuit comes in aliquo
punitus ex recuperatione possessionis per militem facta:cum solū mi
les rem suam recuperauit quam iure recuperare potuit:vt.s̄.probatū
est.⁊ pro hoc all.glo.mag.in.d.l.si quis in tātam.parum ante sui finē
in versi.quod si egi. que concludit ꝙ si spoliatus egit primo tm̄ ad rē:
nihilominus superest actio ad penam cum actione nō officio iudicis
5 debeatur pena illius.l.Et sic apertissime vult † ꝙ lȝ spoliatus sit etiaȝ
in iudicio possessionē cōsecutus:nihilominus potest postea per se age
re ad penam,l.si quis in tantā.fortius hoc dicēdum in casu nostro in
quo non egit primo pro possessione dūtaxat recuperāda in iudicio ex
tra iudicium vtens iuris permissione suam possessionē recuperauit.⁊
hoc puto sine aliquo scrupulo de iure ꝓcedere:non enim peccat qui le
gis autoritate agit:vt in.l.gracchꝰ.C.de adul.⁊.xxiij.q.iij qui peccat.
Et secundo capite potest agi contra dominū comitem ratione violen
tie secunda vice allegata:quia vt.s̄.dixi:conseruator non rite nec recte
processit inuocando auxiliū brachij secularis presertim post appella
tionez interpositā:vt.s̄.probatū est.⁊ patuit etiam ex sentētijs postea
latis.ergo comes incidit in penam illius.l.si quis in tantā etiā si facit
animo obediendi:quia tale preceptum nō excusat a delicto etiam si fe
cisset per imprudentiā.vt no.dixit Bar.in.d.l.iuste possidet.vt.s̄.teti
gi.⁊ facit.d.§.j.insti.vi bo.rap.Nam ⁊ ipse iudex procedendo non re
cte tunc dicit de violētia si eā intulit vel inferri mandauit.vt in.c.con
querēte.de resti.spo.⁊ in.c.cum causa.de offi.dele.⁊ facit contra dictū
comitem etiaȝ quod.s̄.tetigi .Et ita vt.s̄.per me cōclusuȝ est arbitror
iuris ego nicolaus de Tudeschis:abbas Monacēsis:camere aposto
lice auditore domini nostri pape referēdarius :meliori iudicio sempꝛ
saluo.Laus deo:amen. Nicolaus Abbas.

¶ Consilium.cj.

1 ☞ Papa per suū priuilegiū non intēdit preiudicare institutioni be neficij:nisi hoc aperte exprimat.
[illegible] Priuilegium nō preiudicat compositioni prius facte de illa speciali mentione non facta.
3 Princeps si nō concessit alicui priuilegiū cū aliquali reseruatione iuris alterius valet.
4 Priuilegia omnia preiudicialia sunt stricte interpretanda.
5 Prescriptio quadraginta annorum sufficit cōtra ecclesiam citra Romanam.⁊ nu.9.
6 Prescriptio contra filium in rebus aduentitijs non currit durāte paterna potestate.
7 Prescriptio est stricti iuris ⁊ tm̄ prescribitur q̄tum possidetur.Et nō prescribitur tempore guerre.⁊ nu.8.
10 Priuilegium imperatoris valet quo ad suos subditos.
11 Priuilegiū recipit largissimā interpretationē contra priuilegiantem.

IN questiōe que vertitur seu
verti speratur inter monasteriū sancte crucis mōtis Ana
lēsis Eugubinensis diocesis ex vna parte:⁊ fratres ordinis
Cisterciensis :ex alia super subiectione seu statu monasterij sancti bar
tholomei de Campo regio eiusdem diocesis:tria ad claritatē decisio
nis arbitror examināda ¶ Primo nūquid per priuilegia exemptio
nis ⁊ vnionis dicto monasterio sancti Bartholomei cōcessa sit preiu
dicatū iuri monasterij sancte Crucis. ¶ Secundo presupposito ꝙ p̄
uilegium nocumentū non attulerit quadraginta annorum:an prescri
ptio habeat excludere ius ⁊ actionē cōpetētem dicto monasterio san
cte crucis. ¶ Tertio si talis p̄scriptio preiudicet an dicitum monaste
rium sancte Crucis possit prescriptiōe cētenaria se tueri vigore priui
legij Cesarei qđ papa postmodū ratum manere sanxit.Primum ex or
dine aggrediēs.videt primo ꝙ per priuilegiū Alexandri :per grego
riū postmodū corroboratū sit iuri dicti monasterij sancte Crucis p̄iu
dicatum.sanxit enim dictus Alexāder ꝙ dictum monasterium sancti
Bartholomei:neq; episcopo:neq; abbati:neq; deniq; cuiq̄ clericorꝫ
seu secularium:sed sibi tantūmodo successoribusq; suis Romanis pō
tificibus de sua subiectione respōdeat et adiecit post pauca ꝙ si quis
piam vel ep̄s:vel abbas vel quelibet persona cōtra huiusmodi nostre
cōstitutionis edictum per aliquā machinationē subtilitatisq; astutiā
prefataȝ sibi arrogauerit vel subdiderit monasterio ⁊ is qui dederit ⁊
is qui male suscepit vsq; dū respiciat:⁊ quod male presumptū est red
dat per autoritatem dei omnipotentis et beati Petri apostolorum
principis perpetue dānationis vinculo ⁊ anathematis innodetur ⁊c.
¶ Cum ergo papa qui plenitudinē habet potestatis.vt in.c.cūcta ꝑ
modū.⁊.c.per principalē.ix.q.iij.exemerit dictum monasterium a sub
iectione episcopi ⁊ abbatis ⁊ cuiuscūq; alterius persone quod cū po
tuisset facere in dubiū minime reuocanduȝ est.vt in.c.si papa.de priui.
lib.vj.facit.c.dudum.⁊.c.quāuis.de preben.eo.lib.ergo nō potest mo
nasteriū sancte Crucis aliquā subiectionē i dicto monasterio pretēde
re.Si enim preiudicat episcopo cuiꝰ potestas est ordinaria supra mo
nasterium.xviij.q.ij.monasteria.⁊.c.abbates.⁊.c.si qs abbas.de relig.
domi.c.cum dilectꝰ.⁊.c.venerabilis.cum simili.Fortiꝰ debet p̄iudica
re abbati sancte Crucis p̄tēdēti aliqualē superioritatē ex institutione
dicti monasterij dūtaxat.dictus enim abbas solum pretendere pote
rat quatuor:scilȝ confirmatione abbatis.Item reuerentiā ⁊ obedien
tiā ⁊ certum

tiam ⁊ certum annuū censum. Hec enī quatuor duntaxat reseruauit patronus tempore fundationis abbati monasterij sancte Crucis. faciliꝰ ergo debent tolli ista: ⁊ de iure speciali ꝯtra ius cōmune ꝙ potestas episcopi que ordinaria est ⁊ fauorabilis ⁊ super plena subiectiōe fundata est. Sꝫ nulli dubiū ꝙ episcopo p̄iudicet̄.d.c.si papa.⁊.c.j.de p̄uile.li.vj.⁊.xvj.q.j.q2 frat. multomagis debet p̄iudicare abbati, argu.in.c.dilectus.de offi.leg. Nec potest allegari surreptio cum de abbate fuerit facta in priuilegio specialis mentio que nō poterat verificari nisi in iure speciali: cum de iure cōmuni vnum monasteriū nō fit sub alio.d.c.monasteria.⁊ no.i.c.in p̄sentia.de proba. ¶ Scdo adiuuat vnio nouiter facta per dn̄m papā Martinum hodiernuꝫ i eo qd̄ illud monasterium venit fratribꝰ Cisterciēsibꝰ subtrahēdo dignitatem abbatialē: quod indubitāter facere potuit: vt i.c.sicut venire. de exces.p̄la.⁊ in.c.⁊ tēporis qualitas.xvj.q.j.p̄sertim cū vnio fuerit facta post dictū priuilegium ⁊ post iura prescripta cōtra Monasteriū sancte Crucis. prescriptio enim omnem actionē p̄cludit vt dicit tex. in.c.ad aures.de prescrip. Nō ergo fuit opꝰ mentionē facere de monasterio sancte Crucis cū ipsius ius iam sublatum erat per p̄uilegiū Alexandri: ⁊ per p̄scriptionē quadragenariā. Sed his nō obstātibꝰ ꝯtrariā sn̄iam puto preualere: vt scꝫ per p̄uilegiū Alexandri: vl̄ vnionis facte per dominū Martinū nullū preiudiciū fuerit irrogatū iuri monasterij sancte Crucis. Moueor primo: quia de intentione p̄ncipis est nunq̄ p̄iudicare iuri tertij nisi de eo specialē faciat mētionē vt in.c.super eo.de offi.dele.⁊.l.ij.§.si qs a principe.ff.ne qd i loco publi. presertim cum derogat̄ institutioni beneficij ⁊ dispositioni laicali ne laici per hoc subtrahantur a fundatione ecclesiarū. Ad hoc gl. no.in cle.per literas.de preben.⁊ qd̄ no.per doc.in.c.cum dilectus.de iure patro. ¶ Sed in casu nostro nō facta fuit specialis mētio de iuribus competētibꝰ monasterio sancte Crucis. ergo talia priuilegia nō obtinent firmitatē ⁊ p̄iudiciū illius monasterij. Nec obst. ꝙ in priuilegio Alexādri seu Gregorij fuerit dictū vt nulli abbati subiaceat ⁊c. quia ista nō est sufficiēs mentio vt preiudicetur iuri monasterij. q2 mētio debet esse specialis ⁊ nō ita generalis. vt in.c.ij.de do.⁊ contum.⁊ quod ibi not.per doc.in.c.cum dilecta.de rescrip.⁊ bonus tex.in.c.bone.de cōfir.vti.vel inuti. presertim in casu nostro erat fienda specialis mentio in quo illa iura erant debita monasterio sancte Crucis ex primeua institutione monasterij ⁊ dispositiōe laici patroni.

1 † Nā papa per suum priuilegium nō intēdit preiudicare institutioni beneficij: nisi hoc aperte exprimat. vt in.c.cum dilectꝰ.de iure patroñ. facit opti. c.monasteria.xv.q.vij.⁊.c.eleutheriꝰ.xviij.q.ij. potuit enī papa ī suo priuilegio intelligere de abbate qui in certis religionibꝰ vocatur pater abbas: cui modicum preiudiciū irrogatur. vñ nō debemus presumere rationibus predictis papam intellexisse per verba generalia ꝺ speciali dispositione patroni. Ad idē bonus tex.in.c.ex multiplici.de deci.

2 vbi patet † ꝙ priuilegium nō preiudicat compositioni priꝰ facte de illa speciali mentione non facta.⁊ in.c.cum olim.de prescri. vbi p̄uilegium non preiudicat laudo lato ex cōpromisso: fortius non dꝫ p̄iudicare institutiōi bñficij seu monasterij de illa spāli mētione nō habita.

3 ¶ Secūdo facit.c.veniens.de p̄scrip. vbi tex.not.innuit † quod si priceps concessit alicui priuilegium cum aliquali reseruatiōe iuris alterius valet priuilegium. Item postmodū concessum super illis iuribus suis aliquali reseruatione prius facta de illa non habita mētione ꝙ si papa sciuisset illam reseruationem non cōcessisset forte sine illa vt ibi notabiliter deciditur. ergo idem ⁊ fortius dicendum ī casu nostro ꝙ si papa sciuisset ꝙ illa quatuor iura fuissent reseruata ꝑ patronū monasterij sancte Crucis: nunq̄ ꝯcessisset illā plenā exemptionē sine illorum iurium reseruatione qm̄ saltem de illis fecisset mētionē presertim cum potuisset concedi exemptio cum illorū iuriū reseruatiōe: quia illa iura non inducūt plenam subiectionem: vt clare innuitur ex c.his que.de maio.⁊ obe.⁊.c.cum inter.de re iudic. vbi enumerantur multa iura inferentia penam subiectionis: et inter illa enumerantur obedientia ⁊ reuerētia tanq̄ species. ¶ Tertio adducitur.c.j.de consti.lib.vj. vbi dicit̄ ꝙ papa per suā constitutionē nō censet̄ velle tollere statuta ⁊ consuetudines: cū in facto cōsistūt nisi de eis fecerit mentionem. Ergo fortius idem dicēdū in priuilegio: quod nō emanat cū tanta moderatione sicut ius commune: vt ibi no. Nō ergo debet tolli statutum ⁊ ordinamentū factum in institutiōe monasterij per priuilegiuꝫ pape ex quo illa non fuit facta specialis mentio. ¶ Quarto facit quia Gregorius seu Alexander voluit simpliciter derogare iuri monasterij sancte Crucis: q2 dixit ꝙ hoc priuilegium exemptionis nō deberet recedere a charitate sancte Crucis prout in alio p̄uilegio dixerat. vñ credendum est ꝑ illa verba voluit reseruare omnia iura cōpetentia monasterio sancte Crucis: non ergo reseruaret illi charitatē si vellet sibi subtrahere censum ab antiquo impositum: vel alia iura sibi reseruata. vt in.d.c.eleutherius. facit.c.quanto.de censi. ¶ Charitas est enī recta voluntas ab omnibus terrenis prorsus auersa ⁊c. vt in c.charitas.de peni.di.ij.⁊ in istis est fienda larga interpretatio: vt nō p̄iudicaret̄ iuri alterius sine causa. iuxta no.per bar.i.l.omnes populi.ff.de iusti.⁊ iu.⁊.l.non dubium.ff.de legi. facit.c.cum dilectꝰ. de consue.⁊.l.ij.C.de noxa.⁊ hoc idem ⁊ clariꝰ in proposito nostro vo-

4 luit Inno.in.c.dudū.de priui. vbi dicit † ꝙ omnia priuilegia preiudicialia stricte īterpretanda sunt: ⁊ quantum potest ad iuris cōsonantiam reducenda.ff.de vul.⁊ pupil.ex facto.⁊ de deci.c.suggestū.⁊ idē dicit in priuilegio exemptionis. quare ibi post multa concludit ꝙ nō valet priuilegium exemptionis non facta mentione de possessione alterius bona fide habita: lꝫ in veritate nō habeat ꝑprietatē: ⁊ idē firmauit glo.in.c.ij.de deci.lib.vj. ¶ Fortius ergo dicendum in casu nostro ꝙ non valet priuilegiū nō facta mentione de possessione seu proprietate monasterij sancte Crucis. Et idē dicendū est per omnia quo ad vnionem nouiter factam per dominum Martinum. nā cum de p̄dictis non fecerit specialem mentionem non tenuit: cum per illā preiudicaretur monasterio sancte crucis respectu confirmationis abbatis cū per illam vnionē sit exempta ⁊ suppressa dignitas abbatialis. Non ob. quod.s̄.dictum fuit de p̄scriptione: quia statim respōdebit̄ in secundo ⁊ tertio dubio. Hec quo ad primum dubiuꝫ que puto esse verissima ⁊ indubitata ⁊ satis patet responsio ad contraria superiꝰ formata. ¶ Ad secundum dubium an saltem quadraginta annorū prescriptio preiudicet dicto monasterio sancte Crucis: quia cuꝫ itra illud tempus nullam electionis de abbate facto confirmationē fecerit: nec censuram receperit: nec reuerentiam: nec obedientiā habuit.

5 Et videtur pmo ꝙ sic. † Nam regulariter contra ecclesiā citra Romanā sufficit prescriptio quadraginta annorū cum bona fide. vt in c.de quarta.⁊.c.illud.de prescri. Nec requiritur citra ius cōmune cū non sit hic contra prescribentē. vt in.c.j.e.tit.lib.vj.⁊ presciptio quadraginta annorum omnē prorsus actionem excludit. vt dicit tex. in d.c.ad aures.de prescrip. sed his nō obstantibus puto ī casu nostro sic dicendū: ꝙ respectu iuris cōfirmandi abbatem ī monasterio sancti Bartholomei curret cōtra monasteriū sancte Crucis prescriptio ratio est conuincibilis: quia propter reseruationem factā de ecclesijs collegiatis presertim de cathedralibus ⁊ monasterij per multos Romanos pontifices successiue non potuit abbas sancte Crucis ꝑ tempore existēs ius sibi in hoc cōpetens exercere: vnde cum fuerit impeditus impedimento iuris nulla currit cōtra eum prescriptio: vt i.c.j.

6 C.de anna.excep.⁊ in.l.i rebus.C.de iure dotiū. vbi patet † ꝙ durāte paterna potestate non currit contra filiū prescriptio in rebus aduētitijs: quia non poterat illo tempore agere cum plena illaruꝫ rerum administratio ꝑtineat ad patrem, vt in.d.l.j. nec cōstante matrimonio currit prescriptio ī iuribꝰ dotalibus contra vxorem: quia non pōt tunc agere cum plena administratio ꝑtineat ad maritum.d.c.in rebus.⁊.l.dote ancillam.C.ꝺ rei vendi. ¶ Ad idē.c.j.⁊.c.iiij.de prescri.⁊.c.ex transmissa.eod.tit.⁊.c.quia diuersitatem.de cōces.preben. in quibus iuribus patet ꝙ ecclesie vacanti vel habēti prelatum inutileꝫ ad agendum nō currit prescriptio. Sed ī casu nostro abbas sancte Crucis pro tempore existens fuit impeditus quo ad actū confirmatiōis ideo non currit contra euꝫ prescriptio. Remansit ergo hoc ius ī habitu apud eum: licet interdictum sit exercitium ad beneplacituꝫ pape per reseruationis actum nec papa exercendo hoc ius confirmatiōis: dicitur p̄scribere etiam si per mille annos hoc faceret cum hoc faciat ex potestatis plenitudine.⁊ hoc casu poterit intelligi dictum Specula.ī titu.de prescript.versi.illud. dum dicit papam nō prescribere cōtra ecclesias inferiores cū ipse iam sine prescriptiōe sit vniuersalis dominus. Preterea in prescriptiōe requitur bonafides vt si credat illd̄ ius ad eum pertinere: ita quod exerceat credens iure suo vti. vt in.c.si virgo.xxxiiij.q.ij. facit.l.si.ff.quemadmod.serui.amit. Inno.in capi.bone.el.ij.de postul.prela. Sed dominus papa actum confirmatiōis exercuit ⁊ exercet nō de potestate ordinaria: sed de absoluto per reseruationis actū: ⁊ scit ꝙ de iure cōmuni ⁊ potestate ordinaria hoc ius pertinet ad inferiorē lꝫ possit concurrere in confirmationis actu cū ordinario. vt in.c.ij.⁊.c.si a sede.de prebē.lib.vj. ergo non potest ī hoc allegari prescriptio ex persona pape: nec contra abbatem sancte Crucis qui nō deprehenditur in negligentia cum habuerit manus ligatas per reseruationes summorum pontificum: vt iuribꝰ superius allegatis. prescriptio enim est inducta principaliter in odium negligētiuꝫ. vt in.l.j.ff.de vsuca.⁊.xvj.q.iij.§.potest.⁊ in casu nostro nulla negligentia reperit̄ ex parte abbatis sancte Crucis. Nec obstat si dicatur ꝙ fuit negligens in alijs quia per hoc prescriptio non debet extēdi ad iura ī quibus nō fuit commissa negligentia:

7 † quia prescriptio est stricti iuris: ⁊ tantum prescribitur q̄tum possidetur. vt probatur ī c.auditis.⁊.c.cum olim.de prescrip.⁊.c.cuꝫ cōtingat.de decimis. no. bart.in.l.j.§.si quis.ff.de itine.actuqꝫ priua.⁊ Inno.in.c.dilectus.de capel.mona. ergo necessario concluditur ꝙ vnio facta per dominum nostrum Martinum supprimendo dignitatē abbatis sancte Crucis fuit tanq̄ subreptitia ipso iure nulla quia si fuisset informatꝰ ꝙ talis vnio redundabat in preiudicium monasterij sancte Crucis nullo modo vnionē fecisset vel saltem non ita de facili: ergo talis suppressio habuit inducere subreptionē: vt in.c.postulasti.⁊ quod ibi no. Hosti.de rescript. quod dico procedere etiam si papa vnionē motu proprio fecisset: quia motus proprius lꝫ excludat subreptionem: non tamen firmat gratiam contra intentionem scribentis qui in dubio non videt̄ velle preiudicare tertio. vt no. Jo.an.in.c.si motu proprio.de prebē.

lib.vj.⁊ Calde.in.c.cum dilectus.de iurepatro.⁊ do.de rot.deci.c.facit.l.ij.§.si quis a principe.ff.ne quid in lo.publi.⁊ quod no.Inno.in c.dudum.de priui.⁊ gl.in.c.ij.de deci.lib.vj. Quinimmo possit attētari ꝙ etiā respectu obediētie nulla cucurrerit ꝑscriptio:quia lz potuerit abbas sancte Crucis aliqua honesta ꝓcipere: presertim mores reformando abbati sancti Bartholomei:nō tamen per hoc cōcluditur ꝙ si non preceperit concurrerit prescriptio cōtra eū cum iste sit actus mere facultatis.non em̄ fuit in institutiōe dictum vt abbas sancte crucis exerceat contra abbatem sancti Bartholomei iurisditionē sed qd̄ teneretur abbas sancti Bartholomei ad obedientiam ⁊ reuerentiā abbati sancte Crucis.Si ergo iste nō obediuit:qr ille nō precepit:nō per hoc est contra eum prescriptum: qr ex nō vsu inducitur consuetudo vel prescriptio.ex quo nō habet tacitum actū contra dispositionē iuris.vt no.per Jo.and.in.c.Joannes.de cle.coniu.⁊ per Cyn.in.l.ij. C.que sit lon.consue.probatur i.l.hec autem iura.ff.de ser.vrb.predi.in.l.altius tollendi.in solo meo vsqz ad celum nō prescribant ꝯtra me si altius non extuli ex quo nihil est factum in cōtrariū: qr iste est actꝰ mere facultatis:⁊ in actibus facultatis non currit prescriptio ꝑ non vsum.vt no.l iuribus prealle.⁊ in.c.ex parte astensis.de cōces.ꝑben.⁊ forte non occurrit casus in quo haberet necesse precipere. argu.eorū que not.Bar.in.l.cum scimus.C.de agrico.⁊ cēsi.lib.xj.Respectu vero reuerētie esset animaduertenduz an subtraxerit abbas sancti bartholomei reuerentiam abbati sancte Crucis quod difficile esset probare.Nam illa cōsistit i salutationis actu:vel per aliuz modū per quē fit reuerētia secundum modum patrie.iuxta not.in.c.his que.de maio.⁊ obedien.tota difficultas stat circa cēsum nō solutum quod an sit completa prescriptio quadraginta annorum multa debent cōsiderari:⁊ non solus transcursus annorum:multa enim impediunt prescriptionis cursum vt vacatio monasterij sanctē Crucis.Nam tēpore vacationis debet subduci de medio.vt.in.c.j.⁊.c.de quarta.⁊.c.auditis.de prescrip.que iura habēt locum etiam in ecclesijs inferiorībꝰ.vt not.

8 Inno.in.c.olim.el.j.de resti.spo. ¶ Item † tempore guerre nō currit prescriptio quādo tanta est in loco hostilitas ꝙ quis nō redditur tutus.vt in.c.ex trāsmissa.de prescrip.⁊ quod ibi no.Inno.idem in tempore mortalitatis:quia illa est dei hostilitas.vt no.Bar.in.l.naturaliter.ff.de vsuc. Item tempore schismatis.vt.not.in.c.cum nobis.de ꝑscrip.Intelligo si erant diuerse obedientie et ius nō reddatur vni cōtra alterum.iuxta not.in.d.c.ex trāsmissa.omnia enim tempora dēbent de tempore prescriptionis subduci:⁊ si nō remanet illis subditis tempus quadraginta annorū habet monasteriū sancte Crucis fundatā intētionē suam:vt in.c.auditis.de prescrip.si ꝟo ꝑscriptio remaneret cōpleta debet aduertere an monasterium sancti Bartholomei fuerit in bona fide in nō soluēdo censuz.nam mala fides probaꝛ si erat fama i loco ꝙ debebat dare cēsuz monasterio sctē Crucis vl̓ apparebat per aliquam scripturam existentē:vl̓ hoc audiuerunt ab aliqua persona cui verosimiliter credere debuerunt.ꝑ hec em̄ et similia probatur mala fides.vt no.Bar.in.l.celsus.ff.de vsucap. ⁊ si pōt de his ꝯstare impediꝛ prescriptio:per.c.fi.de ꝑscrip.⁊ per reg.possessor male fidei.de reg.iur.li.vj.Si aūt nō pōt probari ita ꝙ remanet incōcussa prescriptio.xl.annorum:tunc est recurrenduz ad factum ⁊ vltimum dubiū. Nūqd possit monasteriū sancte Crucis se tueri prescriptiōe cētenaria vigore priuilegiorū Federici ⁊ Hērici imperatorū postea approbatorū per papā Honoriuz.iiij.Et videꝛ primo ꝙ nō:qm̄ imperatores non potuerunt priuilegiare monasteria in ꝑiudiciū fori ecclesiastici.vt nota.Innoc.in.c.imperatores.de testi.

9 ¶ † Cum ergo de iure ecclesia vtatur prescriptione.xl.annorū contra aliā ecclesiaz vt i.c.de quarta.⁊.c.ad aures.de prescrip.ergo non dz prodesse priuilegiū īperatorū.facit.c.dudum de deci.⁊.c.ecclesia sancte Marie.de constit.⁊ xcvj.dist.bene quidem. ¶ Nec obst.approbatio Honorij pape multiplici ex ratiōe.Primo quia cōfirmatio in forma cōmuni facta paruz prodest:vnde nō validat actum nulluz.vt leg.⁊ no.in.c.quia diuersitatē.de cōces.prebē.⁊.c.fi.de cōfir.vti.dicitur em̄ facta in forma cōmuni ⁊ nō ex certa sciētia:qm̄ non inseriꝛ totus tenor rei cōfirmate:vl̓ cū non apponitur clausula ex certa scientia rei cōfirmate.vt not.i.c.j.⁊ c.antepe.⁊ pen.de confir.vti.sed in casu nostro non apponitur tenor cōfirmationis illorū ꝑuilegiorū:nec clausula ex certa sciētia.ergo ⁊c.

10 † Preterea priuilegium imperatoris valet quo ad suos subditos:vt l.cunctos populos.C.de sum.tri.facit quod leg.⁊ no.i.l.fin.ff.de iur.om.iudi.⁊ i.c.a nobis.de sen.excō.ergo cōfirmatio valet quo ad subditos.Sz his nō obstātibꝰ ꝯtrium arbitror de iure ꝓcedere.Moueor ꝑncipaliter qr dn̄s papa in suo priuilegio nō fuit vsus verbo ꝯfirmamꝰ.⁊ sic nō potest dici ꝙ fuerit ꝯfirmatio i forma ꝯmuni:sed vsꝰ fuit verbo sancimus.per quod verbum non inducitur ꝯfirmatio:sed potius legis noue editio.arg.in.c.generali.de electio.lib.vj.hinc sanctio est nomen ꝯstitutionis canonice.vt no.gl.in cle.j.de ꝯces.preben.in.ꝟ.sancimus.vn̄ ponderanda sunt verba imperatoris ⁊ ꝟba pape.Imperator em̄ simpliciter decreuit ꝙ nulla ꝑscriptio minor centenaria curreret ꝯtra monasteriū sancte Crucis. Nec restrinxit se ad ꝑsonas seculares vel ecclesiasticas.Honorius vero superueniens sic inquit. Preterea oēs libertates ⁊ immunitates ad memoriam a Federico ⁊ Hērico imperatoribꝰ vobis ⁊ ordini vestro cōcessas:ratas ⁊ gratas habētes:⁊ eas futuris tēporibus illibatas manere sancimꝰ ⁊c.Que verba clara luce demōstrāt ꝙ Honoriꝰ nō simpliciter ⁊ in forma cōī voluit confirmare:imo principaliter disposuit legē priuatam edēdo. Nam quod principi placuit legis habet vigorē.inst.de iur.natu.gē.⁊ ciui.§.sed quod principi.⁊ omnia nostra facimus qbus autoritatem nostram impartimur.vt in.l.j.C.de vete.iu.enu.⁊ bonꝰ text.in simili in c.si apostolica.de ꝑben.lib.vj.Vn̄ potior est nunc lex pape q̄ imperatoris.Preterea videmus ꝙ si lex ciuilis canonizaꝛ per papam hz canonis vigorem.vt in.c.in primis.⁊ ibi bona gl.ij.q.j.not.doct.i.c.ij.de rescrip.fortiꝰ ergo debet dictum priuilegium habere vim canonis:cū papa expresse sanxerit vt illa illibata permaneant:⁊ lz nō expresserit q̄ sunt ille immunitates:tn̄ habētur pro expressis:ex quo papa ad illa ꝑuilegia se retulerit.vt in.c.auditis.de prescri.vbi bonus tex.in simili.⁊ in.l.penul.C.de sen.que sine cer.q̄ti.in.c.cū Bertoldus.de re iudi.hoc idem probatur per optimū simile Nam a principio imperator fuit q dedit priuilegium ecclesijs circa materiam prescriptionis . vt.l.fin.cū auꝛ.quas actiōes.C.de sac.sanc.eccle.Postea peruenit ius canonicū ⁊ illas leges approbauit in genere.vt in.c.cum nobis.cū simil .de prescript.⁊ per hanc approbationem habuerunt vigorem etiam quo ad forum ecclesiasticum ⁊ inter ecclesias.⁊ per hoc tollitur vnuz motiuū quod allegatur cōtra monasterium sancte Crucis.videlicet ꝙ approbatio pape non debet habere locum contra ipsum papam prescribētem.Naz primo potest de directo negari quod hic papa prescripserit. nam subtraxit sensus prescribitur per monasteriuz sancti Bartholomei ⁊ nō per papam:vnde presupposito ꝙ ecclesia sancti Bartholomei per papam esset exempta:tamen in suis iuribꝰ,maxime cuz agiꝛ de prescriptione annua nō gaudet priuilegio Romane ecclesie:vt no. gloss.in.c.dilectus.de capel̓.monac.⁊ in.c.ad audiētiam.de rescrip.ꝑ docto.in.c.cum nobis.eod.ti.⁊.xvj.questio.iiij.volumus. ¶ Itē presupposito ⁊ non concesso ꝙ hic papa scripsisset atqz priuilegiuz ꝑ eū concessum debet habere locum īdistincte ex quo generaliter cōcessit

11 † Nam priuilegium largissimam interpretationez recipit contra priuilegiantem.vt not.Barto.in.l.beneficium.ff.de constitut.princip.et Innocen.in.c.cum dilecti.de dona.⁊ in.c.olim.d verbo.significaꝛ.per Jo.and.facit.c.cum dilectus.de consue.pro hoc illud sapientis ē pa tere legem quaz tu ipse tuleris.⁊ quod quisqz iuris in alterū statuit: ipse debet vti eo.vt in.c.cum omnes.de ꝯsti.hoc aperte sensit do.Jo. and.in.c.cum nobis.de prescrip.vbi voluit ꝙ papa potest prescribere contra ecclesiam inferiorem sed spatio.xl.annorum.⁊ tamē illō tempus quadraginta annorū habet ecclesia ex priuilegio ex iure speciali per papam approbato seu inducto.Ergo idem dicēdū in isto priuilegio cētum annorum.⁊ hoc tenēdum habito presertim respectu quod prescriptio est odiosa ⁊ restringenda.vt in.c.cum cōtingat.de deci.cū simi.Et hec sufficiant.Nec oportet aliter ad cōtraria respōdere:quia satis remanent per ꝑdicta soluta ⁊ clara:⁊ ita vt.s̄.per me cōclusum extitit dico ⁊ consulo iuris esse.ego Nicolaus de Cecilia Monacēsis abbas ⁊ doctor:⁊ i testimoniū me ꝓpria mea manu subscripsi ⁊ sigillum meum imprimi feci. Nicolaus Abbas.

¶ Consilium.cij.

1 ☞ Prestatio census dicitur quedam seruitus.
2 Fama sola sufficit pro titulo ad prescriptionem complendam.
3 Confirmatio in forma communi facta parum prodest.
4 Priuilegium imperatorum valet quo ad suos subditos.
5 Sanctio est nomen constitutionis canonice.
6 Lex ciuilis si canonizatur per papam habet canonis vigorez.

Omnipotentis dei suffragio postulato.In causa que vertitur inter monasteriū sancte Crucis mōtis Sauelane ex parte vna ⁊ fratres Cisterciē. ordinis ex alia super subiectione seu validitate vnionis facte cuidam monasterio dictorum fratrum de mōte scti Bartholomei de campo regio:ac etiam super iuribus cōpetētibus dicto monasterio sctē Crucis in prefato monasterio scti Bartholomei:aliqua sigillatim pro decisione dicte questiōis veniūt examināda.Et ꝑmo que iura possit ꝓtendere monasteriū sctē Crucis circa monasteriū sancti Bartholomei. ¶ Secūdo ꝑsupposito ꝙ aliqua iura sibi aliquo iure speciali cōpetāt:an illis sit derogatum per priuilegiū Alexādri per Gregoriuz papam postmodum corroboratum. ¶ Tertio si dictum ꝑuilegiū nō obstat an saltem habet obstare priuilegiū vnionis per dominū Martinum hodiernum summum ⁊ indubitatū pōtificē facte. ¶ Quarto ⁊ vltimo an predictis non obstantibus possit saltem allegari cōtra dictum monasterium sancte Crucis quod possit pretendere cēsuz in aliquibus instrumentis suis contentum sibi debitū a dicto monasterio sancti Bartholomei.Fuit enim dictꝰ census solutus dicto monasterio sancte Crucis per tantū tempus de cuius initij memoria non extitit:licet enim per aliqua instrumenta producta per monasteriuz sctē Crucis probenꝛ plurime prestatiōes dicti cēsus:tamē de initio ꝑstationis nō apparet.Nam pagina illorum instrumētorum nullaz fecit mētionem de initio prestationis.sed omnia videnꝛ continuata super

antiqua

1 tis.vbi ipse dicit†si aliquis furtum cōmisit z dominus rei furtiue cōparet dicit rem sibi subtractam de sui voluntate: z sic furtū nō fuisse commissum:q2 furtū est contrectatio rei aliene inuito domino zc.Sed asseritur factū de volūtate domini ergo zc.Nihilominus sua ꝯfessio non liberat furem a pena:vt ipse determinat in.d.§.recte.z sic etiā in proposito confessio illius non liberat a pena.pro hoc etiā facit.l.licitatio.§.qd illicite.ff.de publi.vbi inspicitur vtilitas p̄uatorū z vigor publice discipline.z hanc puto fuisse mentem illius.c.ꝙ requirit apodissam ne furta fieri possint per cōfessionē z similia zc.ℭ Nec obstat qd allegatur per partem aduersam qd statutum requirit verum dolū sed verus dolus agit̄:negatur:ergo zc.Et allegant.c.statuti qd inci. z qualunche p̄sone zc.quia veritas est in cōtrarium vt clare patet in dicto versi.z doue si traheo passa.vbi ex qualitate facti fradem p̄sumit:si sic non loquit̄ ver.i dolo solū.verū etiam in p̄sumpto:z similiter etiam dictū statutū allegatur ꝑ partē aduersam qd incipit:z qualunche persona.qd loquit̄ per plura vocabula disiunctiue posita nō copulatiue.ℭ Item nō obstat quod allegatur: quod ipsi nō iuerūt causa vendendi licet causa pascuandi:q2 in vtroq̄ casu ꝓuisum extitit vt patet i statuto qd incipit.Bestie minute paga de passagio zc. Ex quibus secundum capitulum non debuit videre ille valēs z subtilis doctor qui allegationes fecit pro parte aduersa. Item nō obstat ꝙ allegatur ꝑ partē aduersam qd dicti inquisiti ignorabant tale statutū z talē apodissam esse necessariam.que ignorantia iuris municipalis videt̄ eos excusare:maxime vt dānū indebite patiantur:vt subtiliter allegatur per partē aduersam:q2 hoc est verū nisi talis ignorātia sit crassa z supina:vt no.glo.z ibi per bar.in.l.fi.de decre.ab ordi. fac. z Dyn.c.ignorantia. de regu.iur.li.vj.in ver.qui incipit. vltimo distingui pōt.et in ver.precedenti.et est hodie determinatū.vt in.c.vt animarū.extra de cōsti.li.vj.z de casu nostro videt̄ expresse tex.l3 qs ignorasse dicat nihilominus in vectigalis penam eū incidere diu⁹ adrianus constituit.Et ꝑ p̄dicta videt̄ satis esse rn̄sum ad iura z rationes per partē aduersam inductas z subtiliter allegatas preterq̄ ad vltimam nō curando de prima vz nūquid potuerit inquiri vl̄ nō q2 quicquid sit d iure cōi d iure municipali potuit inquiri:vt clare patet in dicto statuto sub rubrica de electione et officio officialis damnorū datorū.Et audio sic semp fuisse de ꝯsuetudine. Ad vltimā ꝓ rōnē in qua allegat̄ cōtraria cōsuetudo:dico qd visis actis z actitatis in dicta causa nō extitit probatū de dicta cōtraria cōsuetudine:et ꝙ nō probauerūt de innocētia sua:q2 p̄sumptio est ꝯ̄ ipsos vt.s̄.dixi. ℭ Dico qd veniunt cōdēnandi iuris rigore:tū consideret bonus iudex in condemnationem personarum:facti qualitatem:et terre ꝯsuetudinem:et diligenter veritatē inquirat non obstante ꝙ dicti inquisiti nesciuerunt se defensare:vt clare nos docet sacratissimus imperator i.l.j.in fi.ff.de questio.et sit promptior ad absoluendū q̄ ad cōdemnā

2 dum.ℭ In casu dubij†ꝙ nō puto delinquere eū qui i dubijs q̄nibus cōtra fiscum facile rn̄derit:vt in.l.non puto.ff.de iure fis. Tamē nisi alia ostendantur ipse pōt de iure inquisitos p̄dictos z cōfessos ꝯdemnare:vt super clarissime est ostensum. dn̄s eum dirigat in viam veritatis et iustitie.Deo gratias.

ℭ Ego Joannes de blandinis de senis legū doctor.

ℭ De expensis testamenti.
ℭ Consilium.cvij.

Eres qui colligit testamentum vult ꝙ legatarij contrahāt in recollectionē testamēti si quidem hereditas nō esset soluendo dz soluere totū ipse heres sicut es alienum.Sed si hereditas nō esset soluendo tunc diminuentur legata propter istam expensam sicut ꝓpter aliud es alienū. ita no.Bart.in.l.scimus.§.in cōputatiōe.C.de iure delib.z Spec.tangit vt ipse ibi refert zc.Impediat sibi tamen nō dicitur nocere nec iniuriam inferre.ff.que in fraudem credito.l.qui autem.§.simili modo. ℭ Item est eadem ratio in nepote cum omnibus descendentibus hereditas ascendentium pariter debeatur nō attenta differētia sex⁹ nec disparitate graduum : quia nepos vel pronepos qui sunt in vlteriori gradu pariter cū filio succedunt qui est in.l.j.C.de legi.hered.auten. in successione statutum quantum ad hoc quod dat nouam formam agendi.vt Barto.i.l.j.ff.ad.l.falci.tamen dicitur ius commune quo ad alia.Sic intelligatur glo.Joan.and.in.c.j.de constitu.lib.vj.et sic debet interpretari secūdum quod interpretatur ius cōmune.C.de noxalibus.l.si serui.vbi est casus notabilis.et gl.in.l.fin.§.donec.in fi.C. de iure deliberandi z c.Nicolaus abbas.ℭ Quedam subscriptio an filius banniti possit testari zc.z est domini Abbatis ꝓut.j.apparet

Consilium.cviij.

1 Rebellis imperio pdit omnia iura ciuilia quo ad vniuersum.
2 Statutū ciuitatis habēs imperiū disponēs quo ad subditos suos vt rebelles patrie sue possint impune offendi ⁊ occidi valet.
3 Delinquēs in vna diocesi pōt priuari omnibꝰ beneficijs que habet in alia diocesi ab alio superiore.

Placet mihi secunda eximij doctoris domini Benedicti cōclusio pro qua vltra p eum allegata adduco autoritatē Bar.in.l.infamē.in fi.de publicis iudicijs.vbi ꝙ quelibet ciuitas non recognoscens in se superiorem habet liberum populum ⁊ merum imperium in se ipsa:⁊ tantam potestatem habet in populo suo quantam imperator in vniuerso. ¶ Ad hoc facit quod legitur ⁊ no.i.l.hostes.ff.de capt.facit qđ not. Bal.in.l.decernimus.C.de sa.san.ecc.Et optime quod legitur ⁊ no. in.c.per venerabilem.in versi.insup.qui filij sint legit.Et per Inno.in c.cum.P.tabellio.de fide instru.⁊.c.cū.T.de re iudic. ¶ †Sicut ergo rebellis imperio pdit oīa iura ciuilia quo ad vniuersum:vt voluit Bar.in.d.l.amissiōe.ff.de ca.dimi.Ita rebellis patrie sue habēs iura debet perdere principis omnia iura ciuilia quo ad illā patriā.Cū eadem sit ratio in parte quo ad partem sicut in toto quo ad totū.vt l.an pars.ff.pro derelic.facit quod not.idem Bal.in.l.cūctos populos.C.de sum.tri.⁊ Bar.in.l.omnes populi.ff.de iusti.⁊ iure.not.i.d. c.per venerabilē.qui filij sint legi.⁊ in.d.c.cum.P. ¶ Secundo facit quod notat Ioan.and.in addi.Spec.in titu.de cōsti.in.iij.col.vbi dicit †valere statutum ciuitatis habentis imperium disponēs quo ad subditos suos vt rebelles patrie sue possint impune offendi ⁊ occidi. quod videtur velle etiā Bar.in repe.l.omnes populi.ff.de iusti.⁊ iur. si ergo pōt talis ciuitas tollere vitam ⁊ sic nō solū quod sibi inest a iure ciuili:sed etiā a natura:⁊ hoc ppter inobedientiā.ergo multo fortiꝰ pōt tollere que sibi insunt a iure positiuo:vt est patria potestas q̄ est de iure romanorū.vt insti.de patria pote.in pri. ¶ Nā in populo suo habet ciuitas plenam potestatem disponendi citra ⁊ contra ius positiuum:adeo qđ etiam principi seruata in signū vniuersitatis dominij potest exercere vt fame restituere illegitimū legitimare:tabellionem creare ⁊ similia.vt no.idem Bart.in.d.l.infamē.⁊ in.l.j.de aqua plu. arcen.⁊ Inno.in.c.prealle.cum.P.⁊.c.cum.T.facit.d.c.per venerabilem.Si em̄ exponit eum morti ⁊ priuat eū omnibus bonis suis:non est verisimile ꝙ velit relinq̄re filios sibi subiectos ī potestate sua.arg. in.l.nec in ea lege.ff.de adulte.vbi dicit ꝙ qui occidere pōt adulterum multo magis pōt ⁊ fortius quod est minꝰ. ¶ Tertio ad idē adduco l.minime.⁊ quodlibet no.Bart.ff.de reli.⁊.§.ibi patet ꝙ q pōt impune offendi ⁊ occidi ſm formā statuti pōt occidi etiam a filio.Si ergo filius poterat occidere istū patrem rebellem nō est presumendum ꝙ remanserit in patria potestate cū ſm ius patrie potestatis non possit eum nedū occidere:sed nec in ius vocare.vt in.l.fi.C.de in ius voc.no. glo.insti.de patria pote.que enumerat omnia iura patrie potestatis. ¶ Quarto probo per id qđ legi.⁊ no.in.c.postulasti.de for.cōpe.vbi patet †quod delinquēs in vna diocesi pōt priuari omnibus bñficijs que habet etiā in alia diocesi ⁊ ab alio superiore.ratio q: titulus bñficij est in persona istius:vnde cū persona ratione delicti efficiat̃ subiecta quo ad penam seu sortiatur forū illius vbi delinquit potest per illam personam puniri ⁊ omnibus que insunt persone ipsius priuari vbicūq̄ sint.licet executio fiat per alium:ita dico ad propositum cum pater istius de quo queritur fuerit plenarie subiectꝰ ciuitati sue potuit ciuitas disponere ⁊ in personam suā ⁊ in omnia iura que insunt sue persone.patrie aūt potestatis ius inheret sue persone cū sit quoddam priuilegiū patribus a iure cōcessum.hinc est quod nō omnes gētes habent hoc ius patrie potestatis.vt legi.⁊ nota.insti.de patria pote.iuncta gl.in verbo romanorum.Nec moueat quem in cōtrariā sententiam ꝙ hoc habeant parentes ab imperatore:ergo nō potest ab eis euelli sine ipsiꝰ autoritate.facit qđ in simili de iurepatro.dicit gl. in.c.filijs.xvj.q.vij.que dicit latius nō posse illo iure priuari per imperatorem.cum illud habeat autoritatē canonis. ¶ Ad idē qđ no glo. in cle.pastoralis.de re iudi.in verbo subiecte.Dico em̄ hoc nō obstare:q: ratiōe delicti ⁊ domicilij seu ciuilitatis iste erat plene subiectꝰ ciuitati sue. ¶ Itē q: hec ciuitas quo ad subditos suos pōt exercere iura imperij,vt predixi. ¶ Itē hic cessat incapacitas in iudice.hinc dicit gl.no.in.c.j.de cōfir.vti.quod ratione delicti potest quis priuari per episcopum beneficio quod habuit a papa. ¶ Quinto ⁊ vltimo adduco hanc considerationem:ciuitas habens iura principis pōt ratione delicti publicare bona delinquentis vbicūq̄ sita vt.no.in.l.j. C.de bo.vac.lib.x.⁊ per Bar.in.l.cūctos populos.in fi.C.de sum.tri. ⁊ in.l.ij.ff.de iure fisci.⁊.l.j.de dam.infe.ita pari ratiōe dicēdū in patria potestate ⁊ alijs q̄ insunt persone delinquētis de iure ciuili.Nec Bartol.opinio resistat huic conclusioni in ciuitate habente merum imperium.Et hec sufficiant. ¶ Et ita dico ⁊ consulo iuris esse iudicio meliꝰ sententiis semper saluo.Ego Nicolaus de sicilia monacen.abb. ⁊ doc.⁊ in testimonium me propria manu subscripsi,⁊ sigilū meū imprimi feci ⁊c.

¶ Consilium domini Ludouici bolognini:vt infra casus.

Casus talis est.I.et.A. fratribꝰ alijsq̄ fratribus suis mercatoribus existentibus in ciuitate.M.⁊ bonum creditum habentibus:⁊ existentibus absentibus a dicta ciuitate sub die.x.mēsis septembris.M.cccclxxvij.fuit inchoatus quidā pcessus contra dictos.I.⁊.A.fratres ⁊ alios eorum fratres secūdū formā iuris municipalis dicte ciuitatis.hoc ad instantiam quorundam suorum assertorū creditorū.Qui asserti creditores in dicto pcessu asseruerūt dictos.I.⁊.A.⁊ eorū fratres cessasse seu fefellisse in fraudem dictorū creditorū. ¶ Pendēte dicto pcessu demū sub die vndecimo dicti mēsis septēbris ⁊ anni prefati fuit inchoatꝰ nouꝰ pcessus ⁊ diuersus a primo cōtra dictū.I.tantūmodo:⁊ hoc pro facto statꝰ. Quibus processibus sic pendentibus fuit pronūciatū per iudicē ordinarium ſm formā statutorū dicte ciuitatis super primo pcessu fallentie die.ij.mēsis octobris dicti āni:vꝫ dictos.I.⁊.A.fratres aliosq̄ eorū fratres fuisse ⁊ esse cessantes.Et contra eos ⁊ eorū bona procedendum esse tanq̄ contra cessantes fallētes ⁊ omitentes soluere eorū creditoribꝰ. ¶ Quo processu fallētie sic pēdente sub die prima octobris dicti anni alius fuit formatus processus cōtra fratres dictorum I.⁊.A.p dicto facto statꝰ ⁊ postea die.xx.octobris fuerūt bāniti p rebellibꝰ ⁊ in cōfiscatiōe bonorū demū eadē die.xx.octobris dicti anni dictus.I.etiā fuit bannitꝰ de dicta ciuitate pro statu ⁊ p rebelliōe ⁊ in confiscatione bonorū suorū. ¶ His sic peractis die.xx.aprilis anni.M.cccclxxiiij.dicti.I.⁊.A.⁊ fratres fuerūt declarati debitores dictorū creditoꝝ vigore dicti pcessus fallētie ſꝫ formā dictorū statutorū.ppter qđ dicti.I.⁊.A.⁊ fratres pinde habiti fuerūt ex forma dictorū statutorū:ac si in dictis q̄titatibꝰ fuissent dicta die condēnati. Eodē i.M.cccclxxiiij.dicta ciuitas statū mutuauit adeo ꝙ dicti. I. ⁊.A.⁊ eorū fratres obtinuerunt cancellari a dictis bannis ⁊ restitutiōe bonoꝝ sub mō forma ⁊ tenore infrascriptis:vꝫ.P.C.legatꝰ ⁊c. dilectis nobis.I.⁊.A.⁊ eorū fratribꝰ salutē ⁊c.Dū diligenter attēdimus grata nobis p vos ⁊ vestrū quēlibet exhibita obsequia ⁊ q̄ futuris temporibus exhiberi speramꝰ.Nō immerito promouemur vt vobis reddamur ad gratias liberales ⁊ fauoribꝰ ⁊ gratijs psequamur. Inde ē qđ p̄missorū occasiōe pmoti p̄sentiū tenore autoritate nobis indulta mandamus vobis superstitibꝰ notarijs ⁊ officialibꝰ camere actorum necnō fisci ⁊ officij bānitorū ⁊ cuilibet vestrū quatenus oēs ⁊ singulos infrascripos quorū noia singulariter inferiꝰ describunt̃: ac eorū noia ⁊ pronomina cancellare ⁊ abolere de beatis oibus singulis alijs libris seu quarternis in dictis locis vel alibi existētibus et oia ⁊ singula ⁊ quecūq̄ bāna cōdēnationis inquisitiōis ⁊ pcessus in ipsis libris seu quaternis ascriptos ⁊ exēplatos seu factos quocūq̄ tpe añ aduentū nostrū ad ciuitatē.M.q fuit anno dñi.M.ccclxxiiij. die tertia septēbris ex nūc etiā tenore p̄sentiū p̄dicta autoritate decernentes nulla irrita ⁊ cassa ipsa bāna ⁊ delicta ante dictū tempus cōmissa ⁊ condēnationis inquisitionis ⁊ processus.Ita ꝙ libere ⁊ impune in ciuitate.M.eiusq̄ comitatu ⁊ districtu morari ⁊ stare possint absq̄ grauamine vel molestia aliquali iferēdis p̄dictis infrascriptis vel alicui predictorū occasiōe predicta.s.bannorū vel condēnationū aut alicuius eorum restituentes etiā ipsos ⁊ quēlibet eorū ad famam honores ⁊ ad alia prout erant ante.In quorū testimonium p̄sentes fieri iussimus ⁊ nostri sigilli impressione muniri. ¶ Quorum nomina sunt hec vꝫ.I.⁊. A.fratres eo.⁊c. Successiue in dicta ciuitate.M. alijs nouitatibꝰ supuenientibꝰ ⁊ mutato statu.M.cccclxxv.p certos ciues.M.⁊.A.a populo dicte ciuitatis potestatē habētes inter alia fuit statutū ⁊ ordinatū qđ omnes ⁊ singuli cōdēnati ⁊ cōfinati bāniti ⁊ qualitercūq̄ infugati occasione status ad res ⁊ bona ⁊ iura sua pristina honores dignitates ⁊ priuilegia q̄ habebāt ante dictas vocationes restituerent̃ ac pro restitutis ipso iure haberētur. ¶ Quibꝰ sic stantibus quidā Antonius vnus ex creditoribus dictorum. I.⁊ A.⁊ fratrū petit executionē p̄dicte snīe late ɔtra dictos.I.⁊.A.⁊ fratres sup fallētia antedicta necnon alterius snīe declarationis vt supra facte quātitatibꝰ in quibus dicti fratres in dicto processu fallentie allegati ⁊ declarati fuerunt debitores ⁊ que snīe fuerūt latetē poribus modo ⁊ forma p̄dictis. ¶ Cōtra quā petitam executionē opponitur per dictos.I.⁊.A.allegātes dictas snīas exequi non posse nec debere:q: fuerūt restituti aduersus dictā sniam ⁊ totū pcessum vigore mādati vt supra emanati a dicto legato put supra. ¶ Nec nō successione ex restitutione per ciues.M.facta ⁊ prouisiōibus ⁊ ordinamentis de quibus.s. ¶ Pro parte vero dicti Antonij replicat̃ non obstare dictas puisiones ⁊ qōnes:q: asserit habere locū in causa criminali:nō aūt in ciuili.Item dicte alie restitutiōes nō extenduntur ad dictos.I.⁊.A.fratres qui nō erant banniti tēpore dictarū prouisionum.Queritur quid iuris. Ludouicus bologninus.

¶ Consilium.cix.

1 Legatus de latere vbi aliquid facit iure legatiōis equiparandꝰ est principi.
2 Papa semper nititur saluare decreta ⁊ institutiones suoꝝ legatoꝝ.
3 Prouisiones statuta ⁊ decreta facta p presidentes autoritate concilij generalis

lij generalis electorũ.postꝙ autoritate principis fuit cõcessum habẽt vim legis ꝛ iuris ciuilis.

4 Decreta facta a populo sunt ius ciuile.
5 Dictio alia includit criminales ciuiles iniustas ꝛ spirituales.
6 Ciuitas põt facere legẽ gñalem ex qua ius auferatur tertio.

Inuocato diuino suffragio quo mediãte veritas elucescat. Nam dñs prope est inuocãtibus eũ: ꝛ viso puncto superius express olicet supra satis p alios.d.consulẽtes ad saturitatem dictũ fuerit adeo vt respõsum iaz appareat: vt in.l.fundi trebatiani.ff.de vsufru.leg.nihilominus necessarium esse duxi de presenti consultatione aliqua elicere que dubiũ afferre videntur. Et demũ omnia illa soluere. Et primo illud verbum ĩ restitutione facta per dñm.P.C.legatum. Restituentes etiam ipsos ꝛ quẽlibet eorum ad famã ꝛ honores ꝛ alia ꝓut erante ant ascriptaeis ꝛ cuilibet eorũ.supra tamen in restitutione expresse facta erat mẽtio: vt.J.ꝛ.A.ꝛ fratres in puncto nominati restituti essent ad banni condemnationes inquisitiones ꝛ processus: ꝛ ita omnia aboleri mãdatũ fuit in restitutione memorata. Cui⁹ legati de latere potestas nõ parua imo magna ꝛ amplissima potestati principis seu pape est equiparata ꝛ primo hoc assumo ex text.iuncta eleganti glo.in.c.nobilissi mus.xcvij.di.sic dicente † ꝙ vbi legatus de latere aliquid facit iure legationis sue certe pricipi equiparãdus est in hoc amplissimã habẽs potestatem: ꝛ sic intelligo Specu.in ti.de lega.§.superest.ver.quid si d legati iurisdictione: vcz vt etiã eius legati oraculo viue vocis credat ꝛ in tit.de teste.§.j.versi.quid si aduocatus.in.l.ij.§.liquet.circa fines.C.d sum.tri.ꝛ fide catho.firmat hic Archi.i.d.c.nobilissim⁹.ꝛ Innocẽ.in.c.cum dilect⁹.de accu.ꝛ Joã.and.in.c.j.de offi.deleg.li.vj.de sentẽ.excom.ad eminentiã.de appel.c.constitutus.ꝛ gl.de sen.excom.c.sicut.ꝛ in.c.ad apostolice.de re iudic.l.vj.ꝛ.c.cũ olim essemus.de ꝑuil.ꝛ Lap.alle xij.ꝛ xxxiij.ꝛ Bart.in.l.j.C.de superindic.li.x.huius sententie est etiaz Bald.in.l.exemplo.C.de proba.ꝛ in.l.si qua per calumniã.ff.de episco.ꝛ cle.ꝛ maxime pondero hanc restitutionez factã esse de pertinentibus ad legationem suam.ꝛ adde bonũ tex.in.c.super his.de accu.imo dicit Joã.and.in.d.c.sup his.de stylo curie.fore vt sibi credatur etiã extra legationem suã solo ỽbo.id est viue vocis oraculo ꝓ quo est optima ratio tex.ꝛ glo.in.l.j.ff.de offi.prefe.preto. ibi credidit enim princeps qui ob singularez eorũ industriã ad hui⁹ officij magnitudinem electi sunt nõ aliter fore iudicaturos ꝙ ipse princeps iudicaturus esset: vt ibi ingt tex.ex quo fit vt maxima sit presumptio ꝓ legatis ꝛ potestatibus ꝛ solẽnitate: vt late explicat Spe.in toto tit.et maxime in.§.superest.ꝛ ꝑdictis adde do.Anto.de fidei stru.c.qd super his.ꝛ ĩ specie ad propositum nostrum potuit legatus antedictus restitutionez dictam cõcedere: qꝛ statuta facit perpetuo duratura l.c.fi.de offi.lega.l.c.ex parte.de verbo.sig.ꝛ.c.super quibusdã essent videnda.not.iiij.di.porro.ꝛ.lxxvi.dist.vtinam.imo † papa semper nitit saluare decreta ꝛ institutiones suorum legatorũ.de rescrip.c.veniẽs.ꝛ successiue omnia potest facere legat⁹ que nõ sunt pape reseruata specialr que oĩa singulat ponit gl.ĩ.c.ꝙ translationẽ.d offi.le.in.c.sicut venire.de exces.prel.ꝛ ponit eã Specu.in ti.de iurisdi.om.iudi.interpretatur etiam legat⁹ dñi.N.pape rescriptum quod maximum est in.c.j.de postul.prela.in verbo rescriptum nostrum interpretatus.ꝛ addo nota.de iudi.nouit. ¶ Quid plura imperiũ habet ĩ ꝓuinciam per eam gubernatam.vt.d.§.superest.ꝛ per Spec.quos casus potius laboriosum ꝙ subtile hic esset explicare.habet ergo restitutio memorata maximam potestatem: scilicet pape vel similez ꝓpter ꝓuinciam quam gubernat legat⁹.est etiam fundata dicta restitutio potestate imperio arbitrio ꝛ basilica reformatorum illoruz status dicte ciuitatis.M.habentiũ dicte ciuitatis vicariatũ ĩ plena forma a summo pontifice: qꝛ dicti dñi reformatores fuerunt electi a cõsilio populi representãte autoritatẽ dñi pape equiparabãtur principi. vt not.C.que sit lon.cosuetudo.sup rubr.de re.iudi.aliud.§.restat.vnde elegãter dicit bar.in.l.stipulationũ alie.ff.de verbo.obliga.qd † ꝓuisiones statuta ꝛ decreta ꝛ alia facta per presidentes autoritate ꝯcilij generalis electorum postquã autoritate principis fuit cõcessuz habebunt vim legis ꝛ iuris ciuilis: vt in proemio institutionũ in prima ꝛ scda constitu.C.ꝛ.l.ij.C.de vete.iur.enu.ad idẽ allego bart.l fi.ff.de de pe. † vbi facta decreta a populo erũt ius ciuile ꝛ orietur actio ꝑpetua que ciuilis dicitur.institu.de perpe.ꝛ temp.actio.in prin.ꝛ ĩ hoc non est differẽtia inter doct.licet sit in alio passu: an statuta facta ab episcopo marchione ꝛ alijs sint ius ꝑtorũ vel ciuile: sed in casu nr̃o tenet consiliũ ꝛ populus locum principis.addo Bal.in.l.receptitia.C.de cõsti.pecu.in.l.j.C.q admit.ad bon.pos.ꝛ bal.in.l.sancim⁹.C.de dona.ꝛ que no.Jo.an.in addi.specu.in ti.de instru.edit.in.§.porro.l addi.q̃ incipit hec subscriptio.fundamẽto hoc facto ꝯsidero verbum vnũ in restitutiõe facta per dictos dominos.scilicet restituerũt omnes ꝛ restitutos esse voluerunt in omni ipsorũ iure pristino.etiã si predictorũ restitutorũ aliquid hodie,scilicet tẽpore restitutionis,quomodocunqꝫ teneatur ꝛ possideatur cũ generali clausula nõ obstante ꝛ alijs oib⁹ opportunis ꝛ ita fuit facta vno tẽpore.demũ vna alia restitutio facta fuit alio tẽpore in qua omnes expresse restituti sunt ad criminales ꝛ ciuiles causas ꝓcessus prescriptiões ꝛ omnia. Unde veniendo per ordinẽ in vnaquaqꝫ restitutiõe: ꝑmo assumo illã dñi.P.legati de latere.C.in qua restituit in specie dictos fratres ab omnib⁹ ꝓcessib⁹ criminalib⁹ ꝛ ad famã ꝛ honores ꝛ alia ꝓut erant antea scripta eis que restitutio iuri cõmuni cõformis est.l.qd si minor.in.§.restitutio.de mino.ꝛ postquam expressam mentionẽ facit de criminalib⁹ ꝛ postea dicit ad alia.hec dictio alia nõ intelligit ampli⁹ in criminalib⁹ rõne vitãde supfluitatis.in.§.quibus.in prima cõstit.C.intelligitur in ciuilibus aliquã in multis similitudinẽ habẽtibus cũ criminalibus: licet in multis differãt.vt late per Bar.in.l.si ff.de priua.delic.in.l.j.C.quãdo ciuilis actio preiudi.criminali.ꝛ.l.j.ff.vi bo.rap.ꝛ late per dictũ Anto.in rub.de iudi.post Inno.in c.qualiter ꝛ quãdo.de accu.no in.l.quid ergo.§.pena grauior.de infa.in.l.agraria.de termino moto.vnde per similitudinẽ processus libelli lit.cõtest.ꝛ sententie in eis requisite,scilicet criminalibus ꝛ ciuilib⁹ dũ dicit ꝛ ad alia intelligit de ciuilibus.l.si fugitiui.C.de ser.fugiti.quasi dictio talis sit implicatiua similiũ.preterea talis dictio ꝛ ad alia de necessitate debet intelligi de ciuilibus propter dictionẽ ꝛ: que cõiunctio est ꝛ cadit inter diuersa in rub.ff.de iur.ꝛ facti igno.vbi glo.ergo cũ.s.dixerit de criminalibus hec dictio,ꝛ ad alia intelliguntur de sentẽtijs ciuilibus cuz causarũ ꝛ indictorũ tẽpororaliũ de quibus tractam⁹ quoddã est criminale: quoddã ciuile: ꝛ quodã mistum. Criminalia dicunt quorum finis est cõmoduz partis ꝛ interesse publicũ seu vindicta publica. Ciuilia quorũ finis est cõmodũ partis ꝛ interesse ꝓuatũ. Mista que participant de interesse partis ꝛ vidicta priuata ꝛ publica.exemplũ in.c.tue.de procura.iste distinctiones habentur in.c.forus.de verb.sig.ꝛ in iuribus supradictis.vnde manifeste apparet qd de ciuilibus intelligitur. ¶ Et alio respectu qd dicta restitutio extẽditur ad processus ꝛ sñias ciuiles adduco: qꝛ si restitutio est facta ad maiora: ergo ad minora extendit faciliter ꝛ ad alia vt ĩ.c.sedes.ꝛ lata materia in.c.cũ in multis.de rescrip.lib.vj.addo nota.in clemen.nõ potest.de ꝓcura.et ꝙ pulchre approba.Bar.in.l.sed ꝛ si quis.in.§.quesitũ.ff.si quis cau. imo in terminis ad propositũ nostrũ adduco glo.sing.in clemen.j.in 5 versi.quãuis alia.de re iudi.vbi dicit † qd ista dictio alia includit criminales ciuiles mistas ꝛ spirituales quã ĩ ꝓposito meo magnifacio. ꝛ pro hac decisiõe ipsam principalẽ noto.adduco etiã singularẽ not. Inno.ꝙ ciuilia includuntur a fortiori in.c.cũ olim.de offi.c.deleg.qñ expressit grauiora dictio alia traditur ad omnia: sꝫ si leuiora in rescripto exprimant ꝛ postea mihi facit aliquas iniurias nõ potero de homicidio accusare.sed ecõtra casus videtur vbi grauiora expressa fuerunt scꝫ criminalia ꝛ ad leuiora: scilicet ciuilia volum⁹ facere extẽsionem per dictionẽ alia certe possumus vt pulchre firmat Inn.in.c.dispendia.de rescrip.lib.vj.ꝛ approbat dictus Anto.in.d.c.sedes.de rescrip.ꝛ predicta cõfirmantur vt dicti verbi sit aliqua operatio ꝛ effectus.de leg.j.si quãdo.de priuil.c.si papa.lib.vj. ¶ Quibus omnib⁹ visis illud tritũ ꝛ vulgatũ dubiũ tango: an dictus legatus de latere cardinalis potuerit tollere ius acquisitũ alteri per sentẽtiam hmõi restitutionem cõcedendo. Itẽ quid de restitutione prefatorũ dñorũ status reformatorũ vbi restituũtur predicti fratres ad bona hodie per alios possessa ꝛ dicta restitutio bene roborata est cũ clausulis opportunis ꝛ maxime clausula nõ obstat. Nã primo licet dubitatum fuerit an princeps tollere possit iusgẽtium.scilicet dominia de iuregẽ.inuẽta in.l.ex hoc iure.ff.de iusti.ꝛ iure.l.qd dñiuz rei mee an possit auferri possit.ꝛ licet in dubio gl.videat velle qd nõ in.l.rescripta.C.de preci.impera.offe.pro qua satis implicita ratio.l.quoties.C.de preci.ĩpe.offer.in.l.si contra ius vel vtil.publi.in.l.fi.C.de errore aduocatoruz, quibus cautum est ius alterius in totũ auferi seu euelli nõ posse.quia dico multiplici capite ius acquisitũ per sentẽtiã alicui potuit auferri per principem ꝛ alios qui loco principis habentur. Et primo hoc allego tex.in.l.item si verberatum.§.penul.de rei ven.vbi cũ causa dñiuz potest auferri ꝛ alteri concedi.firmauit Bar.hoc in proemio digestorum.ꝛ idem in.l.j.in fi.de cõstitu.prin.que maior causa potest esse qd qꝛ late fuerunt dicte sententie dictis fratribus rebellib⁹ ciuitatis existentibus propter passiones ciuitatis aut partialitates qui nõ potuerunt tempore prefate rebelliõis iura sua nec causas defendere: ꝛ ideo restitutio emanauit ꝛ ratio prohibite defensionis qꝛ ad ciuitatẽ non erat totus accessus ergo iusta causa.in clemẽ.pastoralis.de re iudi, posuit Inno.in.c.preterea.de dila.in extrauagã.ꝑsenti.de rescrip.et legiste oẽs.in.l.ij.ff.si quis in ius voc.nõ ie.l.de etate.vbi per Barto.in fi.ff.ad trebel.accedat pro hac sententia tex.in.l.si quis sepulchrũ.de religio.vbi de iusta causa fit mẽtio.ꝛ compelli debet iusto ꝑtio ꝛc. Et accedat ratio tituli.de bo.dãna.imo plus dicit Ange.in.d.l.itez si verberatũ.§.pen.sine causa potest princeps dominium auferre vni ꝛ dare alteri sine preiudicio recipiẽtis per.l.ij.ꝛ.l.bñ a zenone.C.de q̃dri.pre scri. Idem ipse ang.firmauit in.l.cõstat.cõmunia prediorum. vbi nõ solum hec potest facere princeps sed per statutũ ꝛ cõsuetudinem põt auferre ius alteri⁹ singularis persone.argu.l.si pẽdẽtes.§.si quid.ff.de vsufru.ꝛ firmat hoc vltimũ Inn.in.c.j.de cõsue. Aliqd in simili in.c.in nostra.de iniur.ꝛ dã.dato.ꝛ Ang.idem vnũ verbũ in

l.conuentionũ.ff.de pac. Quinimo dicit Bart.in.l.antiochen.de pri-
6 uil.cred.† ciuitatē posse facere legem generalem ex qua ius auferat
tertio vt fecit in casu nostro in beneficium omniũ quorũcũq; bãnito-
rum cõfirmatoꝝ ⁊ rebelliũ.⁊ ita tenetur hec declaratio hoc modo di
cto Inno.in.c.que in ecclesiarũ de cõsti.vt intelligatur faciendo legē
particularē.l.si priuatus.qui ⁊ a quib⁹,vt illa nõ nocet.l.quoties.ff.
de pollicitationib⁹. quēadmodũ põt facere ciuitas super rebus suis
generale statutum.l.prohibere.§.plane.ff.qd vi aut clam. ⁊ nota de
publi.l.cesar.⁊ pōnit Bal in.l. ciuitatis.ff.si cert.pe. ¶ Ad cõfirma
tionē oium predictorũ accedat text.in.l.luci⁹.ff.de euic.⁊ que notauit
Archi.j.dist.ius ciuile.⁊.ix.q.ij.per principalem. Itē ex alio capite
pósita sine p̄iudicio veritatis: q: ita veritas esset qd alio mõ nõ posset
tolli semp tolli põt ex plenitudine potestatis. Naz clausula de pleni-
tudine potestatis est inter alias duas pricipales,s.clausula nõ obstã-
te ⁊ clausula ex certa sciētia. Et veritatē in omnibus restitutionibus
princeps vel ciuitas aut legatus tacite sententiã attestãtur in narra
tione sed expresse est in vna clausula nõ obstãte que validat rescriptũ
seu restitutionē ex plenitudine potestatis. ¶ Si dicat nõ obstãte ali-
quo in cõtrariũ faciente. ita Bar.firmat in.l.fi.C.si cõtra ius vel vtil.
publi. Bal.expresse de pace constã.in ver.liuellariũ.⁊ Bald.in.l.eos
C.de ap.adde no.in.l.sz ⁊ si qs.§.quesitũ.ff.si qs cautio.in.l.iubem⁹.
C.ad vellei.in auc.de test.iperfectis.§.peñ.⁊ ĩ auc.hoc inter liberos.
C.de testa.⁊.Bar.ponit in extraua.ex reprimendũ.in ver.nõ obstan
tibus.imo venienti contra factũ superioris debet imponi perpetuuz
silentium: quia ciuitas indultũ fecit scienter ⁊ notorie pro bono ciui-
tatis ergo ex certa scientia.ergo nõ potest venire contra id qd factuz
fuit ex certa sciētia vt eleganter firmauit Bal.de pace cõstan.in ver.
si quis autē facit.l.idē vlpianus.ff.de excus.tuto. ¶ Quib⁹ ita dictis
concludo qd si etiam per superiorem nõ posset tolli dominium alteri
quesitum quod nõ est verum semper tolli potest dominium quesituz
per sententiam vt eleganter reperio firmatum per Bal.in.l.fi.C.sent.
rescin.non posse. Tamen in omni sentētia intelligitur clausula salua
summa potestate principis.l.fin.C.de legi.vel eius intelligo qui loco
principis habetur.vt.s.dixi.qd dictũ noto ⁊ põdero pro hac decisio
ne multũ vt ius acquisitum per sententiã sit acquisitum per medium
iuris ciuilis.⁊ sic iure ciuili.ideo facilius etiam quam ius gentium et
hoc indubitanter est verum cũ sit in ea clausula derogatoria accedat
l.humanũ.C.de legi.⁊ qd notat Io.an.in.c.j.de exces.prel. ⁊ in.c.j.de
cõsti.⁊ qd no.Cy.in disputatio. sua precessit dispositio derogatiua et
eleganter in dicta autē.hoc inter liberos scilicet clausula nõ obstante
§.item cũ sit in materia ⁊c. Certa scientia notoria. sed pl⁹ adhuc põt
tolli qd de iure ciuili est.l.ij.§.exactis.ff.de orig.iur. puta qr nõ trãs-
iuerit in contractum actio vel concessio cum nõ subdito.vt ponit In
nocē.de iudi.c.nouit.quem intelligo ita in.c.in nostra.de iniu. ⁊ dam
no dato. ¶ Et addo Bar.in.l.priuilegia.C.de sa.san.ecc. Et que di
xit domi.Flo.in l.perpendimus.de senten.excommu. Sed cũ subdi-
to ea etiam que transiuerunt in contractum multi tenēt quod potest
tollere nudo verbo dicta.l.priuilegia.per arg.a speciali.vel ratione ces
sante.l.generalis vtilitas subditoꝝ in restitutione versatur nec trans-
iuerat in contractum imo subditi quibus facilius preiudicium nudo
verbo principis potest afferri.in clemen.dudum.in.§.veruz.de sepul.
¶ Ex quibus omnibus de iure firmiter concludo dictam sententiã
aduersus quam restitutio cõcessa fuit in puncto positam executionē
non mereri nec de iure,nec de consuetudine,nec statutario iure. Et ita
dico ⁊ cõsulo Ego Ludouicus bologninus minimus vtriusq; iuris
doctor ⁊ eques iura ciuilia ferrarie ordinarie de mane legēs.⁊ in fidē
predictorum me subscripsi ⁊ solitum sigillum apposui.

¶ Finis Prime partis Consiliorum Panormitani.

¶ Secunda pars Cōsiliorū seu

Allegationum eiusdem domini Nicolai de Tudeschis cū Summarijs ꝛ numeris: vt materie notatu digne facilius inueniantur appositis, subsequitur.

¶ Casus consilij primi.

Quidam nomine Cola ciuis ꝛ

habitator Fani manifestus vsurarius vt probari dr: volens suo pudori parcere: ꝛ sepultura ecclesiastica nō carere: ac testādi facultate nō priuari accersitis rectore parochie notario ꝛ testibus sub infrascripta forma cautionē prestitit. Asseruit em̄ qꝺ ad ei⁹ notitiā ꝑuenit qꝺ nōnulli susurrātes ꝛ zizaniā seminātes conātur eū diffamare ꝙ ipse exercet ꝛ exercuit vsurariā prauitatē quodq̧ fore minime verū ip̄e attestabat̄: volensq̧ oīno linguas incidere maleuolas ꝛ oib⁹ oñdere se fore ab hmōi reatu innocentē suū post infrascriptā cautionē ꝑstitam testm̄ ꝛ vltimā volūtatē solēniter cōdere ꝓmisit venerabili viro dn̄o Nicolao Bartoli rectori eccl'ie sancti Leonardi ꝛc. ꝛ Dn̄:co notario ꝛc. qꝺ si q̊ tp̄e apparebit legitime vel apparere poterit qꝺ ip̄e aliquid ab aliquo vel aliquib⁹ ꝑ vsurariā extorsisset prauitatē totū illud ꝛ qcquid legitime monstraret̄ integre restituturū volensq̧ in ꝑdictis idonee cauere: rogauit nobilē virū Ioānē ꝛc. vt ꝓ eo solēniter ꝓ ꝑdictis fideiuberet ꝛc. ꝛ ita subsequēter dictus Ioannes gn̄aliter fideiussit. ¶ Querit̄ nūc cū successiue fecerit duo testamēta: in quoꝝ p̄mo dn̄m Hugolinum ꝛ filiū adoptiuū dicti testōris instituit hr̄des. in scd̄o ꝟo bona sua distribui iussit in opus certi pontis publici cui⁹ refectio spectat ad certam ecclesiam seu hospitale. Nunquid vigore predicte cautionis aliquid dictorum testamentorum deprehendi possit.

¶ Consilium. j.

1 ☞ Usurarius manifestus debet carere sepultura ecclesiastica donec de vsuris extortis idonee satisfecerit.

2 Usurarij manifesti non debent interesse testamentis.

3 Ius vbi exigit aliquid sub certa forma seu qualitate tunc non sufficit factum sine forma ꝛ qualitate adimpleri.

Omnipotētis

dei genitricisq̧ Marie humiliter postulato ꝑsidio. Quamquā multa ꝯ dictā cautionez obijci posset: q2 tn̄ ise clara nō sunt sed in doctorū opinionibus posita: ne videar rē mihi prorsus indubitabilē dubitabilē ostēdere: iō breuiter ꝛ audacter cōcludo nullū dictorū testamentorū vires aliquas habuisse. sꝫ nulli⁹ prorsus existere firmitatis. ¶ Et ꝓ hac mea cōclusione dico esse casuz apertissimuz q cauillari q̊quo mō nō pōt. in. c. ij. de vsuris. li. vj. ibi em̄ in p̄ncipio disponit̄ † vt manifestus vsurarius (1) careat eccl'iastica sepultura donec de vsuris extortis ꝓut ipsius vsurarij patiunt̄ facultates idonee fuerit satisfactū. aut idonee illis ꝑsonis de quib⁹ ibi de restitutione fiēda cautū fuerit. Et q2 in p̄ncipio fecerat mētionē de cautione in gn̄e subsequēti. §. certā. dat formā huic cautioni dicēs qꝺ si restituēdarū vsuraꝝ si quātitas manifesta illā semꝑ in cautiōe exprimi volumus alioq aliā. s. exprimi volum⁹ recipiētis cautionē arbitrio moderādā. Deinde in. §. null⁹. disponit̄ qꝺ null⁹ manifestoꝝ † vsurariorū (2) testamētis intersit nisi de vsuris satisfecerit vl' de satisfaciēdo ꝓ suaꝝ virib⁹ facultatū ꝑstet vt ꝑmittat̄ idonea cautio. Ultio subijcitur ibi clausula gn̄alis i hec ꝟba. Testamēta q̊q̧ manifestoꝝ vsurarioꝝ aliter facta nō valeāt sꝫ irrita fore ip̄o iure. tex. em̄ i. d. §. nec tn̄. nō est cōtēt⁹ simplici ꝛ gn̄ali cautiōe: sꝫ dat formā vt si q̄titas extorta sit manifesta: illa semꝑ debeat exprimi al's debeat exp̄mi alia certa q̄titas arbitrio recipiētꝭ moderāda. q̄ qdē forma ē necessitatis vt ptꝫ ex ꝟbo volum⁹ ibi posito: qꝺ iducit ius nouū necessitatiuū. vt ē tex. iūcta gl. in cle. vnica. de off. vica. ħ qdē clare ꝓbat̄ in. d. §. null⁹. vbi disponit̄ qꝺ null⁹ debeat iterēe testamētis manifestoꝝ vsurarioꝝ nisi ꝺ vsuris satisfecerit aut de satisfaciēdo vt ꝑmittit̄ idoneā ꝑstiterit cautiōez vn̄ pōderādū est illꝺ ꝟbū. vt ꝑmittat̄. ꝛ sic refert se ad cautiōez qualificatam mō ꝑdicto. tertio ħ ꝓbat clausula retractatiua in fine posita. dn̄ dr̄ qꝺ testamēta manifestoꝝ vsurarioꝝ aliter facta sint irrita ip̄o iure. pōderāda sunt em̄ illa ꝟba aliter facta ꝛ sic apte innuit qꝺ forma cautiōis ibi tradita sit de substātia: clausula em̄ i fine apposita ad oīa ꝑcedētia refert̄. vt in. c. inq̄sitioni. ꝛ. c. ij. requiris. de ap. plane ꝑ bar. i. l. talis scriptura. de le. i. ꝛ in. l. ꝑtor. §. ij. ff. vi bo. rap. ꝑ Spe. i ti. de instr. edi. §. nūc aūt vidēdū. ꝟ. itē excipere. Et qꝺ forma illi⁹ cautiōis vltra ꝑdicta sit verisimiliter substātificata ꝓbat̄ ex grādi ipsi⁹ vtilitate et graui dispēdio qꝺ iᵭe ea nō obseruata subsequit̄. Si em̄ eēt sufficiēs cautio gn̄alis supra posita impossibile eēt qꝺ vsure restituerent̄: tum quia de facili non potest probari quantitas extorta: tum q2 plerīq̧ a quibus fuerūt extorte se absentarūt vel mortui sunt vel nō valētes ꝓbare nō cōparēt, ꝓpterea nūq̄ exoluent̄ merita pauperib⁹ iuxta. c. cū tu. de vsuris. nā ꝓmisit dict⁹ Cola se restituturū illis dūtaxat q legitime ꝓbauerint ab eis aliqd fuisse ꝑ vsurariā prauitatē extortū. ꝛ sic ꝓ incertis nullā cautionē ꝑstitit ergo nō sufficiēter cautū. iura em̄ ꝯsiderauerūt qꝺ de facili qcqd fuit ab vsurario extortū ꝓbari nō pōt. vt in cle. vnica. de vsu. iō voluerūt qꝺ in cautiōe ꝓmittit̄ certa q̄titas arbitrio recipiētis moderāda vt sic nō cōparētib⁹ oibus a qb⁹ pecunie fuerunt extorte restitutio fiat pauperib⁹. d. c. cū tu. no. gl. in. d. c. ij. eo. ti. li. vj. q̄ est in ꝟbo satisfieri. facit qꝺ no. Feder. de se. ꝯs. c. j. dicta ergo cautio oino est insufficiēs. † Preterea vbicūq̧ ius exigit aliqd sub certa forma seu qualitate nō sufficit factū adīpleri sine forma seu q̄litate requisita imo paria sunt tali casu facere ꝯ ꝛ ꝑter formā. hec ꝓbant̄ in. c. si cui. ꝛ. c. sicut cū. de elec. li. vj. ꝛ. c. fi. de resti. spo. ꝛ. c. cū dilecta. ꝺ rescrip. ꝛ. c. prudētiā. ꝟ. illa qppe. de offi. dele. ꝛ. l. cū antiqtas. C. de test. ꝛ. l. heredes palā. in fi. ff. eo. ꝛ. l. diligēter. ff. mā. ꝛ qꝺ no. bar. in. l. filio preterito. ff. de iniust. rup. ꝛ irrit. te. ꝛ. l. j. §. sꝫ si fili⁹. ꝛ de le. iij. Et hāc conclusionē in terminis reperio tenuisse do. Ange. de perusio in q̄dā sua solēni disputatiōe q̄ incipit Astēsis miles. in ꝟ. ij. dubitat̄. vbi q̄rit an cautiōis forma tradita in ca. q̄q̄ possit mutari ꝛ tolli. ꝛ dr̄ qꝺ nec tolli pōt nec forma mutari ita qꝺ cauēdi forma lenior eēt ꝛ nō vtilis aīe vsurarij ꝛ illis a quib⁹ ꝑsumunt̄ vsure extorte. nā si diceremꝰ ꝯtrium daret̄ vsurarijs occasio nō redeūdi ad pn̄iam nec ad cōtritionē satisfaciendi ꝛ restituēdi vsuras extortas ꝛ iō scd̄z eū illa ꝯstitutio velut turpe disponēs est nulla: sꝫ si forma eēt grauior ꝛ vtilis aiab⁹ vsurariorū ꝛ illis a quib⁹ eēnt vsure extorte tūc valeret dicta ꝯstitutio: ꝛ lꝫ valeat ꝯstitutio inducēs grauiorē formā tn̄ fꝫ eū sufficeret ad testōꝝ valorē qꝺ ꝑstita esset in forma tradita. in. d. c. q̄q̄. ꝛ hoc vltimū est fꝫ Io. an. i nouella in ꝟbo absentib⁹. qꝺ est nota. dignū. nā ep̄s vl' ali⁹ citra papā nō pōt statuere ꝯ ius canonicū remittēdo formā ꝑ hoc introductā. vt in. c. qꝺ sup his. de maio. ꝛ obe. ꝛ. c. igit̄. xxv. q. ij. plene ꝑ Io. an. in. c. fi. de offi. archi. ꝛ. c. vlt. de ap. li. vj. no. Fede. ꝯsi. xvij. quinimo nec solēnitates iudicioꝝ tollere possent ꝯstitutionē ēt legati Car. nec posset specifice mādare: vt in causa plenaria ꝓcedat̄ simpliciter ꝛ de plano: ꝛ q2 inferior nō pōt tollere legē superioris. vt dr̄ tex. in cle. ne romani. de ele. ita cōcludit gl. no. in. c. fi. de here. li. vj. in ꝟ. figura. et originaliter fuit dictū Spe. in ti. de ꝓba. §. supest. ver. sed nūqd potest cognoscere. hinc dixit idē Spe. eo. ti. §. nūc oñdendū. ver. xlviij. legatū non posse supplere defectum commissum in cōtractibus vel iudicijs. Notandū est etiā ex opi. Io. an. ꝛ Ang. ꝙ cōstitutio inferioris a papa nō posset validare testm̄ inducendo grauiorē formā q̄ contenta sit in. d. §. q̄q̄. ꝛ ita in effectu sub alijs terminis cōsuluerūt Paul. Lau. Pun. ꝛ do. Bart. de saliceto bononie vt refert do. Pet. de ancha. in solēni cōmēto. c. canonū. de cōsti. mot⁹ principaliter qꝺ facultas testādi fm̄ cōem opi. est de iuregētiū: lꝫ solēnitas sit de iure ciuili iuxta no. in. l. qui testamento. §. seruus. ff. de testa. nō pōt inferior tm̄ preiudiciū tentare: qꝺ ꝑsumere noluit ip̄emet p̄nceps cum tāto preiudicio tertij nec ipse sine illorum consensu quorum interest statuere vt no. in fine Inn. in. c. vestra. de loca. ¶ Ex his clare patet quod forma cautiōis de qua. in. c. q̄q̄. est intantum de substantia, vt nedum ipse vsurari⁹ cōueniri nō possit: sed nec ꝯstitutio inferioris a papa. Ad predicta facit. l. nemo pōt. de leg. j. ꝛ quod ibi no. Bar. ꝛ. c. tua. de test. ꝛ. l. ius publicū. ff. de pac. ꝛ. c. si diligenti. de fo. cōpe. hic idē senserūt Arc. ꝛ Ioā. an. in. d. c. q̄q̄. in eo qꝺ ibi tex. requirit vt in cautiōe illa adhibeantur aliqui fidedigni de illa parochia ꝛ ipsi ibi dicūt hoc nō esse de substantia vt de parochia sint sed ad bene esse: satis em̄ est qꝺ sint idonei. allegant ad hoc. iiij. q. iij. ad finē. ꝛ. ij. q. ix. si debitū. ꝛ qꝺ no. iij. q. v. canonica. in gl. j. que innuit ꝙ alia que ibi exiguntur sint de substātia. facit qꝺ in fi. no. per Bar. in. l. ij. §. prius. ff. de vul. ꝛ pup. ꝛ per doc. in. c. cuz dilecta. de rescrip. Et maxime corruit vtrūq̧ testamentū si doceri pt̄ quod post cautionē cōtinuauit vitium vsurarij etiā si cōtinuasset nō manifeste sicut prius q2 ex ꝯtinuatione apparet quod nō erat correptus tp̄e cautionis: sed in fraudē legis eā prestitit. de peni. distin. ij. c. j. qꝺ etiā presumitur ex alio. q2 iste in cautione sua negabat se esse vsurarium ꝛ peccati venia nō datur nisi cōtrito vt in regula peccati venia. lib. vj. ꝛ in. d. c. cū tu. ꝛ qualitas manifesta primo existens sufficit q2 nō requirit̄ illa qualitas omni tēpore. ff. quod vi aut clā. l. j. §. illꝺ. cum sua gl. ꝛ omnis residua est peior sua radice. vt. c. arrianus. de hr̄. li. vj. bonus tex. ꝛ hec materia in ratione sui. Et per hāc cōclusionem non tenet testamētū vsurarij manifesti etiam si idonee cauisset. ex quo postea continuauit vitium licet non manifeste. idem etiam consuluit Fede. de se. consi. viij. vbi ponit ad literam ꝛ sequitur Io. de lig. licet non faciat mentionem de Fed. in cle. vnica. eo. ti. ꝛ Pet. de anc. in. c. quia eo. nec moueat quēquā ad pias causas in effectu iste videatur testatus: quia manifestus vsurarius indistincte inhabilitatur ad testādum: ita quod etiā ad pias causas disponere non potest etiam in codicillis: q2 tex. ille loquit̄ indistincte. ꝛ hoc aperte tenuit Bal. ꝛ bart. in. l. i. C. de sacrosan. eccle. facit qꝺ in fi. no. Ioan. and. in. d. c. q̄q̄. nā cum bona ista veniant ad succedentes ab intestato. arg. autē. bona

damnatorum.C.de bo.dā.non debent in preiudiciū eorū talia relicta
valere ⁊ maxime q₂ videntˀ respuenda talia relicta per hos peccato⸗
res.ar.d.c.q₂ in omnibus.⁊ qᷓ no.Bar.in.l.j.C.de sacrosan.eccle.p̄⸗
alle.⁊ aperte Bar.⁊ Bal.in.d.l.j.in ver.vj.ſm ꝯclusionē predictā vt
necessario sit seruanda forma dicti.c.ꝗꝗ.ad validitatem testamēti.
Et hec sufficiant.Nico. Abbas.

Consilium.ij.

1 Usurarius manifestus quis dicatur.
2 Usurarius manifestus quatuor modis probatur.
3 Mulier dicitur palam questum facere etiam si faciat in domo cuili⸗
bet postulanti.

Illud in facto queritur an
illud.defuncti testamētū irritū sit censendū q post mortem
probatur sepenumero vsurariā prauitatē cū diuersis ꝑso
nis exercuisset ⁊ eū hoc vitio irritū ⁊ inuolutū:solennē famā tempore
suo extitisse:ꝑsupposito qᷓ cautionē de vsuris restituēdis nō ꝑstiterit
saltē i forma debita vt ius canonicum exposcit. Saluatoris Jesu
christi eiusqꝫ douotissime genetricis ꝑsidio semper inuocato.Huiꝰ du
bij decisio depēdet ab intellectu.c.quāquā.de vsur.li.vj.nā illud.c.ip̄o
facto irritat testamentū manifesti vsurarij cautione in forma ibi tra⸗
dita ꝑ testōrē nō prestita. Uidendum est ergo quis dicatur mani⸗
festus vsurarius quo ad dispositionē illius.c.⁊ cōsequenter appare⸗
bit an testamētū de quo queritˀ sit inualidū.In hoc dubio varias ca
nonistarū ⁊ legistaꝝ reperio sentētias.Et p̄mo Joā.an.facit sup hoc
duas gl.quaꝝ vnā posuit in.d.c.quāquā.aliā in.c.j.eo.ti.⁊ lib.in.d.c.
1 j.†dixit illū esse vsurariū manifestū ꝯ quem militat notoriuꝫ iuris vel
facti.iuris,q₂ fuit cōfessus vel cōdemnatꝰ ⁊ intelligo cōfessus.s.in iu⸗
dicio:q₂ vt infra dicetur cōfessio extraiudicialis nō reddit factum no
torium.facti,q₂ habuit euidētiam q̄ nulla recusatione celerari posset:
vt q₂ tꝫ altare paratū.hec videntˀ probari in.c.vestra.⁊.c.fi.de coha.
cle.⁊ mu.⁊.c.olim.de ver.sig.facit qᷓ legitur ⁊ no.in.l.ictus fustium.
ff.de his qui no.infa.⁊ in his omnes conueniunt vt no.in.c.q₂.⁊.c.cū
in dioceſi.de vſu.⁊ per Fed.conſi.viij.⁊ Bar.in.l.ij.ff.de fur.⁊ Ang.
in disputatione sua que incipit astēsis miles in.ij.col.Tertio dt predi
cta glos. qᷓ ep̄s poterit publicare eos si cōuicti fuerint coram eo vel
contra eos fiat probatio testiū vel sint certa argumenta cū fama.alle
gat.c.cū tu ⁊.c.i dioceſi.de vſur.⁊ ponderāda sunt hec verba,nō enim
dicit quod dicantˀ manifesti per solā cōuictionē vel cōfessionē seu ar⸗
gumenta cū fama.sed qᷓ predicta sufficiunt vt manifestentˀ ⁊ publi⸗
centur ꝑ ep̄m ⁊ sic a tp̄e publicationis ⁊ nō prius dicūtur manifesti
vsusurarij.nō eñ dt illa glo.qᷓ ep̄s per illas probationes declarabit
eos manifestos.Sed ꝙ eos poteris publicare ⁊ ita intelligit Fed.de
se.conſ.lxij.prope finē.⁊ dicit hec aperte no.gl.in.d.c.j.⁊.ij.firmat etiā
Ange.de peru.in dicta disputatione.in.ij.col. Et quatenus dicit illa
glo.de confessione intelligo extraiudiciali.nā si fuisset iudicialis red⸗
deret eū notoriū.vt.d.c.fi.de coha.cleri.⁊ mu.Ex predictis habemus
2 tres modos probandi manifestū vsurariū.gl.in.d.c. quāquā.† addit
quartum modum.s.cū corā sacerdote ⁊ testibus publice fatetur se vsu
rariū ⁊ vsuras restitui mādat forte libros rationis tradens.⁊ sic vide
tur velle illa gl.qᷓ ꝯfessio extraiudicialis facta corā sacerdote ⁊ testi⸗
bus facit crimen vsusariū manifestū.Sed Fede.in ꝯsi.xvij.dt illā gl.
posset negari:q₂ non ꝓbat qᷓ dicit ⁊ nihil allegat.vel sit vera ſm eū
qñ ꝯcurrūt illa de quibus in gl.illa vt q₂ fuit cōfessus coram sacerdo
te ⁊ testibus ⁊ restituit libros;seu mandauit vsuras restitui. alˀs ſm
eū per cōfessionē extraiudicialē factā corā quocunqꝫ presbytero nō cō
uincitur quis de crimine vsurarū:ita ꝙ crimen dicatur manifestum.
Nec etiā sup hoc valeret statutū ep̄i ſm eū tanꝙ ꝯ ius commune.Et
eodē modo videtˀ intellexisse illā gl.Ang.in dicta disputa.dicens per
illā gl.multa reqri cū cōfessio emanat extraiudiciū vt illa sola absqꝫ
publicatione reddat eū manifestū.ex his infert qᷓ cū sacerdos et ta⸗
bellio qᷓ ad recipiēdā ꝯfessionē seu cautionē vsurarū sint paris pote⸗
statis.vt.d.c.ꝗꝗ.qᷓ sola ꝯfessio facta corā notario ⁊ testibus quātū⸗
cunqꝫ publice non reddit cōfitentē ⁊ vsurariū manifestū:nisi post pu
blicationē.Idē dt Ange.si ꝯfessio emanasset corā iudice incompe⸗
tenti.illa eñ equiparatur extraiudiciali ⁊ multos producit effectus.
de quo tñ dicēdū vt plene no.in.c.at si clerici.de iudi.⁊.c.per inqsitio⸗
nem.de elec.⁊ fa.l.capite quinto.ff.de adul.⁊.d.l.ictus fustiū.de his q
no.infa.Cōcurrente ergo fama poterit scd̄m eum dici per argumen
ta conuictus vñ poterit publicari ⁊ ex nunc erit vsurarius manifestꝰ
etiā ante publicatiōes si vsuras mandauit restitui ⁊ tabellioni tradi⸗
dit librū suarū rōnum ſm iura prealle. Addidit Bart.quintum
modū.in.d.l.ij.ff.de fur.⁊ sequitˀ Ang.in loco prealle.dicēs ꝙ eoipso
efficitur vsurarius manifestus,qñ indifferēter quis i camera sua mu⸗
tuat sub vsura cuilibet postulāti;lꝫ nullum erexerit altare ad feneran
3 dum.⁊ hoc per.l.palā.ff.de ritu nup.vbi pꝫ†qᷓ mulier palam dr q̄stū
facere:lꝫ in publico se nō prostituerit.sed in domo sua vel alteriꝰ cuili
bet indifferenter postulāti.⁊ sufficit scd̄m eos hec probatio ad reddē⸗
dum testamentū nullū:absqꝫ vlla confessione ⁊ publicatione per ep̄m
facienda. Sextū ponit bal.in.l.j.C.de sa.san.eccle,dicens eū intel⸗
ligēdum manifestū vsurariū:de quo est cōis opi.quod sit manifestus
vsurarius positō qᷓ aut per duos aut tres testes probetˀ vsurarius.
Si aūt nō probetur opinio vel actus publice factus non dicitˀ mani⸗
festus etiā si appareat per codicē suarū rationū scd̄m eū.⁊ hoc dt sin⸗
gulariter ꝓbari per.l.scripturas.C.qui po.in pigno.ha. Pro vltimo
dicto qñ apparent tm̄ codices rationū:allego gl.no.in.c.sane.ij.xxiiij.
q.ij.in verbo liberorum. Septimus modus videtur no.elici ex tex.
iuncta gl.in.c.cum in dioceſi.de vſu.vt ꝑ famā ⁊ aliqua argumenta
seu adminicula ꝓbetˀ manifestus.⁊ hunc intellectū secutus est ibi re⸗
colende memorie do.Fran.za.postea Car.florentinus dicēs ibi suffi⸗
cere ad irritationē testamēti qᷓ post mortē ꝓbetˀ hec solennis fama.
intelligo cū aliquibus argumētis seu adminiculis.Hoc idē tenuit q⸗
dam doc.in.q.facti allegādo vt recitat Fed.ꝯs.lxij.sed eidē Fede.hoc
nō placet dicēti qᷓ illᷓ.c.loquitˀ quo ad imponēdā penā ꝯsilij gn̄alis
de quo in.c.q₂ in oībus.eo.ti.vt.s.vsurarius arceatˀ a cōione altaris ⁊
ab ecclesiastica sepultura:⁊ vt ab eo oblationes nō recipiantˀ q₂ hoc
expedit animabꝰ vsurariorū ⁊ an agitˀ de magno p̄iudicio secꝰ si age
retur ad irritationē testamēti.nā cū testm̄ sit res fauorabilis.de re iu⸗
di.c.fi.⁊.l.in testamentis.ff.de reg.iur.dꝫ reqri strictior probatio.Itē
scd̄m eū dispositio illius.c.reqrit ferendā sn̄iam:q₂ fama ⁊ argumen⸗
ta sufficiūt vt ꝑ iudicē possit vsurarius publicari:⁊ tūc per penas v₂⸗
geri.aū ꝟo publicationē nō pōt dici manifestꝰ.⁊ sic si decessit aū pu⸗
blicationē nō pōt dici qᷓ testm̄ fuerit cōditū ab vsurario manifestuꝫ
qᷓ requirit dictū.c.quāquā.⁊ hūc itellectū ad illū tex.posuit ⁊ tenuit
Host.in.d.c.cū in dioceſi.vñ exponit ibi tex.manifestos.i.manifestan
dos per sn̄iam iudicis.⁊ in.c.q₂ in ꝟbo manifesti.exponit.i.notorij et
sic videtˀ Host.velle qᷓ ꝟbū manifestū ponatˀ ibi ꝓ notorio iuris vel
facti.Attamē iudicio meo iste intellectus extorquet literā illius.c.cū
in dioceſi nā si bñ sciuisset papa dicere qᷓ deberēt prius publicari.ar.
c.ad audientiā.de deci.sed simpliciter dixit qᷓ si cōstiterit eos esse vsu
rarios manifestos ꝑ famā vt p̄ncipiū.c.intelligatˀ ꝑ alia argumēta et
ꝙ tunc ꝑ penā in lateranensi cōsilio statutā coerceātur. Unde pōde⸗
ro illud verbū si cōstit erit.Constet ergo iudici de publicato ꝑ famā
⁊ argumenta:nō aūt hoc est manifestādū ꝑ sententiā vt dixit Hosti.
nam de sn̄ia nulla ibi fit mētio.⁊ ideo teneo gl.⁊ sequētes.Nā placet
mihi restrictio quā facit Fed.vt illū habeat locū illa ꝓbatio respectu
penarū que habentˀ i.d.c.q₂.licet eñ fatēdū sit ꝙ de illis penis loquā⸗
tur ille tex.tñ cum.c.q₂,loquatˀ simpliciter de vsurario manifesto sicut
facit.c.quāquā.⁊ habeamꝰ illud verbū manifestū ꝯtra vsurarios.in
d.c.cū in dioceſi.ita debemus intelligere etiā quo ad dispositionem.c.
quāquā.vbi loquitur etiā de vsurario manifesto.ar.l.nō p̄nt.ff.de le⸗
gi.Ad hoc no.theoricā Bar.in.l.oēs populi.ff.de iusti.⁊ iure.in ver.
iuxta premissa.vbi dicit qᷓ propria verbi significatio sumitˀ ex auto⸗
ritate iuris vt si in aliqua iuris parte reperiatˀ illud vocabulū decla⸗
ratū.vt ꝑ totū ti.de ꝟb.sig.Itē nō apparet sufficiēs rō inter penas.c.
quāquā.⁊.c.cū in dioceſi.nā in.c.cū in dioceſi.agitur de pena sp̄ūali.
in.c.quāꝗ.de tp̄ali magis aūt est timēda pena spiritualis quā tēpo⸗
ralis.ar.xj.q.j.precipimꝰ.si ergo in penis sp̄ūalibus sufficiāt fama et
argumēta ergo ⁊ in tp̄alibꝰ.Intelligo tñ qᷓ argumenta seu iudicia
sint vrgētia ⁊ saltē cocludāt defunctū vsurariū fuisse.ar.eoꝝ q̄ legun
tur ⁊ no.in.l.iudicia.C.de ꝓba.⁊ hoc est admittēdū in odiū vsurario
rum q ꝯctus suos ita validāt vt vix possint apparere cōuinci vt cle.
vnica.de vſu.Nā vbi ꝓbationes de facili necessario ꝯcludētes nō re⸗
periuntur admittūtur ꝓbationes leuiores ⁊ tenuiores.vt in.c.preter
ea.de testi.⁊ in.c.cū dilecti.⁊ qᷓ ibi no.de electio.⁊.c. veniēs.ꝯ.de test.
Octauū modū ponit idē do.Car.in.d.c.cū in dioceſi.dicēs qᷓ cuꝫ
manifestū sit qᷓ probari pōt.vt no.glo.in.c.vestra.de coha.cle.⁊ mu.
si etiā post mortē ꝓbetˀ aliquē fuisse vsurariū:satis ꝓbatur qᷓ erat ma
nifestus vsurarius.⁊ hoc solū sufficiet scd̄m eū ad irritationē testamē
ti:Hoc simpliciter mihi nō placet.si eñ sufficeret sola existentia delicti
vsurarij ad qd iura exquirerent qualitatē manifesti vt cōiter faciūt.
vt.d.c.ꝗꝗ.c.q₂.⁊.c.cū tu.⁊.c.cū in dioceſi.prealle.iura eñ magis testā
tur ⁊ ꝑsequuntˀ delicta publica quā occulta.lꝫ ꝓbari possint.vt ꝓbatˀ
quantitatē pecunie quā ſibi dedit qñ iuit ad cōciliū Senenſe. Ad qđ breuiſſime dico nō: ad qđ allego expreſſe gloſſ. not. in. c. de ſta. reg. vbi dicit qđ ſingule eccl'ie debēt conferre cum ep̄o qñ vadit ad papā vel ad regem vel ad ſynodum: vel qñ facit expēſas ꝓ aliquibus negotijs cōibus totius dioceſis: pro hoc. xij. q. ij. c. vobis. facit qđ not. gl. in. c. q dam monachi. xvj. q. j. ꝛ qđ leg. ꝛ no. in. c. cū apoſtolus. de cēſi. Archiepiſcopus eñ vadit ad ſynodū ſeu ꝯciliū ꝓ cōi oim vtilitate cum fiat pro reformatione eccleſie vniuerſalis ꝛ membroꝝ ſuoꝝ: ideo ab oibus debet comportari: facit qđ leg. ꝛ no. in cle. ij. e. ti. Preterea clerici ſponte ſoluēdo etiam ſi fuiſſet indebitū vidētur illud donaſſe nec poſſunt amplius repetere: vt. l. cāpanus. ff. de ope. libe. ꝛ. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. Item pōt ep̄s inſtante neceſſitate petere charitatiuum ſubſidium: vt. d. c. cū apoſtolus. qđ cum tunc ep̄s petierit nec fuit ſibi denegatum nō poteſt clerus amplius repetere: qꝛ ex ſola penitentia nō poteſt donatio reuocari. l. iij. C. de reuo. do. ꝛ. c. fi. de dona. Nec ob. ſi dicat̄ ꝙ ſyndici cleri qui donauerūt dño archiep̄o illā pecunie quantitatē nō habebant ad hoc ptātē: qꝛ ſatis eſt qđ clerici ſponte ſoluēdo hoc approbarūt: ad hoc. l. ſi filius. ff. ad macedo. ꝛ qđ not. Bart. in. l. quo eñ. ff. rem rat. hab. vbi dicit qđ ſi aliquid factū fuit noīe meo qđ tendit ſeu tēdere poteſt i mei preiudicium: ꝛ ego ſciens facio aliquem actum poſitiuum qui tendit ad approbationē actus videor ꝑ hoc geſtum noīe meo approbare: ad quod optime facit cle. j. de procur. ꝛ qđ no. idem Bar. in. l. cum tabernam. §. idē queſijt. ff. de pign. Itē ſyndici ſoliti erāt palā ꝛ publice conſimiles donationes facere ex cōmiſſione officij: ꝛ ſic videt̄ clerus dediſſe hāc ptātē: ad hoc qđ leg. ꝛ no. in. l. ꝙ tuberonis. ff. de peculio. ꝛ in. l. ſi filiuſfami. ff. de don. ꝛ qđ no. Inn. in. d. c. veniēs. de verb. ſig. lib. vj. ꝛ quod habetur. in. l. non tātum. al's incipit paulus. ff. rem ra. hab. ꝛ ꝙ ibi no. Bar. Ex multiplici ergo via dico dictam pecuniam minime repeti poſſe. ¶ Poſtremo ad vltimū dubium condeſcendens quod eſt: an clerus a prefato archiep̄o poſſit petere vt contribuat ꝛ ſoluat partez ſuam de donationib⁹ quas fecit clerus ſummo pōtifici: ꝛ ſoluat certa datia indicta per clerum. Concluſiue breuitatis cā dico qđ nō qꝛ clerus non potuit donando etiam ſummo pontifici obligare archiep̄m ad cōtradicendum nec aliter imponere iſta datia pro vtilitate publica ſine licētia ꝛ cōſenſu dñi archiep̄i cuz ipſe ſit caput totius cleri: ꝛ penes eum ſit iuriſditio ꝛ non penes clerum. xij. q. iij. ſine exceptione. ꝛ. c. placuit. ꝛ. c. abbatibus. ꝛ. x. q. j. nouerint. ꝛ. c. regenda. ꝛ. xvj. q. vij. oēs baſilice. facit cle. ij. de cenſi. ꝛ. c. dilecta. de exceſ. p̄la. ſicut in ſimili dꝛ in vniuerſitate ciuitatis: vt ꝓ vtilitate publica nō poſſit ſine principe imponere hec onera extraordinaria: imo oīa ſunt interdicta: vt in. l. j. C. de ſuperindic. lib. x. maxime reſpectu eccleſiarum vt in. c. j. §. illicitas. de pa. iur. fir. col. x. ꝛ. c. ad decus §. item nulla cōitas. de teſt. cōtra. li. ecc. ea. col. plene Io. and. in. c. peruenit. de immu. ecc. vñ miror qđ dñs archiep̄s patiatur qđ etiā in iferioribus eccleſijs abſqꝫ ſuo cōſenſu hec onera imponant cū poſſet multū dānificare eccleſias ꝛ earū reditus ꝛ diminuere diuinuz cultuz: ꝛ ſubtrahere neceſſaria pauperibus: vnde ep̄s pōt exigere rōnem a cunctis clericis de reditibus eccleſiarū: ꝛ videre an qñ expendant xp̄i ſubſtātiam. x. q. j. ep̄m. ꝛ. c. cum ꝛ plantare. de priui. ꝛ ibi per Inn. hic tex. in c. non minus. de immu. ec. dicit qđ ep̄s ꝛ clerus debēt conſiderare hec onera imponenda. ꝛ mirum videret̄ ſi clerus poſſet compellere archiep̄m ſuum ad donādū: vel ad ſoluēdū onera ordinaria vel extraordinaria: vt ſic archiep̄s ſubijciatur ptāti cleri: cum clerus nullā habeat iuriſdictionē: licet pro ſuis neceſſitatibus poſſit facere vniuerſitatē q̄ tamen erit ſub ep̄o: iuxta no. per Inn. in. c. dilecta. de exceſ. prela. facit xj. q. j. de pſona. ꝛ. xviij. q. iiij. in vēditionibus. ꝛ. c. j. ꝛ. ij. de his q̄ fiunt a p̄la. cū ſi. ꝛ facit qđ ipſe Inn. in. c. cū acceſſiſſent. de conſti. ꝛ. c. regiſtri. de teſt. vbi dicit qđ etiā ſtatuta ſimplicia nō pñt facere clerici ſine ꝯſenſu ep̄i niſi circa leuiſſima. Et hec ſufficiāt. ꝛ ꝑ predicta patet rñſio ad omnia cōtraria ſuperius formata. Nicolaus Abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Laurentia mulier dedit et vēdidit

ſimul cū Ioanne marito ſuo ſibi cōſentiente ꝛ nō remanēte ſoluēdo vnaz domū ipſius Ioānis pro dotibus dicte Laurētie hypothecatam pro pretio centū florenorū cōuertendorū in reſtitutionē dotiū Catherine vxoris premortue dicti Ioānis: quas ſupradict⁹ Ioānes reſtituere tenebat̄ ꝛ iurauit nō venire contra ꝯctū venditionis predicte. Queritur nūc mortuo dicto Ioāne: vtrū dicta Laurētia poſſit ꝯſequi iura hypothecarū i dicta domo ſtāte lege municipali que i his terminis ſtat. ¶ Cōſtante vere matrimonio, ſi qua mulier de ciuitate vel comitatu Senarū refutationem vel donationem vel remiſſionem ſuoruz iuriū dotaliū fecerit vel ſolutionem antiquam receperit a viro ſuo vel alio pro eo de dotibus ſuis. Abſqꝫ cōſenſu quatuor ꝓpinquorum ſibi proximorū bone fame: quorū duo ſint ex latere patris ꝛ alij ex latere matris ipſius mulieris ipſo iure non teneat.

¶ Conſilium. viij.

1. Mulier poteſt renuntiare iuri hypothecarum ſuarum.
2. Maritus quādo remanet ſoluendo renuntiatio hypothece nō continet donationem.
3. Mulier pro viro nullo modo obligatur.
4. Iuramentum preſtitū cōtra legem editam in fauorez principalter priuatū eſt inuiolabiliter obſeruandum.
5. Iuramentum vbicūqꝫ eſt illicitū ꝛ iniuſtum ex parte recipientis: licet ex parte preſtantis poſſit ſine anime diſpendio ſeruari poteſt nihilominus peti abſolutio ab epiſcopo.
6. Iuramentū vt ſit vndiqꝫ licitū debet habere tres comites veritatem iudicium ꝛ iuſtitiam.
7. Iurās petēs abſolutionē a iuramento nō venit cōtra iuramentum.

Omnipotētis dei poſtulato ſuffragio. Tria ad deciſionem huius dubij videnda ſunt. ¶ Primo nunquid ceſſante iuramēto preiudicauerit ſibi mulier predicta in iuribus hypothecarū ſuaꝝ ex predicta venditione ſeu cōſenſu illi preſtito. ¶ Scđo preſuppoſito qđ nō. An ſaltē p̄iudicauerit ſibi ex iuramēti interpoſitiōe. ¶ Tertio admiſſo qđ ſibi ex iuramēto p̄iudicauerit. An ſuperſit eidē mulieri aduerſus tale iuramētum aliqđ remediū legitimū. ¶ Venio ad primū in quo prio vr̄ qđ ſibi preiudicauit † qꝛ mulier pōt renūtiare iuri hypothecarū ſuarum. in. l. iubemus. ꝛ. l. etiā. C. ad velle. ſed vendēdo vel cōſentiendo vēditione rei ſibi obligate videt̄ remittere illā obligationē: vt. l. ſicut. §. ſi voluntate cū ſeq. ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. ergo hec mulier fecit ſibi p̄iudiciū etiā ſine iuramēti interpoſitione. ¶ Sed hoc nō obſtāte cōtrariū in dubio dico verius. ſ. qđ ex tali vēditiōe circūſcriptio iuramēto nullū p̄iudiciū fuit mulieri rogatū. Primo hoc clariſſime patet ex forma ſuprafcripti ſtatuti qđ annullat ip̄o facto oēm ꝯctū initū ꝑ mulierem in preiudicium iurium dotaliū forma ibidez contenta non ſeruata q̄ in caſu noſtro minime interuenit ergo illa vēditio fuit nulla in preiudium mulieris cū vir nō eſſet tp̄e illius ꝯctus alr̄ ſoluēdo in dotibus reſtituendis: mulier eñ vēdendo ꝛ cōſentiēdo vēditioni rei ſibi hypothecate ꝓ dote vr̄ remiſſionē iurium dotaliū feciſſe: vt. d. §. ſi voluntate. qđ facere nō poterat obſtāte ſtatuto. Preterea dico ꝙ etiā ceſſante ſtatuto non p̄iudicauit mulieri dicta venditio meo iure cōi inſpecto. nā cōis eſt legiſtarū opi. ꝛ Bar. ꝛ aliorū in. d. l. iubemus. ꝙ tūc procedit illa lex: vt valeat remiſſio iuriū hypothecarū ꝑ mulierem facta qñ maritus in alijs reb⁹ remanet ſoluēdo. Si aūt nō remaneret ſoluendo talis renūtiatio mulieri nō p̄iudiicaret. Rō qꝛ † qđ maritus remanet ſoluēdo renūtiatio hypothece nō cōtinet donationē: vt in. d. l. etiā. ꝛ l. ſi pignus. ff. de his q̄ in frau. cre. ¶ Sꝫ qñ marit⁹ nō eſſet al's ſoluendo donationē ꝯtineret q̄ nō vꝫ inter maritū ꝛ vxorē: vt. ff. de do. inter vi. ꝛ vxo. q̄ſi ꝑ totū. Preterea qñ maritus nō eſſet al's ſoluēdo mulier ꝑ hanc renūtiationē eſſet obligata nō agere. nam ex pacto liberatorio qs obligat̄ ad nō agendū: vt. l. vbi pactū. C. de trāſac. l. ſi vn⁹. §. pact⁹ ne peteret. ff. de pac. † Sed mulier ꝓ viro nullo mō obligat̄ vt i auf. ſi qua mulier. C. ad velle. ergo renūtiatio nō valuit: ꝛ hoc tenuit Iaco. de are. in. l. meuia. §. fi. ff. ſol. mat. ꝛ Dy. in. l. pign⁹. ff. de his q̄ in frau. cre. ꝛ Iac. de bel. in auf. vt immobilia añ nup. do. col. vj. ꝛ Bar. in. d. l. iubem⁹. qđ dixi ꝑpetuo mēti tenēdū: ſꝫ marit⁹ nō remanebat hic ſoluēdo cū p̄dicta renūtiatio hypothece q̄ tacite reſultabat ex dicta venditione ſeu cōſenſu illi p̄ſtito non habuit in aliquo preiudicare mulieri. Nec ob. ſi dicat̄ qđ ipſa mulier fuit illa q̄ vēdidit nō aūt pure renūtiauit: qꝛ dico qđ p̄tiū nō fuit ꝑ ipſam receptū ꝛ ſic ceſſat qđ leg. ꝛ no. in. l. ſi vir vxori. ff. ad velle. ꝛ qđ no. Bar. in. d. l. iubemus. in fi. ſed p̄tiū debebat cōuerti ad vtilitatē mariti vt liberet̄ a reſtitutione dotiū vxoris p̄defuncte: ſi ſic in effectu obligabat̄ mulier ad nō petēdū ad vtilitatē mariti. ꝯ auf. ſi qua mulier. C. ad velle. Ex quib⁹ oibus clare ptꝫ cōcluſio p̄miſſa. ꝛ hec de primo. ¶ Venio ad ſcđm dubiū. An mulier ſibi p̄iudicauerit ſaltē ex iuramēti interpoſitione. Et breuiter puto ꝙ ſic. ꝑ. c. cū cōtingat. de iureiur. ꝛ. c. q̄uis. de pac. li. vj. ꝛ auf. ſacramēta puberū. C. ſi aduer. ven. Statutū eñ ꝛ ius cōe annullāt hoc caſu talez remiſſionē ꝛ ꝯctum principlr̄ in fauorē mulieris: lꝫ ſcđario in fauorem publicum: vt. l. j. ff. ſol. ma. quo caſu valet iuramentū per illū de cuius vtilitate principaliter tractat̄ preſtitū: vt in dictis iuribus. no. Bart. plene in. l. ſi qs ꝓ eo. ff. de fideiuſ. ꝛ canoniſte in. d. c. cū ꝯtingat. ꝛ multi legiſte in. d. auf. ſacramenta. nō eñ venit hoc iuramētū in p̄iudiciū aut diſpēdiū ſalutis eterne: ergo ſeruādū. d. c. cum cōtingat. ꝛ. c. ſi vero. eo. ti. ¶ Reſtat ergo examinare tertium: an circa tale iuramētum cōpetat aliqđ remediū: ꝛ videt̄ primo qđ non: ꝑ tex. in auf. ſacramēta puberū. prealle. qui dicit † qđ iuramētū preſtitū cōtra legem editam in fauorem principaliter priuatū eſt inuiolabiliter obſeruandū. ꝛ no. verbum inuiolabiliter: ſi enim poſſet peti indifferenter abſolutio quaſi de vento illa auf. ſeruiret: nec inuiolabiliter obſeruaret̄: ad idē dictuꝫ c. cum cōtingat. quod mādat ſimpliciter tale iuramentū obſeruari in damno rerū tēporaliū non obſtante: cuꝫ anima ſit cunctis reb⁹ tanq̄ pretioſior p̄ferēda. xij. q. j. p̄cipimus. ꝛ. c. matthe⁹. de ſimo. ¶ Sed in caſu noſtro predicta minime militare credo: vñ dico qđ a tali iuramēto poteſt peti abſolutio ab ep̄o: ſeu petere qđ dictus emptor compellatur relaxare illud iuramentum. Moueor principaliter: † qꝛ vbicunqꝫ iuramentum eſt illicitū ꝛ iniuſtuꝫ ex parte recipientis: lꝫ ex parte preſtantis poſſit ſine anime diſpendio ſeruari poteſt nihilominus peti

abſolutio

absolutio ab epo:vel vt recipiēs iniuste compellat illud iuramentum
relaxare:hoc probat in.c.si vero.z.c.verum.de iureiurā.in quibus iu
ribus relaxat iuramentū pro vsuris soluēdis:vel per metū prestitum
propter turpitudinē recipiētis:z idē est ex identitate rōnis vbicunq
aliqua alia turpitudo versat ex parte recipiētis:vt sentit Inn.in.c.de-
bitores.de iureiu.z doc.maxime Mod.in.d.c.cum contingat.expsse
tenet Fed.consi.cclxiiij.ne iste turpiter z ꝯ legem recipiens cōsequatur
cōmodū ex sua improbitate ꝯ.l.itaq fullo.ff.de fur.cū potius debe-
ret inde puniri:vt in.c.z si necesse.de do.inter vir.z vxo.z.ff.de neg.ge.
6 l.siue.†Item z scdo iuramentū vt sit vndiq licitū debet habere tres
comites veritatē:iudicium:z iustitiā.Si aūt ista defuerūt nequaq iu
ramentū est sed periuriū:idest illicitū iuramentū:ita dicit tex.in.c.ani-
maduertendū.xxij.q.ij.z.c.z si xps.de iureiurā.sed iuramētū prestitū
p istā Laurentiā nō habuit comitē iudiciū:q2 non fuit discretum seu
nō habuit in se discretionē:nec ex parte iurātis:nec ex parte recipien
tis cū non ex illi⁹ obseruantia mulier sine iusta cā ꝯpellat esset indo
tata:cū possit habere regressum ꝯ bona mariti cū nō supersint.cōtra
l.j.ff.so.ma.reipublice eñ interest mulieribus dotes cōseruare:vt di-
cit ibi tex.item dictus emptor hoc cōtradixit cū muliere q illico erat i
malū vsum:z a iure damnatū sicut pretiū cū vsura ꝯ.l.si quis cū sci-
ret.ff.pro emp.z qd ibi no.Bar.z in.l.si vero nō remunerādi.§.si ado
lescēs luxuriosus.ff.de cu.fu.z alijs iuribus.hec eñ mulier vendebat
vt pretiū conuerteret in restōnez dotiū illius vxoris predefuncte:z sic
ad vtilitatem solius mariti ꝯ iura superius alle.z sic iuramentū illud
non habuit discretionē nec ex parte recipientis nec iurantis maxime
cū dictus emptor ꝯtraxerat cū illa muliere cōtra legē cōem z munici-
palem que vetant remissionē iuriū hypothecarū ipsius mulieris ma-
xime marito alr nō existente soluēdo:vt.s.patuit.Preterea prefatuz
iuramentū nō habuit comitē iustitiā:q2 nō fuit iustū ꝯhere cū muliere
que ex fragilitate sexus z reuerētia quā habet ad maritū de facili oīa
pmitteret.arg.eorū que not.gl.in.l.j.§.que onerāde.ff.quarum rerum
act.non dat.z.l.si pater.in fi.C.de sponsa.z sepe multe amorose cōiu-
ges se spoliarēt:nisi lex intercederet.ff.de don.inter virum z vxo.l.j.ij.
z.iij.Item fuit iniustū dictū iuramentū rōne doli qui interuenit re ip
sa z sic non ex pposito:q2 mulier vt dixi remanet sine iusta cā indota
ta.paria eñ sunt qd dolus interueniat ex pposito:q2 mulier vt dicit
tex.in.l. si qs cū alr.ff.de ver.ob.rōne vero doli z enormis lesionis fa-
ciliter remittit iuramētū:vt in.d.c.cū contingat.z.c.quintauallis.de
iureiur.Et si diceremus cōtrariū sequeret qd iuramentū esset vinculū
iniustitie z iniquitatis:contra.c.quāto.de iureiurā.z.xxij.q.iij.per to-
tuz.Hanc opi.qd iuramentū debeat remitti tenet etiā in facilioribus
terminis Fede.consi.preall.vbi formans qōnem. Qñ statuto caue-
batur qd certa ꝯcessio siue promissio facta a filiofa.sine consen.patris
non valeat ipso iure etiā si iuratū fuerit:z quidā filiusfa.hoc non ob-
stante pmisit iurauit.Concludit dictus Fed.iuramentū forte obliga
torium:sed q2 iuramentū recipiens fecit ꝯ prohibitionē statuti ciuita-
tis ex causa facti cui obtēperare debuerat z nō ꝯuenire.viij.distinc.q
contra.z.xj.q.iij.q resistit.nec ex trāgressione debet reportare commo
dū sed potius puniri:potest compelli ipse recipiens ad relaxationem
7 iuramenti.†Nec in hoc venit ipse iurans ꝯ iuramentū:imo petendo
relaxationez seu absolutionem iuramēti fatet se ligatū iuramento:sic
voluit Fede.qd ex sola conuētione statuti quis teneatur relaxare iura
mentū nulla alia allegata deceptione:fortius ergo in casu nro debet
relaxari dictū iuramentū qd fuit prestitum obstāte lege cōi z munici
pali:z cū grauissimo dāno ipsius mulieris:que ex hoc remanet indota
ta.Item aptissime voluit Vinc.z Io.an.eū recitando in.d.c.cū con
tingat.vbi dicit qd mulier iurās in terminis illius.c.cū cōtingat.pōt
instare vt absoluatur a tali iuramento:q2 cōtra phibitionē legis cō-
sentit.fortius in casu nostro ꝯcurrētibus alijs de quibus supra.Idez
consuluit Pe.de anc.in muliere que re ipsa fuit iuramento decepta z
late ponit in repetitione.c.canonum.de ꝯsti.z do.Anto.de bu.in.d.c.
cum contingat.vbi dicit q siue iurans fuerit enormiter lesus in con-
tractu siue recipiens iuramentū contraxerit cū verisimiliter consum-
pturo:z hoc cōstat p euidētiaz facti:q2 hic aliqualis est turpitudo ex
parte ꝯhentis qui materiam dat consumptioni ad propriū consumē
dum z lex fraudem psumit ꝯ talē:vt.d.l.si qs cū sciret.z.l.ij.ff.quaruz
re.ac.non da.talia iuramenta debēt remitti p iura superius allegata.
¶ Concludo ergo qd suprascriptū iuramentū dñe Laurentie est re-
mittendū altero promissorū modoz vel ꝯpellēdo recipientez ad rela-
xationem vel obtinēdo absolutionem ab epo.vtrūq enim iuris reme
dium est neq principale:vt finaliter tenet Io.an.in addi.Spe.in tit.
de iureiur.sup rub.z Ant.in.c.j.z.c.debitores.e.tit.lz aliud videatur
ibi sentire Inno.z plenissime hāc materiā examino in quadā mea di-
sputatione que incipit.Stāte statuto:z videtur probari in.c.si vero.§.
verum.de iureiur.Iuramento vero sublato poterit dicta mulier vt in
iure hypothecarū suarū.d.c.si vero.in fi.z per doc.in.d.c.cū contingat.
Ad ꝯtraria super⁹ formata facile ptz rñsio.Primo enim potest di-
ci q ille qui petit absolutionē non venit contra iuramentum imo il-
lud obseruat:vt in.c.j.z.c.si vero.Itē scdo procedunt illa iura quādo
vltra legis phibitionē nō interuenit alias deceptio est enormis lesio
sicut in casu nostro cōtingit.Et hec solutio plus placet z saluatur om
nium opinio.Et hec sufficiant. Nicolaus Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Statuto edicto per epm Lucanum in synodo epali:ita cauet prio in rub.sic de absentatione psbyte
rorū ab ecclijs:deinde in nigro ita subijcitur.Item statuimus z ordi
namus ac pñtis autoritate cōstitutionis monemus q ex nūc prout
ex tūc pro monitis requisitis z citatis habeant oēs z singuli abbates
prepositi archidiaconi:priores:plebani:archipresbyteri:z ecclesiaruz
parochialiū rectores:ne quis ipsorū possit ab ecclesia sua se absentare
vltra duos mēses.Habēs vero beneficiū simplex cui cura non immi-
net animarū vltra quatuor sine nostra seu nostri vicarij licentia spāli
als autem ꝯfaciēs sit ipso iure būficio priuatus.¶ Alia vero cōstitu
tutione capituli eiusdē epi autoritate edita:ita cauet.Itē statuerūt z
ordinauerūt qd reditus z prouentus qui pro tpe fuerint in Lucano
caplo:nō nisi inter residentes p totū annū cōtinuū statuto tpe diuidā
tur:si vo taliter residentes p tres tm menses ꝯtingat absentari pter
hoc de prebenda annua nihil penitus minuat:sed p residentib⁹ ꝯpu
tent.Qui si vltra pmanserint sola sibi p rata tpis portio assignet dū
modo quolibet anno ad min⁹ iam seruierint p sex annos ꝯtinuos vl
interpellatos als nil pcipiāt de pbenda zc.¶ Contingit nunc quod
eps Lucanus vigore precedentis statuti puauit seu priuatos declara
uit duos ex suis canonicis q se absentauerunt vltra quatuor menses
licētia ab epo vel vicario noīe obtenta.¶ Querit nunquid potuerit
hoc facere attētis verbis vtriusq constōnis.Itē attēto qd de cōsue-
tudine lōgissimi tpis canonici Lucani nō astringunt ad residentiaz:
nisi fm qd disponit in pcedēti statuto:nec statutū primo positū fue-
rit aliqñ psonis canonicorū obseruatū:lz iam dudum fuerit editum.

¶ Consilium.ix.

1 ☞ Eps nō dz sine capitulo mutare antiquas ꝯsuetudines ecclesie.
2 Clericorū appellatione in materia restringibili nō veniūt canonici.
3 Consuetudo est optima legum interpres.

IEsu christi eiusque matris presidio humiliter inuocato:¶ Omissa omni argumēta-
tione q2 casus nō vr mihi multū dubitabilis.Breuiter p-
missis cōsideratis dibus arbitror primū statutū ad canonicos mini-
me extēdendū.Moueor prio q2 illud statutū loquit de habētib⁹ di-
gnitates siue psonat⁹ vel ecclias duplices seu simplices:vt ptz ex te-
nore ipsius statuti iūcta rubrica vbi dr de absentatiōe psbyteroz ab
ecclijs.ergo nō dz extēdi ad canonicos q nō hñt eccliam:sed benefi-
ciū in ecclesia:aliud est eñ habere ecclesiā:aliud bñficiū in ecclia:vt le.
z no.in.c.si.de prebē.z in cle.j.de ꝯces.pbē.Scdo moueor z fortius cū
canonici habeāt de ꝯsuetudine vt nō teneant ad residētiā:que quidē
cōsuetudo iure approbat iuxta no.in.c.cū oēs.de cōsti.z in.c.dudum.
el.ij.de elec.non dz dictū statutū ad canonicos extendi:tū ne violetur
1 antiqua cōsuetudo a iure approbata:tum†q2 eps non dz sine capitu
lo mutare antiquas cōsuetudines ecclie:vt not.in.c.consuetudinis.de
consue.z in dubio non debet statutū referri ad casum in quo violaret
antiqua consuetudo:ar.c.j.de cōsti.li.vj.maxime attēto qd illud sta-
tum est penale:iō est restringēdū ad hoc qd no.Inn.in.c.sedes.de re
2 scrip.vbi dicit†qd in materia restringibili appellatione clericorū non
veniunt canonice.Preterea z tertio cū de canonicis spāliter prouisuz
sit,vt habet in scdo statuto non debet primū statutū gñaliter loquēs
extēdi ad speciē spāliter prouisam:vt in.l.sancimus.ff.de pe.Unde cō
sidero qd aut scdm statutū precessit primū seu primo est descriptum
z habet locū precedēs argumentatio.Aut primū primo fuit editum
z tūc per scdm:q2 spāliter loquit de canonicis limitat z restringit pri
mū q2 species derogat generi presertim cum sequit genus vt in regu-
la generi.de re.iur.lib.vj.z in.c.j.de rescrip.z in.l. quesitum.in fi.ff.de
fi.instr.z in dubio debemus ita interpretari dicta statuta vt reducan
tur ad ꝯcordiā ne vnū p aliud corrigat:vt in.c.cū expediat.de elect.
lib.vj.p Bar.in extrauag.ad reprimēdū sup vbo nō obstantib⁹ pri-
legijs.z p Io.an.in.c.j.de cōsti.li.vj.palle.Itē z quarto in primo sta
tuto nō interuenit cōsensus capituli vel cōsiliū ex quo pōt argui nulli
3 tas statuti.iuxta no.p Io.an.z Arc.in.c.j.palle.¶†Quinto z vltio
facit cōsuetudo optima legū interpres.nam vt premittit primum sta
tutum fuit receptū in canonicis:z sic saltē ex eo capite:q2 morib⁹ illd
statutū fuit receptū in canonicis nō debet ad eos extendi.iuxta id qd
legi.z no.in.§.leges.iiij.distin. Nicolaus Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Factum ita proponitur. Quidā clericus de quodā plebanatu nouiter inuestitutus reperit in dicta ec-
clesia aliqua bona mobilia modici valoris ecclie p plebanū pximede
functū dimissa ac multa debita p eūdē defūctū noīe ecclie ꝯcta q ple
banus successor creditorib⁹ vrgētib⁹ cū ecclia pecuniā nō hēret de di-
ctis bonis mobilib⁹ aliquib⁹ ex creditorib⁹ satisfecit:reliqs vo d sua
ppria pecunia soluit.demū tractu tpis eo plebanatū dimittente fue-

cessor in dicta eccl'ia est vrgēs repetit ab eo illa bona mobilia ꝑ dictū defunctū, eccl'ie dimissa nūc q̄rit̃ de duob⁹. Pr̄io nunqd iste quōdā pleban⁹ possit legitime vrgeri ad restōnē dictorū bonorū. ¶ Scd̄o p̄supposito ꝙ possit nūqd possit repetere pecuniā quā de ꝓprio soluit ꝓ satisfactione debitorū noīe eccl'ie ꝑ illum defunctū cōtractorū.

¶ Consilium. x.

1. ☞ Successor tenet̃ ad debita contracta per defunctum.
2. Tutor sine iudicis autoritate pōt vestes antiquas ⁊ similia q̄ seruando seruari nō possunt distrahere pro suo arbitrio.
3. Prelatus seu rector ecclesie potest nedum in sanitate sed etiā in egritudine de aliquibus mobilibus per ecclesiā inquisitis ꝓ suo arbitrio disponere: etiā inter eos qui sibi seruierunt.
4. Rector ecclesie si aliquid de suo impendat ad vtilitatē ipsius ecclesie est sibi ab ecclesia id totum restituendum.

Dei omnipotētis inuocato suffragio. Breuiter quo ad ꝓrimū dico dictū quōdā plebanū ad dictorū bonorū restōnē minime ꝯstringi posse. Moueor q̄r † ad debita ꝯcta ꝑ defunctū tenet̃ successor maxime cum successerit in bonis illius: vt in. c. j. ⁊ qd̄ ibi no. de sol. ⁊ in. c. j. de test. ergo illa bona mobilia poterūt dari insolutū vel al'r distrahi pro satisfactione creditorū cū eccl'ia tūc non haberet pecuniā vel aliū faciliorem modum satisfaciēdi creditorib⁹ vt in auf. hoc ius porrectū. x. q. ij. nec fuit opus in distractione illorū bonorū cū essent mobilia ⁊ modici valoris interuenire epi autoritatē. arg. xij. q. ij. in. c. terrulas. ⁊ melius in. l. lex q̄ tutores. C. de admi. tu. vbi patet ꝙ † tutor sine iudicis autoritate pōt vestes antiquas ⁊ similia que seruādo seruari nō pn̄t pro suo arbitrio distrahere: rector aūt ecclesie maiorē ptātē habet q̄ tutor. vt no. glo. v. q. iij. in. c. fi. ⁊ Inn. in. c. pe. de iu. cal. ad idē. c. ceterū. ⁊. c. ad hec. ⁊. c. relatū. el. ij. de testa. vbi d̄r † ꝙ p̄latus seu rector ecclesie pōt nedū in sanitate: sed etiā in egritudine de aliq̄bus mobilibus ꝑ eccl'iam acq̄sitis ꝓ suo arbitrio disponere etiā inter eos qui sibi seruierint: fortius ergo hoc facere pōt ꝓ satisfactione debitorū noīe eccl'ie ꝯctorū p̄sertim per illum q dicta bona ecclesie dimisit. ¶ Et hoc quo ad primū per cuius decisionē remanet satis clarū secūdū dubium alia examinatione non dignū. Sed presupposito sine veritatis p̄iudicio qd̄ dict⁹ quōdā pleban⁹ possit cōstringi ad dictorū bonorū restitutionē, nūqd possit repetere pecuniā in plebano pn̄ti quā de ꝓprio suo soluit creditorib⁹ ecclesie: ⁊ ꝯclusiue dico qd̄ sic. tex. eīn est de hoc apertus in. c. ij. q. iiij. vbi d̄r † ꝙ si rector ecclesie aliquid de suo impēdat ad vtilitatē ipsius ecclesie est sibi ab ecclesia id totum restituendū cū nemo cōpellatur de suo facere beneficiū. x. q. ij. precarie. facit. xij. q. j. manifeste. ⁊. c. sicut manifeste. Et hec sufficiant. Nicol. abb.

¶ Casus consilij sequentis.

Factū sic proponitur. Quidam magister Armagnus ciuis ⁊ habitator Fundeñ. ciuitatis. du esset in vltimis cōstitutus suū vltimū cōdidit testamētum in quo īter cetera legata sic disposuit. Volo ⁊ mādo qd̄ vxor mea dū vixerit habitet domū meā que est in parochia ⁊c. post eius mortem volo qd̄ predicta domus vēdat̃ ⁊ pecunia ipsius domus det̃ ꝓ anima mea ad ꝓuisionē meorū executorū: vxor p̄dicta post mortē testatoris stetit ī domo p̄dicta demū dicti executores venerūt ad cōcordiā cū prefata muliere ⁊ ipsi mulieri vendiderūt domū sic legatā ꝓ certo p̄tio: executores p̄dicti recepto pretio inceperūt exequi volūtatē defuncti: vz emēdo vnā domū paruā ⁊ eā assignauerūt ꝓ aīa ipsius testatoris vni puelle maritande quo facto ipsi executores steterūt vltra annum ⁊ nihil de residuo pecunie prefate dom⁹ vēdite disponebāt: deniq̄ ep̄s nouiter in ciuitate creatus ingrens de executione piarū volūtatū reperit qd̄ dicti executores nō fuerāt prorsus defuncti volūtatē executi: ⁊ eo admonēte vt ꝑficerent testatoris volūtatē de ipsorū ⁊ epi consensu ꝓcessit vt ex residuo pecunie duo cādelabra argētea ꝓ ecclesia cathedrali emerētur ⁊ ob hāc cām exequēdā tradiderūt dicti executores dictam pecuniam ipsi dño epo q dñs ep̄s operā dedit vt dicta candelabra haberent̃: sed nō potuit illa habere. ita qd̄ dictus dñs ep̄s dictā pecuniam apud se ꝑ annū ⁊ ampli⁹ retinuit: demū decessit dicta mulier emptrix epo retinēte pecuniā etiam post mortē ipsius ꝑ annū ⁊ amplius animo emendi candelabra suprascripta. Nūc vero executores prefati repetunt̃ a dño epo pecuniā predictā dicentes qd̄ volūt illā expēdere ad eorum voluntatē. Queritur nunquid possint.

¶ Consilium. xj.

1. ☞ Dispositio testatoris seruanda est tanquam lex.
2. Statuto epi si cauet̃ qd̄ nullus clericus possit rē eccl'ie locare sine suo cōsensu: si ip̄e ep̄s conducit videt̃ conducendo consentire.
3. Annus nō currit executori nisi die monitionis fiende per ep̄m.
4. Executor est qui h̄z nudū ministeriū facti exequēdo dispositū ꝑ aliū.
5. Stipulat⁹ si aliq̄s fuerit stichū aut pāphilū quē ipse velit: si semel alterū elegit pōt mutare volūtatē suā donec in iudicio aliū petierit.
6. Electionem habens ex officio sibi cōmisso si semel eligat etiā absentez non potest amplius variare.

Christi Saluatoris eiusq̄ꝫ piissime matris noībus inuocatis. Tria sunt ad clarā decisionē p̄dictorū examināda. ¶ Primo nunqd dicta domus potuerit vēdi ante mortē dicte mulieris legatarie. ¶ Scd̄o si cū ann⁹ esset elapsus tpe habite distribuende ex dispōe testatoris: nunqd potuerint dicti executores illā pecuniā disponere maxime ꝓ cādelabrorum emptione. ¶ Tertio presupposito qd̄ potuerint nūqd valeāt mutare voluntatē ⁊ illā cōuertere ad aliū piū vsum. ¶ Venio ad primū in quo videt̃ primo dicendū quod nō: q̄r ex quo testator disposuit vt post mortem vxoris legatarie vēderet̃ nō potuit vendi ꝑ prius: ar. in. l. si ita relictū. §. pagasus. ff. de le. ij. ⁊. l. in fideicōmissa. §. cū pollidius. ff. de vsur. ⁊. l. qui rome. §. j. rñso. ff. de ver. ob. † seruāda est eñ dispō testatoris tāq̄ lex. xiij. q. ij. c. vltima volūtas. ⁊ in auf. de nupt. §. disponat. ¶ Sed hoc nō stante ꝯtraria opinio prestantior est: fuit eñ hoc tp̄s appositū nō fauore defuncti: sed ipsius legatarie que potuit in hoc suo iuri renūtiare non solū ipsa emēte: sz etiā potuisset cōsentire vt alteri in vita sua venderet̃: vt. l. quoties. C. de fideic. ⁊. l. j. Et optime ad casum nostrum facit tex. in. l. j. ⁊. l. cū proponas. C. de pact. vbi probat̃ ꝙ testator mādauit heredi vt si sine liberis decederet restitueret hereditatē sempronio: ⁊ potuit hoc non obstāte heres ꝯuenire cū sempronio de dāda sibi certa parte hereditatis in vita vt remitteret̃ fideicōmissum vniuersale. Item pōt pure fideicōmissarius renuntiare huic fideicōmisso ⁊ remittere heredi: vt. d. l. cum proponas. potest eñ q̄s renuntiare bñficio tp̄is oppositi in suū fauorē: vt. l. eū qui. ff. de verb. ob. et. l. stipulatio ista. §. inter īcertā. ff. eo. ⁊. c. ad apostolicā. de regul. accedāt iura gñalia que dicūt quē posse suo fauori renūtiare. d. c. ad apostolicam. ⁊. l. si quis in cōscribendo. C. de pac. ⁊ hoc clarissimū. ¶ Ex quo concludo qd̄ valuit vēditio dicte domus ꝯsentiente dicta legataria q̄ consensit eoipso qd̄ emit ad hoc. l. cū pater. §. libertis. ⁊ qd̄ ibi no. bart. ff. de le. ij. ⁊ per Bal. in. l. fi. C. ad macedo. ⁊ meli⁹ in. l. si fili⁹. C. de pe. here. ⁊ Io. an. in regula qui tacet. de reg. iur. lib. vj. in mercu. vbi dicit qd̄ si † statuto epi caueat qd̄ nullus clericus possit rē eccl'ie locare sine suo ꝯsensu: qd̄ si ipse ep̄s cōducit videt̃ conducendo cōsentire: ita dicendū in ꝓposito. ¶ Ad scd̄m dubiū breuiter dico ꝙ lapsu anni non obstāte potuerunt deputare pecuniā dicti executores ꝓ anima testatoris de iure cōi hoc videt̃ clarissimū: q̄r † annus non currit executori: nisi a die monitiōis fiēde ꝑ ep̄m vt exequat̃ seu impleat defuncti voluntatē ⁊ nō prius vt clare probat̃ in. c. nos qdē. de test. ⁊ ibi cōiter ꝑ doc. ⁊ ꝑ Fede. consi. cxxiij. Aut in casu nostro anni lapsum non precessit epi monitio. Idē dico si episcopatui Fūdēsi est ꝯsuetudo vt cōiter viget in alijs ep̄atib⁹ monēs ipso facto ⁊ arctās executores piarū voluntatū ad exequēdū intra annū al's ptās deuoluat̃ eoipso ad ep̄ꝫ hac eñ cōstitutiōe nō obstāte dico ꝙ dicti executores potuerunt post annū eligere cām in qua illa pecunia expēderet̃ per ea que eleganter notauit Bar. in. l. cū qdā. ff. de leg. ij. vbi dicit se cōsuluisse ꝓ ista parte q̄r de iure cōi ille qui habet ius eligendi pauperes vel aliā cām si fuit in mora eligēdi ⁊ declarādi volūtatē suā pōt morā illā purgare quousq̄ꝫ petat̃: vt probat̃ in. l. cum quidā. ⁊ d̄r peti per litis cōtestationē ⁊ nō an̄. vt. l. ampli⁹. ff. rē ra. hab. ⁊ de iure ḡ cōi isti excludunt̃ post annū: tū q̄r vt dixi nō precessit monitio: tū q̄r isti habebāt eligere personas vel piā cām: nō autē erant simplices executores itē nec vigore talis cōstitutionis excluderent̃: q̄r cōstitutio arctat executores: sed isti sunt ꝓprie executores cum habebāt declarare in quam cām deberet pecunia cōuerti. † Executor eñ est ille qui h̄z nudum ministeriū facti in exequēdo dispositū ꝑ aliū: vt in. l. executorē. C. de exec. rei. iu. hinc est qd̄ ille q declarat ⁊ sententiat d̄r iudex: executor vo q exequit̃ declaratū ꝑ iudicē. d. l. executorē. isti aūt de q̄b⁹ querit̃ nō solū h̄nt soluere: sz ēt declarare ⁊ eligere vn̄ virtute talis ꝯstōnis nō electio sz mera executio deuoluit̃ ad ip̄m qd̄ ē bñ notādū q̄r multi in hoc errāt credētes ꝙ indifferēter ptās talis deferat̃ ad ep̄m post annū: ⁊ iō ep̄s debet esse cautus in statuendo vt ꝯprehēdat etiā istos q h̄nt eligere ⁊ declarare ⁊ exeq. Cōcludo ergo ꝙ lapsu anni nō obstāte potuerūt illi executores nūcupati suā volūtatē declarare ⁊ deputare illā pecuniā in emptionē cādelabrorū ꝓ ecclesia cathedrali: est eñ cā pia relinquere ꝓ ornamētis ecclesie: q̄nimo tale relictū p̄uilegiatū est a iure vt ex eo non soluat̃ quāta: vt in. c. fi. de test. ¶ Venio ad tertiū dubiū ⁊ vltimū nūqd possint dicti executores re existēte integra mutare volūtatē suā ⁊ cōuertere illā pecuniā in aliā cām. ¶ Et prīo vr̄ qd̄ sic ꝑ. l. q stipulat⁹. ff. d̄ vb. ob. vbi d̄r † ꝙ si q̄s fuit stipulat⁹ stichū aut pāphilū quē ipse vellet si semel alterū eligit pōt mutare volūtatē suā donec in iudicio aliū petierit: ergo idem dicēdū in ꝓposito. Sz hoc nō obstāte ꝯtrariū in casu nr̄o est tenēdū ꝑ. l. hmōi. §. stichū. ff. de le. j. ⁊. l. statuliberū. §. j. d̄ le. ij. ⁊. l. apud aufidiū. ff. de op. lib. in q̄b⁹ iurib⁹ clare ꝓbat̃ qd̄ h̄ns electionē ex vltima volūtate si semel eligat seu declarauerit volūtatē suā ampli⁹ variare nō pōt: ⁊ h̄ tenēt ibi cōiter gl. ⁊ do. p̄sertim bar. nō ob. ꝯtrariū q̄r loqt̃ in electione data ꝑ stipulationē ⁊ nō ex vltima volūtate. Diuersitatis rō reddit̃ duplex. Prīa cōiter ꝑ gl. q̄r ī vltima volūtate. eoipso ꝙ q̄s elegit vel volūtatē suā declarauit statim acq̄rit̃ dñiū electo: perinde ac si testator elegisset: vt. d. l. cū apud. ⁊ sic nō potest amplius esse

locus

locus pnie.nā electio quā facit ipse cōmissarius attribuit ipsi testōri: ita φ actio ǫpetit electo ad ius illud cōsequēdū:nō ex electione cōmissarij s; ex pfato testōr:vt est tex.no.l.l.vnū ex familia.in pn.ꝛ ibi p Bar.ff.de leg.ij.q rō cessat in stipulatiōe: s; hec rō non vr vniuersalis qꝛ nō ꝓcedit eo casu quo legaꝭ res aliena:cū tūc ex electiōe nō trāseat dñium:iō Bar.ꝛ alij assignāt in dictis iuribus aliā rōnē hanc.s.quia vltime voluntates nō pñt sicut ǫtus stare in suspēso:vt notāter dicit tex.in.l.fi.ff.cōia pdi.iō statim facta electione actus est cōsumptus et non est amplius variationi locus. Ex quo ergo dicti executores seu cōmissarij declarauerūt volūtatē suā ꝛ voluerūt ex illa pecunia emerētur cādelabra p ecclia cathedrali:ꝛ maxime cū ob hāc cām tradiderunt pecuniā dño epo nō pñt amplius mutare volūtatē cu functi sūt officio suo:ad hoc facit.c.publicato.c.cū inter.de ele.ꝛ.c.si compromissarius.eo.ti.lib.vj.ꝛ in.c.in literis.de offi.dele.ꝛ.l.iudex.ff.de re iud.et regula mutare.de reg.iur.li.vj.ꝛ cle.cū illusio.de renū.c.si tibi absenti de preb.lib.vj.ꝛ φ elegāter notauit in simili Bar.in.l.absenti.ff.de dona.vbi dicit† φ habens electionē ex officio sibi cōmisso si semel eligat etiā absentē nō pōt amplius variare qđ satis ꝓbāt iura canonica.s. ꝓxime alle.petendo vt dicta cādelabra emanꝭ cum annus sit elapsus a tpe quo eps eos monuit vt exequerenꝭ.d.c.nos qdē.ꝛ sic plena potestas exequēdi residet penes dñm epm.d.c.nos.in auꝭ.de eccl.tit.§.si quis edificationem.Et hec sufficiant. Nicolaus Abbas.

Consilium.xij.

1 Absolutio nō debet fieri inuito iuramentum recipiente.
2 Cōtractus ab vsurario inuitus videꝭ factus in fraudem vsurarum.
3 Notorium dicitur omne probatum in iudicio.
4 Snia sine certa quātitate lata dicitꝭ certa si pōt ex actis certificari.
5 Transigens nō dicitꝭ spōte donare:sed timor litis ꝛ vexationis ipsum subesse compelli.
6 Obligatio ex iuramēto acqritꝭ pncipalr deo nō pti turpiter recipiēti.

In indiuidue trinitatis nomine amē.Et si copiosior elegantissime in facto proposito insignes ꝛ famosos supꝛascriptos doctores cōsultus sim: adeo vt eoꝝ autoritate duct⁹ sola subscriptiōe ǫtētus eē deberē:attamē ad maiorē claritatē vt facili⁹ ǫsulēti ꝓuideat duo succincte attingā p doctores cōscriptos apte tacta. Primū nāqꝫ vr supꝛascriptā trāsactionē teneri penāqꝫ ex ǫuētione cōmitti absolutionēqꝫ a iuramēto denegandā forte qm ꝛ si in veritate ǫtus fuerit pignoꝛatitius et feneratitius in forma vēditionis ꝛ emptionis cōceptus:attamē cum lis fuerit mota nō aduersus ficte ǫhentē:sed aduersus eius heredes q ꝓbabiliter potuit ignorare factū defuncti ꝛ presumitꝭ ignoꝛare vt in regula cum qs in ius.de reg.iur.li.vj.ꝛ no.in.c.cura.de iurepa.ꝛ in.c. de quarta.de pꝛescri.in.l.j.ꝛ.ij.ff.depo. maxime cum instrumētū appareat cōceptū sub forma emptiōis ꝛ vēditiōis cui stādū est donec apte ꝓbeꝭ ǫtrariū.in.c.cū ioānes.de fi.instr.ꝛ.l.pꝛcib⁹.C.de ꝓba. licite iste heres trāsactionē egit ꝛ laudā d⁹ vr fecisse cā redimēdi vexationē suā.ar. c.dilectus.de simo.ꝛ.l.ij.C.de transac.facit.c.ij.ꝛ.c.dilecti.de arb.ꝛ.c. cū cōtingat.de iureiur.ꝛ.c.lꝫ.e.ti.lib.vj.ꝛ.c.fi.de fo.cōpe.e.lib.vbi pꝫ qđ etiā ex alia cā licite recipitꝭ iuramētū:vt p illud foꝛū foro accumulet.Et p hec pꝫ cū nulla reperiaꝭ iniqtas ex pte heredis qđ iuramētum recipiētis:nec pctm continet ex pte iurantis† qđ inuito iuramētum recipiēte nō dꝫ fieri absolutio:vt in.C.de trāsa.l.si qs maior.ꝛ in C.de spon.imo dꝫ cōpelli ad obseruantiā:vt in.c.cū ǫtingat.ꝛ.c.lꝫ.de iureiu.qnimo ex ǫuētione efficiꝭ infamis ex quo trāsactio erat iurata ꝛ perdit omne emolumētū qđ consecutus est ex illa transactiōe: vt in pꝛealle.l.si qs maior.ne ꝓtextu deceptionis vltra dimidiā iusti pꝛetij rei petite dꝫ trāsactio irritari.nā ꝛ si post trāsactionē inueniunꝭ publica instrumēta p que appareat φ deceptus sit trāsigens i quadruplū: nō tū rescindiꝭ trāsactio.ff.ad treb.l.luci⁹.§.vlt.ꝛ est rō in trāsactione qꝛ hoc ipso φ a lite recediꝭ magnū cōmodū est:vñ indebitū solutū ob trāsactionem nō reperiꝭ.C.de trāsac.l.ij.ꝛ.ff.de ǫdi.inde.in summa.ꝛ hoc tenet etiā glo.in.c.pe.de emp.ꝛ vēd.in palle.l.luci⁹.§.vlt.ad treb. facit qđ no.Bar.in.l.ij.C.de rescin.ven.Nec obstāt superius plene inducta p cōsulentes qm fundamētum eoꝝ vr falsum:fundat eñ se sup remissione vsurarū nō libere facta:sed p pꝛedicta qđ in casu pdicto nō fuit facta apta remissio vsurarū:imo p trāsactionē fuit a lite recessum in qua etiā salua cōscientia poterant obtinere ǫhētes cum dubius sit euētus litis:vt.c.fraternitatis.de frigi.ꝛ male.ꝛ.c.fi.xj.q.j. S; his nō obstātib⁹ oppositū arbitror de iure verū:quoniā hic heres sciebat vel scire debebat ǫtū esse feneratitiū.Primo qꝛ defunctus tempore ǫtus erat fenerator:vñ ex eo qđ rē emptā locat vēditori ꝛ diu patiꝭ vēditorē possidere:vēditio vr simulata:vt.l.sicut.§.superuacuū.quib. mo.pig.vel hypo.sol.ꝛ p Bar.in.l.post ǫtū.ff.de dona.† vñ talis cōtractus ab vsurario inuitus videꝭ factus in fraudē vsurarū maxime qꝛ contra vsurarios est de facili pꝛesumendū in fauorē ꝛ salutē animarū ipsorum.in.c.iuuenis.de spōsa.ꝛ in cle.exiui.de verbo.sig.facit qđ no. glo.in.c.j.de scruti.ꝛ hāc opi.tenet recolende memorie do.Pet.de ancha.in.c.illo vos.de pig.vbi refert hanc qōnē vidisse de facto hic Senis:ꝛ hoc intelligo:vt.s.dixi qñ talis ǫct⁹ est init⁹ ab vsurario si aūt est inuitus ab alio ex solo qđ remansit in possessione rei vēdite bñ pꝛesumitꝭ cōtractus simulatus:vt in pal.l.sicut.§.superuacuū.no.glo.C. de remis.pig.l.fi.s; hec cōiectura sufficit quo ad aliū creditorē vt sibi iste ǫtus nō pꝛiudicet:sed venditori,vel habent ab eo cām postea non pñt dicere ǫtuꝫ simulatū ex eo solo:qꝛ nō licet venire ǫ factū suū nisi sint alie cōiecture qđ no.Bar.in.d.§.supuacuū.ꝛ qđ supꝛadictum est qđ quo ad aliū creditorem cōtract⁹ pꝛsumaꝭ simulat⁹ ꝓcedit nisi ille qui recōduxit soluisse pensionē:ꝛ tūc nō pꝛesumitꝭ ǫtus simulat⁹: vt no.Bar.in loco pꝛeal.vñ cū in themate pꝛsupponitꝭ istum defunctum tpe ǫtus fuisse vsurariū dꝫ pꝛsumi ǫtū fuisse feneratitiū ex quo vēditorem diu passus est possidere:vt.s.dixi.Itē ex alio iste heres sciebat vel scire debebat istū ǫtractū fuisse feneratitiū:qꝛ in themate dr ꝓbatum erat in iudicio ǫtū esse simulatū in cā cōclusum.† omne eñ in iudicio ꝓbatū dr notoriū:vt in.c.cū olim.de ver.sig.φ dictū verū dñi de rota deci.ccccij. qñ ꝓbatio est pfecta ꝛ in cā cōclusum:ita qđ restat nisi ferre sniaꝫ vt hic erat.ad pdicta faciūt qđ no.gl.ꝛ Inn.i.c.significauerūt.de test.ꝛ facit.c.sup quibusdā.de ver.sig.ꝛ qđ no.Inn.in.c.cōstitutus de fil.pꝛesby.ꝛ in.c.significasti de diuor.Imo plus dixit Inno.de ap.insinuatiōe.ꝛ de ǫsue.cū dilectus.ꝛ de testi.p tuas.ꝛ glo.in c.de euidentia.de accu.ꝛ qcquid in iudicio agitꝭ dr notoriuꝫ.† Item snia sine certa quātitate lata dr certa si pōt ex actis certificari: vt no. Inn.i.c.ij.de libel.ob.ꝛ gl.in.c.illa ppositorū.de accu.ꝛ Jo.an.i addi Spe.in ti.de sen.pla.§.qualiter.ver.φ si iudex.ꝛ vr ꝓbari in.l.iij.C.de sen.que sine cer.quāti.vñ nō poterat iste heres ignoꝛare simulationem cōtractus cū ꝓbationes fuerint pfecte ꝛ sibi note: quapꝛopter teneꝭ satisfacere aīe defuncti:vt in.c.fi.de sepul.ꝛ in.c.in literis.de rap.ꝛ in.c. a nobis.ij.de sen.excō.ꝛ in.c.tua.de vsur.cuius aīe nō satissit:nisi plene restituaꝭ ablatū.de vsu.cū tu.ꝛ regl'a pctm.đ re.iu.li.vj.ꝛ.xiiij.q.vj. si res nō debuit istū actorē quodāmodo inuitū trahere p subterfugia ꝛ cauillationes ꝛ p suā potētiā ad trāsactionis actū:† ille eñ q transigit sponte nō donat:sed timor litis ꝛ vexationis ipsum subesse cōpellit:vt in.l.ij.C.đ trāsa.vbi bonus tex.iūcta gl.facit.c.super eo.ꝛ maxie in casu nostro remissio ꝛ liberatio fuit nō libera qꝛ nō valebat actor ꝓpter rei potētiā obtinere sniam ꝛ sua laboꝛabat inopia:sed ad hoc bonus tex.in.c.ij.de ar.ꝛ remissio vsurarū nō spōte facta non valet:vt.s. plene in aliis ǫsilijs dictū extitit: ꝛ sic pꝫ qđ nō tenuit trāsactio:qꝛ plenaria satisfactione debebat ǫsulere aīe defuncti:vt iuribus superius alleg.Itē transactio dꝫ fieri in re dubia ꝛ lite incerta.l.j.ff.de trāsa.vt qꝛ trāsigēs credebat habere bonā cām,alioqui si euidēs esset calūnia nō valet trāsactio.ff.de ǫdi.inde.in summa.j.rñso.facit.c.exposita.de arbi.no.gl.in.c.sup eo.de trāsa.vñ cū his certus erat heres ǫtum esse feneratitiū p superius inducta depꝛehenditꝭ in euidenti calumnia trāsigendo ꝛ nō satisfaciendo plenarie aīe defuncti:ꝛ sic nō valuit transactio:ꝛ p ǫñs nec pene appositio:vt in simili no.glos.in.c.significantibus.de offi.deleg.ꝛ in.c.ij.de pca.ꝛ in regula accessoriū.de reg.iur.lib. vj.ꝛ.l.pacta que cōtra.iūcta gl.de pac.Et iuramētum debet relaxari cū turpiter fuerit receptū ab herede:vt plene superius eliciꝭ:ad hoc.c. j.ꝛ qđ ibi no.de iureiu.ꝛ per doc.in.c.debitores.eo.Imo plus videtur qđ etiā si iste heres ꝓbabiliter ignoꝛauit simulationē cōtract⁹:ex quo tū iste actor nō habuit animū libere donādi ꝛ remittēdi qđ supererat restituēdū:vt pꝫ ex pdictis:debet heres officio compelli ad satisfaciēdum anime defuncti:ꝛ in pꝛealleg.c.fi.de sepul.in.c.in literis.de rapt. c.a nobis.ij.de sen.excō.ꝛ.c.tua.de vsur.Sed circa absolutionē a iuramēto aduertendū qđ etiā vltra practicas p dictos doc.cōsulētes traditas videꝭ alia practica magis facilis ꝛ per quaꝫ vitiaꝭ circūitus:vt a iudice petaꝭ relaxatio iuramenti vt illicite exacti vi nō obstante iuramento possit vsuras quas soluit ꝛ iurauit nō repetere postulare vt absoluaꝭ ab alio iuramēto:hec practica fundaꝭ sup.c.si ꝟo.đ iureiuran. ꝛ licet illud.c.loquaꝭ de petitione absolutiōis a papa: tñ ꝛ inferior absoluere potest vbi aliqua turpitudo ex parte iurantis est vt no.Inno.in.c.debitores.eo.tit.facit qđ no.xv.q.vj.nos sanctorū.ꝛ.c.iuratos ꝛ hāc pꝛacticā tandē tenet Jo.an.in addi.Spe.sup rub.đ iureiu. Et expꝛessius recolēde memorie do.Ant.de but.in.j.eo.ti.vbi refert se vidisse consultuꝫ qđ ad hanc absolutionem iuramenti non veniꝭ nisi in subsidium:qꝛ ante oīa debet peti relaxatio a parte per pꝛealle.c.j.vbi si pars absoluere nō vult absoluat eps:ꝛ si aliter absolueret nō rite absolueret.Sed do.An.nō putabat hoc necessariū:qꝛ nullibi daꝭ hic ordo qꝛ in.c.superius allegato absoluiꝭ hic iurās pꝛincipaliter sine alio circūitu:ꝛ sic etiā audit pncipalr in.c.ad aures.ꝛ.c.abbas.qđ me.cau. Et hoc arbitror verius esse:† qꝛ ex iuramēto pꝛincipalr obligatio acquiritꝭ deo non parti turpiter recipiēti: vnde sufficit petere relaxationeꝫ a iudice qui in hoc tenet locuꝫ dei:vt pꝛealleg.c.si vero.de iureiur. An autē in hac absolutione fiēda sit pars que iuramentū recipit vocanda bꝛeuiter inquā vt plixitatē euitem qđ duas opiniones quātuꝫ ad pꝛopositū reperio.Nam Pau.ꝛ Jo.cald.cōsuluerūt qđ si petitur absolutio a iuramento firmantur ǫtractū:ꝛ sic contingat ex hoc reseruatio ǫtus vt firmauit iuramēto:vel simul petitur a iuramēto ꝛ contractu:sec⁹ si iuramentū nō firmat ǫtum ꝛ petiꝭ sola absolutio iuramenti inquātū non firmat ǫtū:sed parata est a ǫtu vt aperiaꝭ via ad rescindēdū ǫtū:qꝛ tūc dicūt partem nō volandaꝫ qꝛ per hoc non

preiudicaꝛ parti:est eñ hic actus quasi penitētialis:⁊ extraiudicialis qui pōt exerceri ꝑte nō vocata: ex quo ibi nō inferꝛ ꝑiudiciuꝫ. Et sic ad ꝓpositū videꝛ ꝙ pars nō sit citāda cū hoc iuramētū nō firmet contractum nec eo sublato rescindiꝛ ꝯtractus:sꝫ daꝛ via ad rescindēdū. Hāc partē ꝙ pars nō sit vocāda ꝙ̄tum ad casum nr̄m cū iuramētū ꝑsteꝛ sup vsuris repetēdis. tenet do. Ant.in.d.c.debitores. Moueꝛ principaľr qꝛ tāta turpitudo versaꝛ ex parte recipiētis:vt nulla sibi obligatio acqratur:nec vt possit agere nec excipere:cū ex iniqtate sua nō debeat ꝯsequi actionē nec exceptionē.l.itaqꝫ fullo.ff.de fur.⁊ qđ not.in c.in lr̄is.de resti.spol.sed obligatio tantū acqritur deo:nec possit agere nec excipere cuꝫ ex iniquitate sua nō debeat ꝯsequi actionē.l. itaqꝫ fullo.ff.de fur.⁊ qđ no.in.c.in lr̄is.de re.spo.sꝫ obligatio tm̄ acqriꝛ deo vñ sufficit qđ sit pn̄s deus ⁊ sic iudex q in loco tꝫ locū dei. Fateꝛ tñ tutius eē qđ voceꝛ vbi ēt dꝫ vocari tꝫ ꝙ vꝫ absolutio sicut absolutio ab excōicatiōe nō dꝫ fieri ꝑte nō vocata ⁊ tñ si sit tꝫ:vt no .in.c.qua frōte.ð ap. ¶ Aliā opi.ꝯriā.s.ꝙ ꝑs sit vocāda.tenet Jo.an.in addi.spe. in ti.de iureiur.sup rub.in vlt.addi.⁊ tꝫ Fed.de se.ꝯ.ccxc.vbi concludit vocādū creditorē ⁊ priusꝗ̄ absoluaꝛ discutiēdū est:an instrumentum sit vsurariū vel nō saltē semiplene ⁊ summarie.nā absoluere non debet nisi cōstet instr̄m vsurariū esse:hoc aūt cōstare nō pōt:nisi pn̄tibus ꝑtibus vel citatis.l in cause.§.causa cognita.ff.de mino.⁊.c.tñ ex literis.de in inte.resti.⁊ postea in discussione iudicij ordinarij illud idē ꝓbari dꝫ plene scđm ꝙ cā reqrit:qꝛ ꝓbatiōes sup illo ꝑambulo nō facerēt fidē cū agiꝛ ꝑncipalr.c.veniēs de test.ij.⁊ idē qđ supra seqꝛ felicis memorie dñs Cardinalis florētinus in ꝑalleg.c. debitores.⁊ hāc opi.puto veriorē:qꝛ nō pōt negari qđ intersit creditoris ⁊ aduersarij iuramentū nō remittit:maxie in casu nostro.ar.in l.si qs maior.C.de trāsac.⁊.c.fi.de foro cōpe.lib.vj. Itē nō interesset quare cōpelleretꝛ ad relaxationem.in.c.de iureiur.ex quo ergo eius interest vocari debet vt.c.inter quatuor de maiori.⁊ obediē.⁊.c.omnia.⁊.c.caueāt.iij.q.viij. Et sic dico ⁊ consulo. Nicolaus Abbas.

¶ Casus consilij sequentis.

Uniuersitas ciuitatis fundorū

dū anno quolibet tenereꝛ soluere certas collectas dñe regine de ipsoꝝ hominū possessionibus ⁊ alijs bonis nolens soluere amplius dictas collectas tali mō in recōpēsatione ipsarū collectarū fecit ⁊ ordinauit quedā statuta vt qlibet vēdēs vinū granū ⁊ alia bona necnō ⁊ emēs carnes teneaꝛ ⁊ debeat soluere certū quid ꝓut in ipsoꝝ statutis continetꝛ. Ciues vero ⁊ officiales ipsius ciuitatis super hoc constituti volūt cōpellere clericos ad soluendū gabellā ꝑdictā de bonis ecclesie ⁊ de patrimonialibus ipsorū clericorū. Clerici ex aduerso recusant dicētes se non teneri ad predicta onera seu gabellas:queriꝛ quid iuris.

¶ Consilium.xiij.

1 ☞ Ecclesie ⁊ ecclesiastice persone ⁊ earū bona ab exactionibus sunt immunes.

2 Clerici sunt exempti ab omnibus oneribus vrbium ⁊ castrorum. Nec tenenꝛ ad onera imposita per laicos. 4. Tenenꝛ tamē quādo ad eoꝝ vsum conuerti debent. 3.

5 Ciuitas nō pōt iponere collectas ꝑ republica sine ꝑncipis autoritate.

6 Fraudans gabellam iniustam non peccat.

pasce oues meas: nō solū hec omnia decreta respuit sed etiā illa q̄ ip̄e
in sua adhesione solēni ꝓbauit ꝓfitendo illud sacrū Basilieñ. cōciliū
legitime fuisse inchoatum legitimūqꝫ continuatum ⁊ ꝓsecutionemque
habere debere: ad illa sanctissima opa ob que extitit ꝯgregatū faciēs
specialiter mētionē de reformatione fienda tā in capite q̄ in membris
Quantū est magna cum animaduersione hec transgressio digna sit et
saluberrima decreta vel generale concilium legitime congregatū suꝑ
reformatione ecclesie edita ꝑ papam ꝯtēnantꝰ facile ex infra dicēdis
quisque cōprehendere poterit. Ex hoc enim ꝯtemptu blasphemia in
spiritumsanctum oritur vt est tex. no. Damasi pape sic ingentis. vio
latores canonum volūtarie grauiter a sanctis patrib⁹ iudicantꝰ a san
cto spiritu cuius instrumēto ac dono ditati sunt dānantꝰ. qm̄ blasphe
mare spiritūsctm̄ nō incōgrue vr̄ q2 ꝯ̄ eosdē sacros nō necessitate ꝯpul
si. Sꝫ libēter aliqd ꝓterue agūt aut loq p̄sumūt aut facere volentib⁹
sponte consentiūt. talis em̄ p̄sumptio manifestū gen⁹ est blaspheman
tium spiritū sctm̄: qñ vt iam p̄libatū est ꝯ̄ eū agit cui⁹ iussu ⁊ gr̄a scti
canones edicti sūt hec nouissime Damasus papa. i. c. violatores. xxv.
q. i. Cui quōdā Damaso ꝯcordare vr̄ ille magn⁹ leo papa ingens in
ter cetera magna voce ꝓnūtiare nō timeo. Quod q illa q̄ dicim⁹ san
ctorū patrū sancta que apud nos canonū nomine p̄titulantꝰ: siue sit il
le ep̄s siue cleric⁹ non indifferenter conuertitꝰ recipere nec catholicam
⁊ apostolicā fidem nec sancta ea xp̄i quatuor euāgelia vtiliter ⁊ effica
citer ad effectū suū retinere vel credere ꝓbatꝰ. vt est tex. no. ipsi⁹ Leōis
in. c. de libellis ꝓpe finē. xx. dist. vñ gl. intelligit ꝙ nō recipiēs canones
sanctorū patrū ex ꝯtemptu est hereticus. vt satis hoc ꝓbat ipse text.
nam videtꝰ negare potestatem ꝯsedentiū quo casu absqꝫ hesitationis
scrupulo talis heresis crimē incidit. vt leg. ⁊ no. in. c. nulli phas. xix. di.
Nā hereticus nō est solū q errat in articulis fidei: sed etiā q hꝫ ꝑuersū
dogma. vel nouas gignit opiniones diuersas a iudicio ecclesie. vt est
tex. cū gl. in. c. i. de vsu. ad idē. xxiiij. q. iij. c. heresis. ⁊ in. c. abolēde. de he
reticis. Et ad propositū nostrū ꝯtra ip̄m quondā eugeniū facit tex.
in. c. heretic⁹. xxiiij. q. iij. vbi text. Augu. sic bellissime ad ꝓpositū dicit
hereticus est q alicuius tēporalis commodi ⁊ maxime vane glīe p̄nci
patusqꝫ sui gratia falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequitꝰ. ⁊c.
Hinc dicit gl. singularis in. c. sacerdotes. ⁊ reliqui ecclesie ministri. ij. q.
vij. ꝙ prelati qui non seruant canonē pōt ab eis recedi propria autori
tate sicut ab hereticis ⁊ excōicatis etiā ante sententiā. ⁊ facit. c. alieni.
ea. cā ⁊. q. ⁊ intelligo illā gl. qñ p̄lati indifferenter seu ꝯtēptu nolunt se
submittere canonibus sicut decretis ꝯcilijs faciebat ip̄e dñs Gabriel
vnde ex p̄dictis potuisset sacrū ꝯcilium sibi subtrahere obedientiam
cū ista notoria existerent. Nam sacrum cōciliū sepenumero ip̄m quon
dam Eugenium monuit ꝑ suos oratores ⁊ lr̄as vt decreta sacri ꝯci
lij vellet vt tenebatur recipere sꝫ in vanū semper elaborauit sed cū mo
nitionib⁹ ꝓficeret debuit ne pati vt ꝯcilium autoritas collaberetꝰ ad
eū in papatu tolerare quē male sentire de autoritate eccl̄ie videbatur
imo ipsam cōtemnere videbatꝰ. Nam error cui non resistitꝰ approbatꝰ
vt. s̄. dixi in. c. error. Quinimo non solū cū p̄dicto ꝯtempto respsus eēt
sed tanq̄ notori⁹ scādalizator ecclesie incorrigibilis ꝯsilio ip̄i delatus
fuit: vtpote de simonia: ꝑiurio dilapidatione bonoꝝ eccl̄ie. de trans
gressiōe statutorū ꝯcilij Basilieñs. de homicidio ⁊ alijs plurimis inci
tatorio ꝯ̄ ip̄m decreto expressis notorie irretitus: quib⁹ attentis qs ne
gare audebit sacrū ꝯciliū citare nō debuisse aut non debuisse ip̄m quō
dam Eugeniū. nā vt patuit in precedenti dubio sacrū concilium ꝓce
cedere potest contra papā in cā heresis manifesta vel occultarent si su
spect⁹ tantū dicatꝰ de heresi quo casu nō solū conciliū imo imperator
potest exigere a papa vt fidē suā ponat in scriptis vt est tex. in. c. sata
gendū. xxxv. q. i. itē vbi aliud crimē quodcūqꝫ sit illud est notoriū ⁊ ex
eo scādalizatꝰ eccl̄ia in casu nostro ꝯcurrebāt oīa p̄dicta q̄ si nō fuisset
debito mō ꝑ dictū Eugeniū excusata heresim apertā inferebāt ⁊ scan
dalum totius eccl̄ie. Potuit ergo ⁊ debuit ip̄a sancta synodus ip̄m
quōdā Eugeniū admonere ⁊ citare vt ꝯpareret ꝑ se vel per aliū in cō
cilio ad se excusandū ⁊ defendēdū. nec poterat oculis cōniuentib⁹ sine
dei offensa illā citationē p̄terire: q2 vt dicit Grego. sicut laudabile dis
cretūqꝫ est reuerētiam ⁊ honorē exhibere p̄orib⁹: ita rectitudinis ⁊ dei
timoris est si qua in eis sint que indigent correctiōe nulla dissimula
tione postponere ne totū (ꝙ absit) corp⁹ morb⁹ inuadat si in capite
lāgor nō fuerit curat⁹ vt lati⁹ habetur. ij. q. i. c. sicut inquit. p̄cauereqꝫ
debuit sancta synodus illud Greg. suꝑ Hieremiā cui dicit odiose nō
est trāscurrendū. ꝙ vno peccante ira dei super omnē apl'm venit sicut
accidit Achor peccāti q furat⁹ fuerat regulā aureā. vt ibi dicit gl. hoc
em̄ ſm eū frequēter accidit qñ sacerdotes q populo p̄sunt erga delin
quentes beneuoli videri volūt ⁊ verētes peccantiū linguas sacerdota
lis seueritatis immemores nolūt compellere qđ scriptū est peccātē co
rā oībus argue vt ceteri metū habeāt. Et iterū auferte malū de vobis
metipsis: ⁊ post pauca dū vni parcūt vniuerse ecclesie moliuntꝰ interi
tū. Que ista bonitas: que ista misericordia est vni ꝑcere ⁊ omnes in di
scrimē adducere. polluitꝰ em̄ ex vno peccatore popul⁹ sicut ex vna aut
morbida vniuersus grex inficitꝰ: q̄ verba notāda sunt in ꝓpositū. ⁊ hr̄
in. c. sed illud. xlv. di. ¶ Sed qđ multis immoror: debuit ne tādē illud
p̄ceptū dñicum sctā synodus p̄terire ⁊ qđ cōtēnentē ⁊ non audientē
ecclesiā mādat vt ethnicū ⁊ publicanū habendū: sꝫ fortassis dicēt ad
uersarij qđ hec alia in citatorio illo exp̄ssa minime veritatem contine
bant profecto hec allegatio nō excusat ip̄m quōdā Eugeniū qm̄ ad
iustificationē citationis satis est qđ illa exprimantꝰ in ipsa citatione: q̄
si vera essent fundarent iurisditionē citātis. vt no. Bar. in. l. ij. ff. si qs
in ius vocat. ⁊ Inn. in. c. verum ⁊. c. cū sic generare. de fo. cōpe. ⁊ Gui
do. de suza. in auf. qua in ꝓuincia. C. vbi de cri. agi opor. facit. l. cū qdā
puella. ff. de iurisd. om. iu. dixi plene in lec. mea. in. c. si cleric⁹ laicū. de
for. cōpe. si em̄ ipse quōdā Eugeni⁹ p̄tendebat illa falsa vel habebat
aliquā excusationē de illa cur non comparuit per se vel per aliū ⁊ ille
inficiat⁹ fuisset ostendissetqꝫ suam innocētiā ⁊ dedisset pacem ecclesie

cur nõ imitat⁹ eſt Gregoriũ: Sixtũ: Leonẽ: Symmachũ: Marcellinũ: ⁊ multos alios ſummos põtifices q̄ ſpõte in ſuis ↄciliĳs gñalibus ſuã infamiã purgare voluerũt vt in iuribus ſupius allegatis ac in caſu noſtro nõ ſolũ infamia dicebat̃ ꝯ eũ: ſ; delictorũ notorietas cũ ſcãdalo eccl'ie vniuerſalis ⁊ cũ incorrigibilitate: vñ q̄to res erat piculoſior tãto animoſior ſi ſibi ↄſcius erat ⁊ ad ſuã innocẽtiã oſtẽdẽdã venire aut mittere ad excuſandũ ſeu defendẽdũ iuxta citatiõis edictum debuiſſet. Attamẽ ipſe ꝓ obediẽtia q̄ eccl'ie m̄ri ſue exhibuiſſe debuerat non ſolum cõtumaciã ſ; ⁊ rebellionẽ exhibuit falſo aſſerens libertatẽ nõ adeſſe in ciuitate Baſilieñ. ⁊ multa alia obiecit ꝑ q̄ tãte eccl'ie auctoritatẽ ſupra eũ negare videbat̃ vt poſtea ꝑ alias ad diuerſas mũdi partes ꝑ ipſum deſtinatas ſcholas clari⁹ patuit ad ↄciliũ illud Baſilieñ. ſe diſſoluere ex tunc dicit ſi cõcilium ad vlteriora ꝓcederet ꝯ eum aut contra aliquem ex ſuis preſideñ. Baſilee tũc cõmorãtibus. Et q2 ei⁹ ↄtumacia in ↄcilio accuſata extitit ⁊ ad vlteriora cũ mãſuetudine ꝓceſſu3 fuit ipſe declarauit cõciliũ Baſil. fore diſſolutũ ⁊ in Ferrariã eſſe tranſlatũ: vñ ⁊ ſi notoria ea q̄ ſibi impingebant̃ videbant̃ ꝑ eius tñ contumaciã lucidiora effecta ſunt. Nam cõtumacia p̄ſertim in cã hereſis p̄ſumptionẽ vehemẽtẽ adĳcit vt in. c. cũ cõtumacia. de here. lib. vj. ⁊ qđ legit̃ ⁊ no. in. c. null⁹. de ſeruis non ordi. Vñ potuiſſet vt dixi ſacrũ cõciliũ alio nõ expectato ad eius depoſitionẽ p̄cedere p̄cipue ex cõtẽptu decretoꝝ ſacri cõciliĳ q̄ notorie nũq̄ recipere voluit. Et ſic conſideratis his q̄ dicta fuere in p̄cedenti dubio ⁊ predictis in hoc dubio q2 notorie cõſtabat de ipſius delicto hereſim ſapiẽte: ⁊ ex hoc ſcandalizabat̃ eccleſia. Et p̄cipue q2 cõtẽnendo ẽt citationẽ ſacri cõciliĳ legitime factã in alia grauia delicta incidit. Nã ex nõ cõparitiõe ⁊ ↄtẽptu poterat tãq̄ ethnicus ⁊ publican⁹ denotari qđ ⁊ in cõgregatiõe ſpreta verificari põt. iuxta illđ Hiero. i. c. oib⁹ ↄſideratis. xxiiĳ. q. j. ¶ Opponere ꝯ p̄dicta aduerſariĳ ſolẽt de quibuſdã ꝓteſtationibus nomĩe aliquorũ principũ ⁊ prelatorum aliquorũ in. d. Baſilieñ. concilio vt illa depoſitio non fieret factis. ad quas ſi bene aduerteret̃ defenſionis clype⁹ nequaq̄ ex eis ſumeret̃. Nã añ factũ anteq̄ lex edat̃: licitũ eſt ꝯdicere exceptiões veroſimiles exp̄mere: ꝓteſtari ⁊ ſil'a facere: ſ; poſtq̄ lex edita eſt ꝑ vniuerſitatẽ ſeu cõciliũ vel maiorem ꝑtem eiuſdem legi ⁊ iudicio vniuerſitatis ſtãdũ eſt. vt. c. in iſtis. iiĳ. di. vbi dicit qđ in iſtis temporalib⁹ legib⁹ q̄q̄ de his hoĩes iudicẽt cũ eas inſtituerunt tamẽ cũ fuerint inſtitute ⁊ firmate nõ licebit de ipſis iudicare: ſ; ſcđm ipſas vñ gl. ibi colligit q̄ cũ papa vult cõcedere canones epĩ poſſunt contradicere ⁊ allegare qđ nõ conueniũt cõſuetudini regionis vel quaſi ſil'e. ꝓteſtatio eñ eſt declaratiua conſenſus de preſenti q̄ proteſtãs nõ cõſentit non tñ ſequit̃ q̄ ꝯdictio aliquoꝝ: l; oppreſſe ꝓteſtantiũ habeat impedire q̄ ꝑ totũ conciliũ vel maiorẽ partẽ licite fuerit ſtatutũ. Iudicat̃ eñ in ↄciliĳs a maiori ꝑte. vt. c. ſane. lxv. diſt. ibi obtineat plurimorum ſñia ſacerdotũ ⁊c. Nã idẽ reperire eſt in omni vniuerſitate. vt. l. q̄ maior. ff. ad municip. ⁊. l. noĩationũ. C. de decurio. lib. x. ⁊. l. aliud. §. refert. ff. de reg. iur. ⁊. c. j. de his q̄ fiunt a prela. cũ ſimi. vnde eſto q̄ principes quorũ noĩe proteſtatiões dicunt̃ facte habuiſſent vocẽ deciſiuã in depoſitione pape: attamẽ ex quo maior pars: imo due partes ⁊ vltra in depoſitione legitime cõſenſerũt paucoꝝ ꝓteſtatio principũ vel prelatorũ nõ debet obſiſtere. arg. in. c. ſi qñ. de elec. lib. vj. l; cu3 veritate poſſit dici q̄ principes ſeculares nõ habẽt vocẽ cũ agit̃ de correctione pape vel aliorũ clericorũ vt imperator Teodoricus deo inſpirante in concilio congregato ꝯ Symachũ papã ꝓfeſſus eſt inquiens nihil ad ſe preter reuerẽtiã de eccleſiaſticis negotĳs ꝑtinere: ↄmittens tunc poteſtati pontificũ ſiue vellent audire negotium ꝯ papã ſiue nollent. Item ⁊ aptius volunt Io. an. in ſi. de his q̄ fiũt a prela. vbi cõcludit q̄ in eccl'iaſticis negotĳs ⁊ clericorũ correctionib⁹ laici ſunt a concilio alieni. arg. c. maſſana. de ele. ⁊ exp̄ſſius in extrauagã. Bonifacĳ. de off. ordi. debẽt. Et cũ hoc dicto Io. an. trãſiuit ibi ⁊ cõiter doc. nec video aliquem in hoc heſitaſſe. Na3 reſpectu imperatoris ſolũ fuit dubietas facta an in caſu fidei cñ tractat̃ de nouo articulo tãgente fidem imꝑator debeat intereſſe in cõcilio. vnde tex. in. c. vbi nã. xcvj. di. Itẽ imperatorẽ alloquit̃. vbi nã legiſtis imꝑatores anteceſſores vr̄os ſynodalibus cõuentibus interfuiſſe niſi forſitan in quibuſdã vbi de fide tractatu3 eſt q̄ vniuerſalis eſt q̄ oĩm cõis eſt: q̄ nõ ſolum ad clericos verũ etiã ad laicos ⁊ ad omnes omnino ꝑtinet chriſtianos. hec ille tex. no. qui ſolum reſeruare videtur cauſam fidei. Itẽ videt̃ ſenſiſſe Martin⁹ imperator q̄ in prima actione Calcedoñ. ſynodi inter cetera dixit. nos ad fidem cõfirmandam non ad potentiam oſtendẽda3 exemplo religioſiſſimi principis Conſtantini ſynodo intereſſe volumus vt veritate inuẽta nõ vltra ipſi⁹ doctrinis a vero diſcordet ⁊c. Et notãda ſunt illa verba ad fidẽ cõfirmandã nõ potẽtiã oſtendẽdã q̄ etiã in caſu fidei princeps intereſt nõ tamẽ ad potẽtiã oſtendendã. Ex quibus verbis puto inferendũ q̄ p̄nceps ⁊ alĳ laici intererint in caſu fidei ad tractandũ cũ alĳs ſ; non ad dicendũ. Nam tractatus diuiſus ⁊ ſeparat⁹ eſt a deciſione. vt in c. tua. ⁊. c. ſi. de his q̄ fiũt a p̄la. ⁊. c. vlti. de his que fiunt a maior. par. cap. Nã laicis nõ licet iudicare iſta ſp̄ualia. vt. c. bene quidem. xcvj. di. habebũt ergo laici in cã fidei vocẽ cõſultiuã ⁊ non deciſiuã quatenus eis permittatur per conciliũ. Quinimo dicit Ioã. an. q̄ etiam in cauſa fidei non eſt neceſſe laicos vocari ad conciliũ cu3 ibidem. diffinienda eis potuerunt poſtea in predicationib⁹ publicari. Dicit etia3 notabile verbũ q̄ laici poterũt ad concilium venire ꝓ iuſtitia petẽda vel defendẽda. allegat. c. nouit. de iud. ergo allego tex. optimũ in. c. j. de ſpõſa. Aliter tñ in cã fidei ſentit gl. in. d. c. ſi. ⁊ gl. i. c. adrianus ſ; diſt. Sed qcquid ſit in alĳs laicis puto q̄ p̄ncipes iure ſuo dñt admitti vbi tractat̃ de fide nõ ad potẽtiã oſtendendã ſeu diffiniẽdam ſed ad fidẽ cõſeruandã cũ de pace eccl'ie ⁊ eius integritate teneantur deo reddere rõnẽ. vt. c. princeps. xxiiĳ. q. v. Eodẽ modo nõ curandũ de ꝓteſtationibus quorundã p̄latoꝝ. Nam non eſt nouũ nec reprehẽſibile q̄ in vniuerſitate ſeu cõcilio vota varia ſint. ſ; diſt. c. ſi forte. ⁊. c. nec nouũ. viĳ. q. j. Ex diuerſis cõſiderationib⁹ cõſentientes ⁊ diſſentiẽtes poſſunt ante factũ iuſte moueri ſed per diſſenſum aliquorũ ex quo maior pars remanet firma ⁊ legitime ꝓcedit nõ d3 officere minoris ꝑtis ꝯdictio. Na3 ius fingit oẽs ↄſentire qñ maior ꝑs conſentit. vt. l. aliud. §. refert̃. p̄alle. ⁊ tex. dicit q̄ eſt ꝓpe impoſſibile ꝓpter animorũ diuerſitatem que reſultat ex ꝑſonarũ varietate q̄ oẽs in vno conſilio poſſint in vnam ſñiam cõuenire. Nam in cõcilio illo ſancto Niceno vbi interfuerũt. cccxviĳ. ep̄i in cã hereſis ꝯ Arriũ fuerũt. xvĳ. ep̄i. Et quidẽ non de inferioribus q̄ diſcrepantes ab aliorũ iudicio ſenſerũt cũ ipſo Arrio heretico. Sed tñ preualuit iudicium maioris partis ⁊ illud tanq̄ a tota ſynodo emanaſſet receptũ ab eccleſia vniuerſali fuit. vt. c. ſicut. ⁊. c. canones. xv. di. Nec q̄ſq̄ moueri debet q̄ in hoc concilio Baſilieñ. non fuit tantus numerus ep̄oꝝ qm̄ cũ cõciliũ fuerit ibi legitime iſtitutum vt ſupra dictũ fuit nõ venientes vl' inde ante tp̄s recedentes fecerunt ſe alienos ⁊ poteſtas tota reſidet penes remanentes. vt p3 ex notatis ꝑ gl. in cle. quocirca. de ele. facit tex. c. cũ dilecti. de ele. ⁊ Io. and. aptiſſime voluit in. c. in cãis. de ele. vbi tenuit validũ ⁊ firmũ eſſe quod factum fuit ꝑ. xxx. in vniuerſitate preſentes de qua erant hoĩes centũ ⁊ vltra dicens quod ex quo vniuerſitas fuit vocata ꝑ habentẽ ꝑtãte3 totum ius reſidet penes venientes licet ſint pauci nec attingã maiorẽ partem vel prope. Ad idem quod no. Inno. in. c. j. de maio. ⁊ obed. et c. ĳ. de no. ope. nũci. Na3 in cõcilio illo Niceno famoſiſſimo cõuenerũt dũtaxat. cccxviĳ. epiſcopi. ⁊ tamen non dubiũ quin longe plures numero remanſerunt in eorũ eccleſĳs. Item ſynodus Cõſtantinopolitana acta fuit ex. cl. partib⁹. Synod⁹ epheſina ex. cc. ⁊ tñ valuerunt eorũ diffinitiones q̄q̄ maior ꝑs prelatorũ chriſtianitatis non interfuerit. Quinimo eſt tex. i. c. ſexta. ſynod⁹. xv. di. vbi narratur plurimas ſynodos generales ex pauciſſimis ꝑtibus ↄgregatas fuiſſe ⁊ canones edidiſſe. Et nimirum. na3 vt dicit Cyprian⁹. Magis ad vnitatẽ qua3 ad qualitatẽ chriſtus aduertit cũ dixit vbi duo vl' tres in nomine meo congregati fuerint ſu3 in medio eorũ. vt habetur. c. alienus. xxiiĳ. q. j. ¶ Omitto q̄ multitudo numeroſa inferiorũ tam prelatoꝝ q̄ magiſtroꝝ doctorũ interfuerit in dicta diſpõe. nam ⁊ tẽpore apoſtoloꝝ vocabant̃ ⁊ ſeniores de eccleſia vltra apoſtolos ⁊ ẽt in arduis fiebat diffinitio noĩe apoſtolorũ ⁊ ſeniorum. vt actuum. xv. Item reperio quod Leo papa ſynodum cõgregauit Rome cũ cũcto clero ⁊ populo romano. vt. c. in ſynodo. xlĳ. diſt. vbi inter cetera in diffinitione ponunt̃ hec verba. Ego quoq3 Leo ſeruus ſeruorũ dei epiſcopus cuncto clero ac romano populo conſtituimus ⁊ confirmam⁹ ⁊ corroboram⁹ ⁊c. Ad idem. c. ad ſedẽ. xxv. q. v. vbi papa vocauit ad cõciliũ ep̄os clericos ac iudices diuerſarũ ꝓuinciarũ. Ad idẽ. c. in noĩe dñi. xxiĳ. diſt. vbi legit̃ ep̄os: abbates: p̄ſbyteros: ⁊ diaconos interfuiſſe ⁊ ↄſediſſe in ↄcilio. ⁊. c. cõuenientib⁹. j. q. j. ꝓbat̃ idẽ de monachis vl' ſaltẽ de abbatib⁹ exponẽdo monachos ꝓ abbatib⁹. vt exponit̃ i gl. ⁊. c. anaſtaſi⁹. xix. di. vbi exp̄ſſa ſit mẽtio de epis: p̄ſbyteris: ⁊ cũctis clericis eccl'ie catholice. et c. j. xv. di. ſit mẽtio de preſbyteris in genere. Itẽ in cõſtantien. ſynodo ⁊ Seneñ. ⁊ Piſana temporibus noſtris fuerũt amiſſi etiã inferiores. Et idẽ vidimus in concilio Baſilieñ. vnde admiſſi ſiue de iure ſiue de gratia voce3 habuerũt. nec poterant excludi nec fuerũt excluſi. Quinimo vident̃ in poſſeſſione vocis dãde. Etiã laici pñt ad cõcilia euocari ⁊ eis poteſt vox dari. vt. c. addamus. cle. ĳ. ⁊. c. in ſynodo. lxiĳ. diſtin. ⁊ in iurib⁹ alĳs ſuperi⁹ allegatis. † Ex p̄dictis aũt clare p3 legitime fuiſſe ad ſuſpẽſionẽ ⁊ depoſitionẽ eiuſdẽ quõdã Euge. ꝑ ſctã3 ſynodũ Baſilieñ. ꝓceſſu3. ⁊ hec de tertio dubio. Ex qb⁹ cognita nunc geſtorum veritate nõ multitudini ſ; veritati adherẽdũ eſt: ⁊ preſertim hoc efficere debet ſereniſſimus romanorũ rex q̄ vt prim⁹ eſt inter orbis p̄ncipes ⁊ ſpecialis protector: ⁊ aduocatus eccleſie eſt: ita debet eẽ prim⁹ in agnitione veritatis non eſt heſitandũ cum eum alĳ faciliме ſequãtur cum in hac re aſſidue ſine aliqua pactione ſe oſtenderit. vidimus eñ fidẽ chriſtianã apud pauciſſimos in principio cõſtitiſſe. Sed q2 veritate ⁊ iuſtitia recepta dilatauit fimbrias a mari vſq3 ad mare ⁊ tẽpore Arriani pauciſſimi ipi in vera fide chriſtiana remãſerũt. Tãde3 q2 xp̄s eccleſiã ſuã nõ deſerit cõculcato errore p̄ualuit veritas que oĩa ſuperat. Taliter in hoc negotio preſentis diſſidĳ futurũ ſperam⁹. qđ vt cito fiat chriſtus concedat. Amen.

¶ Finis Tractatus Panormitani de concilio Baſilienſi.

Incipiūt subtilissime ac vtilissime disceptationes ⁊ allegationes reuerēdi domini Nicolai Abbatis Siculi.U.J.interpretis ac ꝑ omne euum iuris monarche Senis alibi per eum accuratissime disputate.

Questio prima.

EPiscopus et quidā rector curat⁹ Proniēsis: ꝑ Romanū pōtificē eorū prelaturis nulla rōnabili cā ꝓuati ad futurū ꝯciliū appellauerūt: cōgregato cōcilio ⁊ i disputatiōe posito an p̄fata appellatio esset admittēda Principes seculares ⁊ prelati inferiores ep̄is ac clerici sine prelaturis ep̄is reluctantib⁹ ꝯcilio interesse conabant̄. Oponit̄ interi romanꝰ pōtifex p̄dictiq; ep̄s ⁊ rector Proniēsis diē ꝑsoluerunt extremū: de quoꝝ p̄laturis ante creationē romani pōtificis aliquādiu delatā ꝓuidet cōciliū qbusdā optime meritis ⁊ tādē romanū pōtificem cardinalib⁹ ꝯdicentib⁹ elegit. Ex p̄dicto themate qnq; subtilissima ⁊ pulcherrima eliciunt̄ dubia. ¶ Primū nūqd dicta priuatio valeat. ¶ Scōm an p̄fata appellatio debuerit ꝑ cōciliū admitti. ¶ Tertiū si p̄ncipes seculares ⁊ prelati inferiores ep̄is ac alij clerici sine p̄laturis cōcilio gn̄ali interesse debeāt. ¶ Quartū vtrū dicta ꝓuisio de p̄laturis tūc vacātib⁹ romano pōtifice nōdū creato facta d iure tenuerit. ¶ Quintū nūqd predicto casu poterit ꝯciliū reluctātib⁹ cardinalibus ad romani pōtificis electionē ꝓcedere. ¶ Uenio iuxta ordinē ad p̄mū: ad cuiꝰ ptē affirmatiuā ꝓbādā prio adduco sex motiua p̄ncipalia. ¶ † [1] Primū sic: papa hꝫ p̄sertim in bn̄ficijs plenitudinem ptātis rōne cuiꝰ pōt supra omne ius dispēsare et si sit dispositio cōcilij gn̄alis. vt clare ꝓbat̄. in. c. ꝓposuit. iuncto. c. ij. de cōces. p̄b. vbi dt tex. papā posse ex plenitudine ptātis inuestire de vacantib⁹ bn̄ficijs: sꝫ hoc fit ꝓhibitū in cōcilio Laterañ. de quo in. d. c. hoc idē ꝓbat̄ in. c. ij. de p̄ben. li. vj. vbi dr papā nō solū posse cōferre bn̄ficia cū vacant: sꝫ ēt dare ius ad vacaturā. ⁊ vide gl. nota. in. c. vbi ꝑiculū. de ele. li. vj. q̄ dicit papā posse de plenitudine ptātis reuocare cōstitutionē totius cōcilij. Et rō eoꝝ pōt colligi ex. c. significasti. de ele. vbi dr ꝙ cōcilia non pn̄t prefigere legē romane eccl'ie cū oia cōcilia ꝑ romane ecclesie autoritatē facta sint ⁊ robur accepūt. ⁊ in eoꝝ statutis patenter romana excipiat̄ autoritas. Et est rō q2 ipi petro ⁊ ꝑ eū oib⁹ successoribus data fuit plena potestas ligandi ⁊ soluēdi dicēte dn̄o. Quodcūq; ligaueris super terrā ligatū erit ⁊ in celis. Et hr̄ ēt originaliter Mat. xvj. ⁊ trāssumptiue. xxiiij. q. j. qdcūq;. xxj. di. in nouo. ⁊. xix. dis. ita dn̄s cū simil. Et cū diceret qdcūq; nihil excepit. d maio. ⁊ obe. solite. xix. di. si romanoꝝ. ⁊ cū ipse nō distinxit: nec nos eius ptātē debemus distinguere. xxxj. q. j. ꝙ si dormierit. Inn. in. c. q̄to. de cōsue. exponit illa verba dn̄i qdcūq; ligaueris ⁊c. scꝫ ꝑ constitutiones ⁊ p̄cepta. ei eñ in omnib⁹ obediēdū est: in spiritualib⁹ ⁊ in his q̄ ad animā spectāt nisi fiāt ꝯ fidē vel specialiter ꝓhibita. hinc Inn. in. c. ꝙ super his. de voto. dicit ꝙ ꝑ illa verba gn̄alia quodcūq; ⁊c. ⁊ ꝑ illa pasce oues meas. Jo. vlt. ⁊ trāssumptiue in. d. c. significasti. recepit petrꝰ ⁊ eiꝰ successores ptātem non solum suꝑ fidelibus: sꝫ etiam super infidelibus. iuxta verbum dominicū. Unū dꝫ esse ouile ⁊ vnꝰ pastor. ⁊ alibi q̄tū ad materiā bellissime inquit ꝙ si papa aliqd p̄cepit iniustū cū nō habeat superiorem corā quo agi pōt obediendū sibi: sꝫ in spiritualib⁹ ⁊ eccl'iasticis ꝑsonis preceptū facit q2 nemini lꝫ de eiꝰ factis iudicare. xl. di. si papa. nisi mādatū pape heresim cōtineret vel nisi ex p̄cepto iniusto presumeret̄ vehementer ꝑturbatꝰ status eccl'ie vel etiā multa mala futura essent q2 tunc peccaret obediendo cum debeat futura mala precauere non iuuare. Si aūt p̄cipiebat iniustū laico q nō est iurisditionis sue nec rōne ꝑsone nec cause: nec alias dicit se nō videre: si tñ eum excōicet dꝫ excōmunicationē seruare q2 cū in potestate pape sit eccl'ia militans ad eiꝰ mādata debēt sacramēta ministrari ⁊ nullus ꝯ eius mādatū dꝫ se eis immiscere. qd est valde notandū maxīe in hoc vltimo dū dicit qd ecclesia militās est in ptāte pape ⁊ qd etiā respectu iniusti p̄cepti deficit suꝑior ad quē habeat̄ recursus. Ad idē aliud pulchrū dictū Inno. in. c. cū ad monasteriū. de statu regula. vbi dt quosdā dicere ⁊ forte nō male s̄m eū q2 licet in his que sunt ꝯ votum tacitū vel expressum ⁊ in alijs q̄ sunt cōtra euangeliū nō prosit pape dispēsatio nisi ex cā fiat ⁊ idem forte intelligendū est secundū eū si dispensent in his que sunt ꝯtra gn̄ale statutū eccl'ie: non tamen hoc verū est in dispēsationibus q̄ fiunt cōtra ius positiuū tñ sicut apparet in statutis q̄ facta sunt super ordinib⁹ faciendis vel in tristitijs ipsoꝝ: ⁊ qd qs non pōt habere duas curas. In his eñ dispensationibus sufficit sola voluntas pape etiam sine causa. Probat̄ hac rōne: sicut eñ ex sola voluntate potest constitutionem relaxare quia eius est destruere cuius est condere. ⁊ p̄nceps non ligatur legibus. l. digna vox. C. de leg. Hostiē. ꝓ bellissimū verbū inqt in. c. quanto. de trāsla. prel. videlicet ꝙ dei ⁊ pape idem est consistoriū. arg. in. c. ij. ⁊. iij. de trās. pre. ⁊. c. romana. de appel. li. vj. Jō bene dici pōt de iure papā quasi oia posse. vt deū: excepto peccato. de penitē. di. ij. charitas. Spec. in materia late loquit̄. in. §. nunc ostēdendum. ver. lx. in tit. de leg. vbi dicit qd papa est Petri successor ⁊ vicarius Jesu christi vicem non puri hominis: sed veri dei gerens in terris vt in prealleg. c. ij. ⁊. iij. vnde ⁊ omnia gerit ⁊ disponit ⁊ iudicat prout sibi placet. ix. q. iij. cuncta ꝑ mūdū. ⁊ in. c. ꝑ principalē. lꝫ ⁊ quilibet episcopus sit quo ad quedā vicarius christi. xxxvij. q. j. ca. mulieres. et de sacra vnctio. c. vnico. ver. ad exhibendū. habet etiā papa plenitudinem potestatis ad quā vocatꝰ est. Alij vero in partem solicitudinis sunt vocati de vsu pal. ad honorē. ⁊. c. decreto. ij. q. vj. dūmodo contra fidem nō venit in oibus ⁊ ꝑ oia pōt dicere ⁊ facere qcquid placet auferendo etiā ius suū cui vult: q2 non est q ei dicat cur ita facis. xix. dist. in memoriā. Nā apud eū est ꝓ rōne volūtatis ⁊ qd ei placet legis hꝫ vigorē. insti. de iure natura. §. sꝫ ꝙ principi. pōt ēt ius tollere oīno ⁊ [2] de iure supra ius dispensare. ¶ † Itē nō hꝫ superiorē. de elec. lꝫ. ⁊ ipe supꝫ oēs est: nec pōt ab aliquo iudicari. xxj. dis. c. in nouo. ⁊. c. nūc autē. ix. q. iij. cuncta ꝑ mundū. ⁊. c. nūc vero. ⁊ seq. ij. q. v. audit. ¶ † [3] Item hꝫ celeste arbitriū. C. de sum. tri. l. j. ¶ † [4] Itē ei iura celestis ⁊ terrestris imperij a deo concessa sunt. xxj. di. c. j. Hec sunt dicta Spec. in loco p̄allegato. ⁊ ꝑ hoc dicit Jo. an. in additio. in p̄allegato. §. ⁊ nūc ostendēdū. ver. lviij. qd etiā sine causa pōt papa aliquem suo iure priuare. Bal. vero videt̄ hoc expresse decidere in. l. repeti. C. de p̄ci. impe. offer. vbi tractans de potestate pape quo ad propositū inquit qd omnia beneficia mūdi sunt obedientia ⁊ manualia respectu papalis potestatis: ⁊ ideo potest scōm eū pro libito volūtatis transferre episcopū de suo ep̄atu ad aliū ep̄atum: ⁊ tunc si procedit prouidēdo nō cogit̄ prouisus trāsire. q2 presumit̄ factus eius fauore aut procedit iubendo ⁊ cogit̄ trāsire: q2 presumit̄ factus fauore ecclesie. allegat. vij. q. j. eos. ¶ Ad propositum p̄dicta reducendo cum ep̄atum habuit iste Proniensis ep̄s autoritate pape vel eius cōstitutione vt clare colligit̄ ex his que legūtur ⁊ notant̄ in. c. j. ⁊. ij. xxij. dist. ⁊. xcv. distin. c. olim. potuit etiam sine

causa eo priuari p papā. Et idē fortius est dicendū ꝙ papa nūc est ip
sius vicari⁹: vt pbaẽ in.c.firmiter.ver.vna est.de sum.tri.⁊ i.c.nouatia
nus ep̄s.vij.q.j.⁊.c.loqtur pudenda.xxiiij.q.j.⁊ in Cāticis canticorū.
vj.c.dicitur psonā ep̄i de eccl'ia vna est colūba mea pfecta.⁊ habetur
trāssumptiue i.d.c.loquiẽ.⁊ Apostolus ad Ephesios.iiij. Unū corp⁹
vnus spirit⁹ vnus dn̄s citra rectorē curatū arg.xiiij.q.j.c.j. Nā tituli
beneficiales nō sunt de iure diuino: sed positiuo in.d.c.j.⁊.xxij.di.c.j.⁊
ij.lxxx.dis.in illis.⁊.lxxxvj.dis.c.j.no.p Inno.⁊ alios in.c.nisi cum pri-
dē.de renuncia.⁊ in.c.j.de simo.⁊ p̄supposito quod iniuste faceret: tñ
est ei parendū: ex quo non est contra fidem ⁊ dei p̄ceptū quantūcūq;
preceptū videatur dictum. vt patet per p̄dicta ⁊ patet in.c.in memo-
riam.xix.dist. ¶ Secundo principaliter pbatur p tex. maxime iuncta
glos.in.c.a nobis.de decimis.vbi patet quod sedes apostolica potest
aliquem eximere a prestatione decimarū ⁊ tñ decime debentur de iu-
re diuino. vt de deci.tua nobis.⁊ vt ibi dicit glo.cōtra ius naturale di
spensare potest papa remittēdo decimas alicui specialiter. licet nō po
test in totum illud ius decimandi tollere: q2 tunc esset tollere ius diui
num quod papa tenetur vsq; ad sanguinē ⁊ animā defensare.xxv.q.
j.sunt quidam. ¶ Uidemus etiam in simili q̄d lз dictū sit de iure di-
uino in ore duoꝝ vel triū testiū ⁊c. tñ papa ⁊ imperator ex multis cau
sis querūt quandoq; maiorem numerum quandoq; minorem. de cō
secra.di.iiij.paruulos.⁊.c.cū itaq;.ij.q.v.p̄sul.C.de test.si vnus.⁊.l.si.
C.de testamen.cū alijs no.in.c.licet vniuersis.de test. Presupposito er
go quod he prelature ꝯpetant illis de iure diuino: tñ habito respectu
q̄d non oēs prelatos vult remouere: sed tantū aliquos: debet hoc sibi
competere ex plenitudine potestatis.⁊ p hoc videẽ gl.exp̄ssa in.c. per
principalē.ix.q.iij.q̄ dicit papā posse deponere vnū ep̄m: sз nō omnes
q2 sic vniuersalem ecclesiā pturbaret. et nota hāc vltimam rationem.

5 ¶ † Tertio videmus papam posse in vno ep̄atu ponere duos ep̄os.
vt.in.c.non aūt.vij.q.j.vbi hoc fuit gestū in persona Augustini q non
successit: sed accessit Ualerio adhuc vidente nec fuit deputatus sim-
6 plex coadiutor: sз verus ep̄s. vt ibi legitur ⁊ notatur. ¶ † Itē si duos
episcopatus concedit vni episcopo ita vt sit ep̄s vtriusq;. vt in.c.rela-
tio.xxj.q.j.quandoq; vnit duos episcopatus ⁊ quādoq; diuidit vnū
in plures. vt in.c.⁊ tpis.xvj.q.ij.⁊ in.c.sicut venire.de exces.prela. ⁊ sic
potest facere contra statutuз ⁊ ordinationē cōcilij ⁊ beati Petri apo
stoli q precipit vt singulis ciuitatibus singuli ⁊ nō plures episcopi po
nerentur. vt narrat beatus Clemens.in.c.in illis.lxxx.dis.⁊ Anaclet⁹
papa in.c.seq.⁊ p hoc autoritas beati Gregorij.in.c.singula.lxxxix.
dist. vbi dicit q̄d sicut medicorum est in humano corpore vt alterum
membrum alterius fungaẽ officio ita noxiū simulq; turpissimū est si
singula rei ministeria psonis totideз nō fuerint distributa.⁊ tamē vi-
demus q̄d papa pōt facere contrariū. vt in iuribus p̄allegatis. ergo
eodem modo poterit vnū duos vel plures prelatos priuare ꝯstitutio
7 nibus cōtrarijs nō obstantibus. ¶ † Quarto arguiẽ sic. papa dissol
uit matrimonium carnali copula nō consummatū vt communiter no
tatur in.c.commissum.de spon.⁊ quādoq; consummatum saltē inter
infideles: qñ alter coniugum redit ad fidem altero nolente secū habi
tare sine contumelia creatoris.de diuor.quanto.inter q̄d est verū ma-
trimonium ⁊ eis dictum fuit a dn̄o. quos deus coniunxit homo non
separet. de ꝯsangui.⁊ affi.de infidelibus. fortius ergo poterit soluere
matrimonium spirituale vel quasi q̄d est inter prelatum ⁊ ecclesiā suā
cum sit istud spirituale nō fortius ꝙ̄ carnale iuxta no.per gl.in.c.ij.de
transla.prela. maxime cum lege positiua istud fuit ordinatū autorita
te pape isti fuerūt instituti. ¶ Quinto ostendiẽ istud matrimonium
spirituale q̄d ꝯtrahiẽ inter episcopū ⁊ ecclesiam suam spiritualeз fuit
contractū non propter bonum priuatum ipsius ecclesie. daẽ enim si
bi ecclesia nō vt presit sз vt prosit: vt probatur in.c.q episcopatum. et
c.in scripturis.viij.q̄.j. Hinc diciẽ quod prelati sunt procuratores ⁊
dispēsatores non domini. vt in.c.de fraternitate.de don.⁊ vide bonū
tex.in.c.vidētes.xij.q.j. ¶ Huius aūt boni administrator principa-
lis est papa: qui est vicarius dei in terris. de transla.p̄la.c.ij.⁊.c.iij. si er
go papa vult ergo p̄latum remouere non potest subditus reluctare cū
eoipso reddat se suspectū ⁊ remouibilē i quo vult se ingerere admini-
strationi inuito dn̄o papa. arg. optimum.in.l.que omnia.ff.de pcura.
hinc tex.in.d.c.in scripturis. q̄d debemus toto desiderio occupatio
nes fugere: ⁊ q̄d locus regiminis desiderantib⁹ est denegādus fugien
tibus offerēdus. Nec mirū si non ita facile soluiẽ matrimoniū carnale
carnali copula ꝯsummatum. iuxta ea que notanẽ.in.d.c.cōmissum lз
Io.an. disputauerit ⁊ nō determinauerit in regula: act⁹ legitimi. de
regulis iur.lib.vj.in mercu. Nam inter vnā ⁊ reliquum sunt tres dif-
ferentie quo ad propositū. Primo matrimoniuз carnale cōtrahitur
etiam propter bonum priuatum: iuxta illud dominicū. Nō est bonū
hominem esse solum. faciamus sibi adiutoriuз simile sibi. genes.ij.c.⁊
apostolus dixit. Unusquisq; habeat suaз propter fornicationē euitā
dā.xiij.di.nerui. ¶ Itē fuit inductū seu institutū a deo in paradiso ⁊
in statu innocentie: ⁊ ab ipso deo recepit vnionē ⁊ indissolubilitatē vt
dicit tex.in.c.vno de voto.lib.vj. efficiunẽ enī vna caro. vt in loco p̄al
legato.⁊.c.debitū.de big. Itē ⁊ tertio hoc matrimoniū carnale post
cōsummationem trāsit in sacramentum indissolubile: designat enim
conformitatē que consistit in carne inter christū ⁊ ecclesiā. vnde sicut si
gnatū est indissolubile quia carnē quam deus semel assumpsit tanꝙ̄
diuisit ita ⁊ ip̄m signū debet esse indissolubile. In matrimonio v°o spi
rituali ista tria nō reperiunẽ. ¶ Primo cum hoc matrimoniū cōtra-
hatur propter bonum publicū ⁊ non priuatū: ⁊ sic cū non muteẽ prin
cipaliter vtilitas priuata non est de qua ꝯqueraẽ priuatus prelatura.
¶ Secundo nō fuit institutū a deo saltē respectu eccl'ie sp̄ualis de cu-
ius dissolutione nunc queriẽ: sed a lege positiua. vt in iuribus supra al
legatis. qua lege papa nō est allegat⁹. ¶ Tertio nō trāsit illud i sacra
mentū indissolubile queadmodū carnale: licet potest designare chari-
tatem que ꝯsistit in spiritu inter ipsum deum ⁊ iustā animā sicut dici-
mus de matrimonio non consummato.d.c.debitū. Illud vero de faci
li soluiẽ sicut signatum quod dissoluitur per peccatum. iuxta no.in.c.
quapropter.xxvij.q.ij. patet hoc ex alio. Nam bigamus in carnali nō
potest pmoueri in.c.nuper.de biga. secus in spirituali. vt patet de trās
8 la.prela.p totuз. ¶ † Item non potest quis habere ex dispēsatione
pape duas vxores eodē tempore: q2 est ꝯtra legē diuinā. vt in.c.gau-
demus.de diuor. sз duas spirituales pōt habere vt duos episcopatus
vt in.d.c.relato.xxj.q̄.j. ¶ Sexto ⁊ vltimo videtur pbari.in.c.si gra
9 tiose.de rescri.lib.vj.⁊.c.pastoralis.cū glo.sua.vij.q.j. † in quibus ptз
papaз vltra alios posse concedere episcopatū ⁊ inferiora beneficia ad
tempus ⁊ vsq; ad beneplacituз suū ⁊ sub cōditiōe. vt in dictis iurib⁹.
⁊ in.c.veniēs.in si.de fil.p̄sby.vñ dicit gl.notabilis in.d.c.si gratiose.
quod in his que papa vult est pro ratione voluntas. insti.de iure natu
ra.§.sed quod principali. latius autē hoc nō posset.j.q.ij.quā pio.vij.
q.j.q̄uis.lxx.dist.sanctoruз.lv.dist.precepta.⁊ optime ad predicta fa
cit.c.j.de renuntia.lib.vj. vbi papa q est vicari⁹ dei ⁊ spōsus vniuersa-
lis ecclesie renuntiat papatui sine alicuius licentia: q̄d facere nō posset
si in personā suaз esset papatus de iure diuino: quia sicut a iuramēto
⁊ a voto ⁊ a similibus absoluere se non potest. vt notaẽ in.c.cū inter.
P.de renūcia.in.c.quāto.de iureiuran.⁊ p Ioā.an.in.c.significasti.de
foro compe. ita nec a papa si in personā suaз esset de iure diuino. licet
enī papatus in se de iure diuino non tamen in personam alicui⁹ vltra
Petrū fuit de iure diuino: sed ex electione humana. iuxta nota. in di-
cto.c.vno.de renuncia. ideo potest renunciare, quia nō est sibi de iure
diuino: cuз ergo pape sit dissoluere hoc vinculū etiam a seipso ⁊ nulli
dubium ꝙ in se est de iure diuino fortius debet soluere vinculū q̄d est
inter episcopum ⁊ ecclesiā.⁊ maxime illud q̄d est inter rectorē curatū
⁊ ecclesiā suā: cum certū sit quod non contingat in personam alicuius
de iure diuino: sed ex electione humana vel ex cōcessione ipsius pape
nec etiam constat quod in se sit de iure diuino: imo potius innuiẽ con
trariū vt colligiẽ in.d.c.j.⁊.ij.xxij.distinc.⁊.c.olim.xcv.dist.⁊.c.legim⁹.
xciij.di.cū alijs supra allegatis causa breuitatis. Ad contrariuз non
arguo: q2 ex his que in solutionibus subijciā satis pars cōtraria pate
bit. ¶ Ad solutionem igitur huius difficilis dubij: iesu christi redē-
ptoris nr̄i sueq; gloriosissime genitricis Marie patrocinio humiliter
inuocato ꝯdescēdens valde vereor propter ipsius dubij difficultateз
cum potestas ecclesie veniat exponenda ne lingua trāseūte sup terraз
os ponam in celum. iuxta id quod habetur in.c.tantum.xxj.disti. Et
vt vlterius ad solutionē tam presentis quaз aliorum dubioꝝ inferius
premittam. Primo quod ex omnibus fidelibus cōstituiẽ vna ecclesia
⁊ vnum corpus mysticum. de consecra.dist.j.c.ecclesia. vbi dicitur ec-
clesia idest catholicorū collectio ⁊c.⁊ hui⁹ corporis caput est ver⁹ spō
sus pontifex ipse Iesus christus redēptor noster papa est ipsius vica-
rius vt probaẽ in.c.firmiter.ver. vna est de summa trini.⁊ in.c.noua-
tianus.vij.q.j.loquiẽ.⁊.c.pudenda.xxiiij.q.j.⁊ in Canticis cāticoꝝ
vj.c.dicitur in personā christi de ecclesia vna est colūba mea pfecta ⁊c.
⁊ trāssumptiue habetur in dicto.c.loquitur.⁊ apostol⁹ ad Ephesios.
iiij.c. Unum corpus: vnus spiritus vnus dominus ⁊c.⁊ alibi christ⁹
assistens pontifex futurorū bonorū ⁊c.⁊ pro hoc vide bonaз glo.in cle
men.ne romani.de electio.in ver.non consonam. ¶ Huius corporis
multa sunt mēbra vt pticulares ecclesie ⁊ ceteri prelati ⁊ ceteri fideles
boni. ¶ Secūdo premitto quod sicut vna est ecclesia: ita vnus est epi
scopus episcoporum multorū concordi vniuersitate diffusus. vt dicit
tex.in.d.c.nouatianus.⁊.c.loquitur.⁊ dicit vn⁹ ep̄atus quasi vnū ca-
put seu vna cura seu intentio. episcopus enī est nomen grecuз ⁊ latine
interpretatur superintendēs.⁊ in.c.q ep̄atum.viij.q. Et aduertas q̄d
licet fuit etiaз in veteri testamento hoc vocabulū episcopatus. vt ptз
in psalmo. Et episcopatū eius accipiat alter. Et actuū.j.c.⁊.c.attamē
cum non habebant ep̄atus ita distinctos sicut hodie. nec distingueba
tur hoc nomē episcopus ab hoc nomine presbyter: ⁊ pmiscue omnes
sacerdotes. in pristina eccl'ia immediate post resurrectionē xp̄i appella
banẽ qñq; p̄sbyteri qñq; ep̄i ⁊ oēs in cōmuni regnabant in ecclesia
dei sed postmodū cuз oriente schismate ita vt vn⁹ vellet alteri preferri
dicendo ego suз melior te: q2 baptizatus fui a Paulo alij dicebāt q̄d
fui baptizat⁹ a Petro ⁊c. fuit ordinatum per apostolos ⁊ alios senio
res ꝙ ⁊ vn⁹ de presbyteris preponeretur qui vocareẽ ep̄s cui alij obe-
dirent: ⁊ sic ep̄atus prout hodie est fuit inuēt⁹ ordinatiōe apostolorū
⁊ aliorum seniorum non aūt iure diuino. ita aperte dicit Hieronymus
⁊ multipliciter probatur in.c.olim.xcv.distin.⁊ legimus.xciij. distin.

Unde beatus

Unde beatꝰ petrus in p̄ria epistola vocabat se presbyterū sic scribēs presbyteros q in nobis sunt precor ego compresbyter ⁊ testis passiōis christi ⁊c. ⁊ cuȝ in singulis ciuitatibꝰ ponderant̄ per apostolos epī ⁊ in singulis prouincijs archiepiscopi. vt plenius habetur. xcix. dist. c. j. ⁊ c. in illis. lxxx. dist. tamen adhuc in effectu ep̄atus erat vnꝰ q2 subditi nō erāt distincti. vnde quos vnus excōmunicabat alius absoluebat vt notatur. in. c. constitutis. de appel. ⁊ in. c. cuȝ causaȝ. de proba. sed postea fuerūt distincte dioceses p̄uincie ⁊ parochie. vt notat̄ in c. xiiij. q. j. ⁊ sic hodie ep̄s sine ep̄atu specialiter est quasi inutilis in ecclesia dei respectu administrationis: lȝ sit episcopus ecclesie vniuersalis quo ad ecclesiā ⁊ dignitatē. vt no. Hos. in. c. ij. de trāsla. p̄la. ¶ Tertio premitto ꝙ Christus redemptor noster nō dedit pure ⁊ simpliciter Petro potestatem: sed petro ⁊ oībꝰ apostolis eorūq3 successoribꝰ dedit tanꝙ capiti: alijs tanꝙ mēbris. hoc probatur in. c. loquit̄. xxiiij. q. j. ⁊ in. c. in nouo. xxj. distin. ⁊ in. c. ita dominus. xix. distincti. In his enim iuribus aperte dicit̄ qꝺ Christus post resurrectionem suaȝ omnibus apostolis pareȝ tribuit potestatem duȝ dicit Jo. xx. Sicut pater me misit ⁊ ego mitto vos. accipite spiritumsantū ⁊c. Unde hic erant ceteri apostoli quod petrus fuit in pari consortio preditꝰ ⁊ honoris ⁊ potestatis: tamē vt vnitatē Christus ostenderet voluit ecclesiam deriuari a petro eū ostendendo pastorem ⁊ principē. ⁊ vt clariꝰ habeatur hec materia ꝓut ex euāgelijs colligi potest. Aduertendū ꝙ in translatione huiꝰ potestatis tā ante resurrectionē ꝙ̄ postea varijs ꝟbis vsus fuit Christꝰ tam ad Petrū ꝙ̄ ad omnes apostolos simul. Primum eñ ante mortem promisit Petro apostolatū ⁊ potestatem clauiū duȝ interrogauit discipulos quē dicūt homines esse filium hominis ⁊ eis respondentibꝰ. Alij autem Joannem baptistam. Alij autem Heliaȝ vos autem quem me esse dicitis: Respōdit Petrꝰ. Ego dico ꝙ tu es christus filiꝰ dei viui. Tūc dicit Christꝰ ⁊ ego dico tibi ꝙ tu es petrꝰ ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam ⁊ tibi dabo claues regni celorum. ⁊ quodcūq3 ligaueris super terram ligatum erit ⁊ in celis ⁊ quodcūq3 solueris super ⁊c. vt habet̄ Matthei. xvj. Non tñ per hoc dedit sibi potestatē nec fecit eū principē: sȝ tñ ꝓmisit. vt patet per illa verba. ⁊ tibi dabo ⁊c. ¶ Item patet ꝙ hec verba fuerūt ꝓlata añ resurrectionē: sed Christus fecit eū principem post resurrectionem. vt habetur in. c. considerandū. ⁊ c. fidelior. l. distin. no. in. d. c. in nouo. ⁊ dū dicitur super hanc petrā ⁊c. voluit dicere quod sup illo articulo fidei per eū confessato dum dixit petrus. Tu es Christus filius dei viui: vt notat gl. in. c. ita dominus. preallegato. ¶ Secūdo videtur Christuȝ dedisse adhuc ante mortē potestatē omnibꝰ apostolis. ⁊ habet̄ Matthei. xix. dū dixit. Si peccauerit in te frater tuus vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ipsum solum. si autem non audierit te adhibe vnū vel duos testes ⁊ si te nō audierit dic ecclesie. Si aūt eccl'ia nō audierit: fiat tibi sicut ethnicus ⁊ publicanꝰ. Et immediate subiūxit loquendo oībꝰ apostolis. Amen amen dico vobis: quodcūq3 ligaueritis sup terram erit ligatū ⁊ in celis et quodcunq3 solueritis super terram erit solutum et in celis. Post resurrectionem vero eandem potestatem recensuit dum suffiauit in apostolos ⁊ dixit accipite spiritumsanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis: ⁊ quorum retinueritis retenta erūt vt habetur Joan. xx. Sed Petro postmodū dixit. Pasce oues meas ⁊ constituit eū principem alioruȝ vt habetur. Jo. vltimo. c. ⁊ trāssumptiue habetur in. c. significasti. de electione. demū in assumptiōe dedit omnibus exercitiū dum dicit. Ite ⁊ predicate euangelium omni creature q crediderit ⁊ baptizatꝰ fuerit saluus erit: q vero nō crediderit cōdemnabitur ⁊c. vt Matthei vltimo. c. ⁊ Marci cap. fi. In pētecostes vero per missionē spiritussancti omnia permissa cōfirmauit liquide ergo patet ex premissis quod non soli pape fuit data potestas sed oībꝰ apostolis tanꝙ membris: pape vero tanquam capiti nec moueatur quispiam ad dicendum quod alij apostoli habuerint potestatem solū respectu ordinis ⁊ non iurisdictionis: quia dico quod imo ēt respectu ordinis: hoc clare intelligit̄ in illis verbis Matthei. xviij. nam voluit vt reclamatio fieret apud ecclesiam. ⁊ immediate subiūxit: quodcūq3 ligaueritis super terram erit ligatum ⁊ in celis ⁊c. ¶ Item patet in. c. noua. de peniten. ⁊ remissi. vbi dicit tex. Christꝰ dedit claues regni celorum omnibus apostolis ⁊ idem ibi Joan. an. idem facit dictum. c. 11 firmiter. in ver. vna est. in fi. vbi colligitur † quod Christꝰ dedit claues regni celorum apostolis ⁊ eorū successoribus: ⁊ successores fuerūt oēs sacerdotes rite ordinati. vt ibi colligitur ⁊ notatur licet ex cōstitutiōe ecclesie episcopi qui etiam sunt presbyteri habent iurisditioneȝ: ceteri sacerdotes representent apostolos quo ad administrationē sanctorū vt no. gl. in. c. videntes. xij. q. j. ¶ Unde dicendo clarius pōt dici quod potestas data in personam petri ⁊ apostoloruȝ fuit data eccl'ie: alias post illiꝰ mortē non potuisset illā potestatē ecclesia exercere qꝺ est absurdum cum non sit verosimile quod deus voluisset ecclesiam suam dimittere sine pastore post mortem Petri. vt dicit Innocē. in. c. ad apostolice. de re iudicata. li. vj. in fine ⁊ pro hoc est textus Augustini in. c. quodcūq3. xxiiij. q. j. vbi dicit quod quādo Petrus recepit claues ecclesiam sanctam significauit. ⁊ qꝺ hec potestas sit in ecclesia sed in papa tāꝙ in capite vltra illud qꝺ colligitur ex capitulis supra allegatis adduco primo Actuū. xv. c. vbi enim dicitur ꝙ cū esset Antiochie cōtentio an conuersi deberent circūcidi fuit missum ad apostolos ⁊ discipulos seu presbiteros qui erāt in hierusalē ⁊ ibi conuenerunt apostoli ⁊ seniores vt viderent ⁊ discernerēt sup illa q̄ōne: ⁊ dicitur quod in illa congregatione Petrus fuit locutus tanꝙ vnꝰ ex apostolis: postea vocatꝰ fuit Jacobꝰ ⁊ fuit vsus vno iudice: ⁊ placuit apostolis ⁊ senioribus vt non fieret circūcisio: ⁊ scripserunt epistolam Antiochiaȝ sub hac prefatione. Apostoli ⁊ seniores fratres ⁊c. placuit nobis collectis in vnū colligere viros ⁊c. visum est enim spiritui sancto et nobis nihil vltra onus vobis imponere. ⁊ sic aduerte quod consultatio hec q̄ non erat ordinis nec fori penitentialis non fuit facta ad Petrum tantuȝ: sed ad apostolos ⁊ sacerdotes quos ipsi ordinauerunt: deliberatio et responsio fuit facta in communi. nec Petrus fuit pre ceteris nominatus. si enim ipse solus habuisset potestatem non acceptasset illos in cōmuni qui omnes erant repleti spiritusancto: quinimo eodem capitulo dicitur quod Paulus postea perambulans Syriā ⁊ Ciliciā precipiebat custodire precepta apostolorū ⁊ seniorum. Unde nota verbū precepta quod sapit iurisditionē contentiosam ⁊ pondero qꝺ non solum mandauit seruari precepta apostolorum: sed etiam senioruȝ presbyterorum. vt colligit̄ ex verbis preallegate consultationis. dū fuit missuȝ ad apostolos ⁊ presbyteros. ¶ Item vt habetur Actuū. xvj. cū paulus ⁊ timotheꝰ ꝑtrāsissent ciuitates tradebāt eis custodire dogmata que erant decreta ab apostolis ⁊ senioribus qui erant Hierosolymis. Et pōdera verbū decreta qꝺ sapit iurisditionem contentiosam. iuxta notata. in. c. de tempo. ordinatio. ⁊ in. c. secundo. de iudicijs. ⁊ quarta distinctione. ij. hec ⁊ si legibus. in fine. Insuper legitur Actuū. xx. qꝺ paulus vocabat maiores natu Ephesiorum: ⁊ inter cetera dixit Attēdite vobis ⁊ vniuerso gregi in quo vos spūssanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei quā acquisiuit sanguine suo. ¶ Itē Christꝰ hoc aperte designauit dum dixit. Tu es petrus ⁊ super hāc petrā edificabo ecclesiam meam: ⁊ porte inferi non preualebūt aduersus eam idest ecclesiam: ⁊ sic apertissime innuit quod potestas sit in ecclesia. Ad idē quod habetur in euangelio Matthei dū dixit discipulis. Amē amen dico vobis quod vos qui secuti estis me sedebitis super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Judicabit ergo Jesus in fine seculi cū omnibus apostolis. Sicut dicēdū in eccl'ia militāte vt ipsi ⁊ episcopi eorum successores habeant iurisditionē cum papa licet papa sit in loco dei principalis. Hinc tex. in clementi. si quis suadente. de penis dicit quod episcopi dicuntur sanctissimi Christi legati p̄ncipales fratres existūt fratres ⁊ coepiscopi pape columne comprobant̄ ecclesie que sunt vera notanda. Ad idem capit. mulier debet. el. ij. xxxiij. questio. ij. vbi episcopus dicitur dei vicarius: scilicet in ꝑte. ⁊ idem dicendum in sacerdote. vt ibi notat glo. et ꝓbatur in. c. inter secundo. de peniten. distin. iij. ⁊ dicto capitu. vna ⁊ pro hoc vide pulchra ꝟba Seueri ad Eugeniū papā que refert Archidiaconus in. c. decet. xij. dist. qui sic ait. Consideres autem omnium sanctam romanam ecclesiam cui autore deo preter ecclesiarū matrem etiam non dominam te vero non dominū episcopoꝝ esse: sed viri: nec ex ipsis porro fiereȝ diligentiū deum ⁊ ꝑticeps timentium eum. ⁊ vide ibi latius ⁊ quod ip̄e notat in. c. non liceat pape. xij. questione scꝺa. ¶ Ex quibus verbis colligit̄ quod nedum apostoli: sed alij etiam fuerunt ⁊ sunt p̄lati ꝑ spiritum sanctum probatur etiam ⁊ alio modo. Naȝ si apostoli nō accepissent potestatem ꝓ se et successoribꝰ etiam respectu iurisditionis contentiose: quomodo posset in causa fidei iudicare papam quod tamē possunt per. c. si papa. xl. distinctio. et notat archidiaconus in. c. in fidei fauorem: de hereticis. lib. vj. cuȝ a Jesu christo non receperunt potestateȝ 12 nisi ꝑ illa verba generalia. Concludo ergo † quod in ꝑsonam Petri et aliorum fuit data potestas toti ecclesie tanquam corpori: ⁊ pape tanquam huius corporis capiti: ⁊ qꝺ ꝓprie oēs sacerdotes erāt successores apostolorū sed ꝓpter schismata tollenda fuit ordinatū vt nō oēs sacerdotes haberēt potestatē clauiū saltem in iurisditionalibus sȝ aliqui eligendi ex eis q appellarent̄ episcopi: sed sacerdotibꝰ reliquis adhuc fuit dimissa potestas respectu sacrorū administrandoꝝ vt in. c. videntes. ⁊ colligit̄ aperte ex dictis Hieronymi ⁊ pauli supra allegatis. hoc vt puto considerans beatus Gregorius cum humilitate resplendens quando reprehendit patriarcham Alexandrinū q in p̄fatione epistole quam miserat ad euȝ appellauit eū vniuersalē papā: dicēs ꝙ illa verba vnitatem inflant: charitatem violant cum per hoc detrahitur alijs prelatis. Nam si papa esset vniuersalis: alij pro nihilo essent: quod non est dicendum et de hoc est textus pulcherrimus. in. c. ecce. xcviij. distinctione. et propter hanc potestatis vnionē post resurrectionem Christi apostoli de nouo elegerunt Petrum in principē eorum ⁊ ecclesie dando hanc formā cunctis successoribus. vt dicit text. in. c. sacrosancta. in fine. xxij. distinctione. ⁊ Christi apostoli potestatem ⁊ autoritatē acceperunt a Petro p̄dicandi. vt innuit tex. ⁊ clarius Hugo in p̄allegato. c. ita dominus. non enim debēt membra corporis seu ipsum corpus moueri sine dispositiōe capitis. ¶ His tanꝙ ꝓ fundamento p̄missis: venio nunc ad solutionem huius principalis questionis quā ampliando facio tria mēbra. Aut eñ subest causa remouēdi prelatos ⁊ hoc constat. ¶ Aut enim nulla subest causa rationabilis: ⁊ hoc est certum aut dubitatur de existentia cause: quia papa eos sim

pliciter remouit. Primo casu dico quod papa etiam nihil potest re-
mouere quēcūqꝫ prelatum siue causa oriatur a priuando quia deli-
quit siue oriatur ex bono publico quia nō potest proficere plebi. pro
primo facit capitu. secūdo. de transl. prelato. ⁊ .ix. questio. iij. cuncta
per mundum. Pro secundo quod legitur et notatur ī capitu. nisi. de
renuncia. debet tamen illi remoto hoc secundo casu saltē ex honestate
dari bonum cambium. vt dicit Innocē. in dicto capitu. nisi. cum ipse
papa sit caput totius ecclesie ex dispositione principaliter diuina. vt
in capi. in nouo. ⁊ in capit. sacrosancta. pallegato ⁊ in euāgelio supra
recitato potuit pro salute totius corporis vnū membrum putridum
vel inutile prescindere ne inficiat alias corporis partes. Unde christꝰ
in euangelio. Palmes q non facit bonum fructū excidet ⁊ in ignem
mittetur ⁊c. Et Iuda propter suas iniquitates remoto: alius scilicet
Matthias fuit positus in locū suum. Actuum scdo capitulo. Quin-
imo ⁊ ī hac potestate amplissima quā a Christo recipit potest solus
etiam sine cōcilio deponere ex causa Imperatorem licet de honestate
requisiuerit conciliū in depositione Federici. vt clare legit in capitu.
ad apostolice. de re iudicata. lib. vj. Nam solus regem Francie tanꝙ
inutilem deposuit. vt in capitu. alius. xv. questiōe. vj. Ex quibus cau-
sis potest deponi Imperator seu Rex: vnde bonam glossā in cap. si
papa. xl. distinctio. in dicto. c. aliꝰ. ⁊ plenius per Hostiensem ⁊ Ioan-
nem andream in. d. c. ad apostolice. ⁊ per hoc etiam puto quod solus
Papa potest etiam deponere Cardinalē ex causa ita vt non sit neces-
se cōuocare cōcilium ⁊ si conuocatur non est necesse quod cōcilium de
ponat: sed ipse papa. vt sentit Innocentius in gl. in. c. ex gestis. de cle-
ricis nō residentibus in eccle. vel preb. licet aliud senserit in cardinali
bus Hostiensis ibi. sed primum plus placet: hodie probatur aperte
in. c. vnico. de schismaticis. libro sexto. cōciliū tamen collegij cardina
lium in huiusmodi arduis requirendum est. Est enim quasi in posses-
sione vt ardua nō explicentur sine cōcilio collegij. vt notat Ioannes
monachus. in. c. super eod. de hereticis. libr. sexto. ⁊ quod illa possessio
pōt de iure defendi in dicto textu valde singulari in. c. per venerabilē.
qui filij sint legitimi. in versiculo rationibus ⁊c. per quem textū potest
ratione sustineri maxime ex autoritate diuina que ibi inducit quod
etiā cessante omni pactione debet concilium cardinaliū in arduis p
papam requiri. ⁊ per illum textum potest sustineri vna singularis opi
Clericus ⁊ si generaliter non posset pro laicis fideiubere tamen potest pro laico multum indigenti.ibi.nu.3.⁊.4.

6 Clerici in beneficijs suis equiparātur vsurarijs.in.c.cum olim.nu.6.de rerum permu.fo.91.

7 Clericus existēs in peccato mortali an mereat̄ dū dicit horas canonicas.in.c.quod quidam.nu.3.de peni.⁊ remis.fo.158.

6 Clerici debēt se abstinere ne interueniant in iudicijs.in rub.nu.1.de vita ⁊ hone.cleri.fo.2.

7 Clericus vel epūs si aliquid dederit cōsanguineis de fructibus beneficiorū possunt taliter data repeti nisi sint data per viā eleemosyne.in.c.cum olim.nu.8.de priuile.fo.140.

Clericus dubitās super validitate sui tituli potest a superiore aliū titulum impetrare:non tamē potest ex vtroqz agere.ibi.nu.17.fol.141.

7 Clericus an sortiatur domiciliū in loco vbi habet beneficium.in.c.ex ore.nu.5.de priui.fo.142.

6 Clerici ⁊ alij religiosi audiētes scientias prohibitas sunt excommunicati nec promouentur sine licentia pape.in.c.super specula.nu.2.ne cleri.vel mona.fo.242.

Clerici audiētes scientias prohibitas an sint excōmunicati non expectatis duobus mensibus.⁊ idē de alijs religiosis.ibi.nu.8.⁊.12.

Clerici vel religiosi studētes in sciētijs prohibitis excōicati:an debeāt absolui ab epō proprio:an ab epō loci vbi student.ibi.nu.11.

6 Clericus delinquēs non perdit priuilegium fori nisi precedente trina monitione ⁊ spreta.in.c.sacerdotibus.nu.6.ne cle.vel mona.fo.236.

6 Clerici vxorati non gaudent priuilegio clericali in rebus suis.puta circa solutionem gabelle ⁊ similiū:etiam quod vadant in habitu ⁊ tonsura.in.c.ex parte.nu.1.⁊.2.de cleri.coniu.fo.17.

Clericus depositus verbaliter si est corrigibilis gaudet priuilegijs clericalibus secus si est incorrigibilis:depositus vero actualiter ipso facto perdit omnia priuilegia.ibi.nu.3.

Clericus in minorib⁹ si efficiatur miles ⁊ exerceat militiaz ipso facto perdit omnia priuilegia clericorū:al's secus.in.c.fi.nu.1.eo.ti.fo.eodē.

Clericus in minorib⁹ causatiue cogitur portare tonsurā scilicet si vult gaudere priuilegio clericali:precise vero non cogit̄.ibi.nu.2.

Clericus quomodo possit obligare fructus bñficij sui tam pro sustentatione ecclesie ⁊ persone sue quā pro alijs debitis per se contractis.in.c.peruenit.nu.12.de fideius.fo.98.

9 Clerici nō possunt etiā ex consuetudine dimittere in morte consanguineis suis omnia bona mobilia acquisita intuitu ecclesie.in.c.cū in officijs.nu.6.de testa.fo.116.

6 Clericus concubinarius nō est vitandus in officijs nisi crimen sit notorium.in.c.quesitum.nu.1.de coha.cle.⁊ mulie.fo.13.

Clericus suspensus propter notoriam fornicationez exacta penitētia an debeat aliter cum eo dispēsare vt licite possit se immiscere circa diuina.ibidem.nu.2.

Clericus notorie criminosus in alijs criminibus citra fornicationē nō est suspēsus quo ad quādiu nō fuerit ab ecclesia precisus.ibi.nu.3.

Clerici notorie fornicarij sunt vitandi etiam quod nulla monitio interuenerit.ibi.nu.4.

7 Clericus suspensus ab officio an censeatur suspensus a beneficio.in.c.inter.nu.2.de purg.cano.fo.148.

6 Clericus qui sciēter facit se institui in beneficium viuētis est deponendus ⁊ quas penas al's patitur sub quibus solus papa dispensat.in.c.j.nu.1.⁊.3.de cōces.preben.fo.54.

Clericus tertio monitus nō desistēs cū mulieribus confabulari excōmunicatur.in.c.ij.nu.1.de coha.cleri.⁊ mulie.fo.10.

Clericus absens cā studij tunc demū pōt fruct⁹ sui beneficij recipere si est in studio bono:sec⁹ si in loco vbi est studiū min⁹ vtile de studio cui⁹ facultatis loquat̄.in.c.tue fraternitatis.nu.2.4.⁊.5.de cle.nō resi.fo.21.

2 Clericus licite se absentat causa studij dz tū habere licentiā a suo episcopo.in.c.dilectus.nu.1.de procu.fo.145.

7 Clericus deflorans virginē debet cogi ad dotādum ipsam.in.c.peruenit.nu.4.de adul.⁊ stupro.fo.104.

7 Clericus an ⁊ qñ possit cogi ad ostēdēdū titulū sui bñficij epō asserenti eius collationē pertinere ad se.in.c.licet heli.nu.22.de simo.fo.78.

Clericus qui longo tēpore tenuit aliqđ bñficiū vel plura incōpassibilia nō potest tū ostendere titulum vel dispēsationem quia forte ex longo tempore amisit an possit probare per iuramentum.ibi.nu.22.

7 Clericus qui sine culpa sua nō pōt residere in bñficio metu tyrāni non est sibi imputandū adeo quod tanquā in eo nō residēs nō debet eo priuari.in.c.tanta.nu.1.de exces.prela.fo.134.

Clericus homicida vel irregularis non est ipso facto priuatus beneficijs sed priuādus si homicidiū vel irregularitas fuit post collationez.ibidem.nu.2.

Cleric⁹ si celebrauerit in loco interdicto vel si ipse sit interdict⁹ ⁊ celebrauerit incurrit irregularitatē a qua per solū papā dispēsabitur.ibi.nu.4.

Clericus spōte litigās corā iudice nō suo nil agit.in.c.ad nostrā.nu.5.de consue.fo.94.

6 Clerici vbicūqz exigūt solutionē tēporaliū semper est fiēda interpretatio contra ipsos.in.c.j.nu.7.de deci.fo.143.

5 Clerici vnius nationis tm̄ nō debent institui in vna ecclesia sed vndecūqz sint dūtamē sint al's idonei.in.c.ad decorē.nu.1.de insti.fo.52.

7 Clericū in vinculis detinēs est excommunicatus siue publicis siue priuatis.in.c.nuper.nu.1.⁊.2.de sentē.excom.fo.172.

Clericus depositus etiā emendatus non recuperat primū statum sibi tū prouidetur de aliquibus temporalibus per ecclesiam ne mēdicet.in c.pastoralis.§.verum.nu.16.de appel.fo.121.

5 Clericus potest suspēdi ab officijs diuinis propter delictū.in.c.reprehensibilis.nu.5.de appel.fo.103.

Clerici beneficiati non habētes aliquid in patrimonio an dicātur habere proprium.ibi.nu.16.

Clerici an faciāt suos fructus beneficiorum suorū.ibi.nu.17.⁊.18.

Clericus litigās si condēnetur in expēsis an soluet illas de redditibus sui beneficij an de suo patrimonio.ibi.nu.20.

7 Clericus qui dimisit habitū ⁊ tonsuram nō perdit priuilegiū clericale nisi post trinam monitionem que debet fieri per ipsum diocesanuz.in c.contingit.el.ij.nu.1.⁊.5.de sent.excō.fo.129.

Clerici quomodo debeāt cognosci a laicis.ibi.nu.2.

7 Clericus licite potest portare cultellum aptū ad incidendum panem.⁊ nō aliter.in.c.lator.nu.3.de homi.fo.49.

Clericus pōt subuenire de rebus ecclesie suis cōsanguineis si sunt pauperes:al's sec⁹:itē ⁊ filijs ipsi⁹ clerici etiā ex prohibito coitu natis id est post sacerdotiū ⁊ sacros ordines.in.c.j.nu.4.de coha.cle.⁊ mu.fo.10.

6 Clericus bona acquisita intuitu ecclesie cuius ipse nō habebat administrationē trāsmittit in capitulū ⁊ ei cedūt:si vero cleric⁹ habebat administrationē:puta quia rector vnius ecclesie tūc talia bona cedūt successori qui habet dispēsare prout de alijs bonis ecclesie.in.c.relatū.el.ij.nu.5.de testa.fo.120.

Clerici extranei non debent conuenire vt pro officio diuino detur eis pretium sed poterūt conuenire vt aliquid habeant pro labore ⁊ in recompensationem damnorum que sustinēt quia ibi moram traxerunt.in.c.abolēde.nu.6.⁊.7.de sepul.fo.139.

Corse.doct.excellen.Et adde quod debēt prius officia impēdi ⁊ postmodum dz fieri cōpulsio ad obseruādū cōsuetudinem vt aliquid det̄ pro mortuarijs.vt in.c.ad apostolicā.de simo.cōcor.l.priuilegia.C.de sac.san.ecl.⁊ ibi.Bar.quod si ciuitas solita est dare certū qd eccl'ie nō poterit per statutū illud tolli.no.Abb.in.d.c.abolēde.in fi.de sepul.adde Dñi.de sancto Gemi.in.c.j.in.vij.col.ver.vlteri⁹ opponit̄.de constit.lib.vj.Lud.roma.in aut.similiter.C.ad le.falc.in.ij.char.in ver.nouiti⁹.⁊ in sing.suo.ccccxlij.inci.pone populus.Jo.an.in addi.Spe.in ti.de instr.edi.§.nūc vero aliqua.⁊ quāuis cōtra Bar.teneat Cy.⁊ Inn.in.l.nō amplius.in prin.ff.de leg.j.Raph.⁊ Pau.de ca.in.d.l.priuilegia.⁊ Salic.in aut.cassa.in.v.col.de sacrosan.eccle.quia cōditor statuti potest illud reuocare:vt in.§.ex his.tamē puto Bar.melius loquutū:quia talis lex vel statutū fauēs non subito videt̄ transire in priuilegium vel contractum.vt sing.voluit Inn.in.c.nouit.de iudi.quem sequitur Bald.in.l.qui se patris.in.x.colū.C.vnde libe.⁊ in.l.si cum mihi.ff.de dolo.Card.in repeti.c.perpēdimus.in prin.de sent.excom.Archidia.in.c.quicunqz.xj.q.ij.Bart.in.l.ambitiosa.ff.de decre.ab ordi.facien.cum simi.sicut ergo contractus non reuocātur etiam gesti per principem.c.cum materia.de proba.ita nec statutū habēs vim contractus.⁊ ita sustineas dictum Bart.esse verū quod vno casu posset procedere opinio contraria.s.propter ingratitudinez ecclesie propter singulare dictū Jo.de imo.in c.cū.M.de consti.vbi hoc expresse voluit ita limitando Inno.in.d.c.nouit.

nouit.pro hoc facit qȝ Jo.an.ꝛ Inno.in.d.c.nouit.arguūt a simili in donatione que reuocari potest ꝓpter ingratitudinē.c.fi.de dona.sed tamen hoc non affirmo propter notabile dictum Spec.in tit.de doñ. §.j.versi.quid si aliquis baro.cū quo cōcordat Card.in cle.j.in penul. charta.de iureiu.ꝛ Abb.in.d.c.fi.in fi.volētes ꝙ ecclesia nō possit puniri propter ingratitudinē prelati:quia ipsa peccare nō potest.c.arrepta.ꝛ.c.hec est fides.xxiiij.q.j.vnde delictū prelati in quesitis nō nocet ecclesie reg.c.delictū.de reg.iur.lib.vj.pro hoc est bon⁹ tex.in.c.ad apostolicū.de simō.ꝛ vide Pet.de anch.ꝯsi.xlvij.inci.qȝ talia asserunt.vbi per tex.d.c.ad apostolicā cōsuluit non posse reprehendi parochianos presbyteros recipiētes oblationes pro certis sacramētis etiā si eoꝝ ecclesie sint plene dotate.ꝛ aduerte ꝙ illud quod ꝓbaṫ.in.d.c.ad apostolicā.ꝙ vbi exactio nō est licita valet cōsuetudo vt recipiātur sponte datum procedit solū in pia causa:ſm Abb.in.c.cum ab omni.in.iij.col. de vita ꝛ hone.cle.qui per hoc infert nō valere cōsuetudinē:quia ordinarius aliquid capiat a sponte dantibus ꝓpter sināś vltra salarium. adde etiam Archi.in.c.si quis.xlj.dist.vbi per tex.d.c.ad apostolicam. excusat cōsuetudines disciplinatoꝝ aliquid dādū in receptiōe sua.de quo.in.c.iacobus.de simo.ꝛ vide Frid.de se.ꝯsi.clj.inci.reuerēdissime pater.vbi in proposito cōsuluit ꝙ etiā ipsi clerici tenerenṫ ad obseruādas cōsuetudines ꝓscriptas.puta ad dādū singulis annis cādelas de cera alba.vt ibi per eū.ꝛ ad introducēdum istā consuetudinē sufficiūt decem anni quia est preter ius nō contra.ꝛ ideo succedit glo.iij.in.c.fi. de cōsue.lib.vj.quaȝ no.Abb.in.c.sua.de simo.ꝛ adduco Pan.de lea. in.c.in literis.in.x.col.ver.modo queriṫ.de resti.spo.vbi per tex.d.c.ad apostolicā.dicit singulariter limitari no.in.c.peruenit.de cēſ.ꝛ.l.si certis annis.per Ang.C.de pac.ꝛ in.l.cum in rem verso.ff.de vsur.qȝ illa nō procedūt in prestatione que fit in piā causam.ꝛ ad hoc ponderat.d. c.ad apostolicā.ꝛ vide Abb.in.d.c.suam.adde Pe.de anch.cōsi.cxcij. inci.magnifice domine.in.j.dubio.ꝛ Jo.de imo.in.c.statuim⁹.de trāslationi.ꝛ vide Anto.de but.cōsi.lxxxiij.inci.viso puncto.ꝛ cōsil.in ordine penul.vbi dicit ꝙ sacerdos parochianus potest aliquid moderatum recipere cum corpus adducitur ad monasterium propter sociādū ipsum ad sepulchrum:maxime si ex cōsuetudine licitum est pro labore. arg.d.c.ad apostolicam.ꝛ alleg.Frid.consi.iij.

4 Clericus abiurans claustrum nūquid sibi preiudicet.in.c.sicut ex literis.nu.3.de iureiur.fo.137.

7 Clericus incorrigibilis potest licite per prelatum incarcerari.in.c.vt fame.nu.1.ꝛ.2.de sent.excom.fo.175.

Clericus nō potest capi de cōmissione illius qui nō habet iurisdictionem in eum in criminalibus licet in ciuilibus sic ꝛ capiens nō excusaṫ. ibidem.nu.5.

Clericus suspectus de fuga potest capi per quēcūqȝ sine metu excommunicationis tam in causa ciuili ꝙ̄ in criminali.ibi.nu.6.ꝛ.9.

Clericus nō potest torqueri per laicum etiam ex consensu prelati sui. ibidem.numero.8.

Clericus etiam incorrigibilis nisi sit depositus vel traditus curie secular nō potest per laicum distringi.ibi.nu.9.

5 Clerici nō possunt esse tabernarij vel similes sed bene possunt habere ius vt similia nō exerceantur nisi in locis eorum.in.c.significante.numero.2.de appel.fo.140.

6 Clerici indigni possunt promoueri siue assumi ad bñficia qñ non reperiuntur digni dummodo nō sit tanta indignitas que inducat peccatū quo casu si papa rescriberet pro eis nō eis esset obediendum.in.c.graue nimis.nu.2.de preben.fo.38.

Clericus inhonestus ꝛ illiterat⁹ nō promouetur ꝛ aliquādo promotus eijcitur.ibi.nu.3.

7 Clericus degradatus incōtinēti perdit priuilegium clericale ꝛ statim efficitur de curia seculari.in.c.nouimus.nu.2.de verb.sig.fo.187.

Clericus qñ traditur curie seculari puta quia degradatus debet ecclesia expresse prohibere ne puniāt ipsuȝ pena sanguinis.ibi.n.3.7.8.ꝛ.9.

7 Clerici possunt ꝛ debēt subuenire cōsanguineis suis pauperibus etiā de bonis ecclie nō tñ ipsos ditādo.in.c.in eos.nu.2.de hereti.fo.90.

6 Clericus nō potest habere plures dignitates nec in vna:nec in diuersis ecclesijs quia hoc omnia iura prohibēt ꝛ cōsuetudo in cōtrariū nō valeret.in.c.ad hec.nu.1.de preben.fo.27.

Nec dispēsatio pape nisi ex legitima causa.ibi.nu.2.et.3.

6 Clericus habēs plures dignitates cogitur vnam dimittere.in.c.preterea.nu.1.eo.tit.fo.27.

5 Clericus non faciēs residentiam in suo beneficio sufficit ꝙ extraiudicialiter moneatur ꝛ postea potest de facto spoliari beneficio.in.c.peruenit.nu.3.de appel.fo.107.

6 Clericus nō debet compelli ad celebrandū missam vnius sancti in toto anno:quia per hoc dimitteret missas in ferijs cōsuetis.in.c.significatum.nu.3.de preben.fo.26.

Clericus nō debet institui in aliquo beneficio cum hoc ꝙ quotidie celebret quia non semper potest se reperire dispositum ad celebrandum: sed si fuerit taliter institutus recipit determinationem vt celebret quā to frequentius potest salua honestate sua.ibi.nu.4.

Clericus institutus in bñficio vt semp in eo faciat residētiā pōt hoc nō obstāte ingredi religiōnē ꝛ se ꝓpter necessaria absentare.ibi.nu.5.

6 Clericus si est prouisus in ecclesia nō numerata debet sibi ꝓuideri de vacāti beneficio vel prebēda:vel proxime vacaturo.in.c.ex parte astensis.nu.18.de cōcel.preben.fo.62.

2 Clericus tenetur magis exercere actū humanitatis ꝛ charitatis ꝙ̄ laicus.in.c.peruenit.nu.1.de arbi.fo.169.

Clericus an cōpellatur satisfacere suis creditoribus de bonis ecclesie. ibidem.numero.2.

6 Clericus qui accepit vxorem per verba de futuro nō perdit ipso facto beneficia si per verba de presenti sic.in.c.j.nu.5.de cleri.coniug.fo.14.

Clericus qui accepit spōsam per verba de presenti si ante carnalē copulam ingrediaṫ monasteriū spōsa adhuc nō recuperat bñficia.ibi.nu.6.

Clericus cōstitutus in sacris cōtrahēs matrimonium ipso facto perdit beneficia.ibi.nu.7.

6 Clericus seruiēs episcopo recipit fructus bñficij ac si resideret:distributiones vero quotidianas nō recipit:et idem est si seruiunt alijs prelatis.in.c.de cetero.nu.1.2.3.de cler.nō resi.fo.19.

6 Clericus nō residens in beneficio ꝛ citatus non reuertens in termino priuatur beneficio nisi habuerit iustam causam nō reuertendi et idem est in alio prelato.in.c.ex parte.nu.1.de cleri.nō resi.fo.eo.Et in.c.qualiter.ꝛ in.c.inter quatuor.in prin.eo.tit.fo.20.

Clericus nō residens in beneficio si citatus vel requisitus nō reuertiṫ potest de facto spoliari illo beneficio.ibi.in.d.c.ex parte.nu.4.ꝛ.7.

7 Clerici etiā religiosi clādestino matrimonio interueniētes suspēdūtur ꝛ qñqȝ grauius puniunṫ.in.c.cū inhibito.nu.1.de clāde.despō.fol.17.

1 Clericus falsificans literas inferioꝝ iudicū debet priuari beneficio et pati alias penas.in.c.olim ex literis.nu.2.de rescrip.fo.68.

Clericus falsificās literas pape traditur curie seculari.ibidem.

6 Clericus nō dȝ obtinere plures ecclesias nisi cū dispēsatione ꝓcedēte ex legitima causa ꝓpter tenuitatē bñficioꝝ vel dignitatē personaruȝ: alś nō valeret dispēsatio.in.c.qȝ in tantū.nu.1.2.ꝛ.3.de prebē.fo.24.

Clericus sortiṫ foꝝ ratione residētie quā facit in suo bñficio.ibi.nu.5.

7 Clerici an ꝛ qñ teneanṫ prestare iuramentum obedientie prelatis.in.c. cum clerici.nu.1.de verb.sig.fo.184.

Clericus an magis astringatur ep̄o an capitulo.ibi.nu.3.

Clericus subiectus duobus prelatis cōtraria iubentib⁹ cui habet primo obedire.ibidem.

6 Clericus in quocūqȝ ordine ꝯstitut⁹ cōmittēs sacrilegiū detrudiṫ ad agēdū ꝑpetuā penitētiā.in.c.monasteria.nu.6.de vi.ꝛ hone.cle.fo.5.

6 Clericus presentādus debet se personaliter exhibere nisi sit multū notus illi cui debet fieri presentatio.in.c.ea noscitur.nume.3.de his que fi.a prela.fo.68.

9 Clericus nō residens in beneficio etiā modice estimationis debet illo priuari nisi aliud dictet cōsuetudo ꝛ tūc debet deseruire per vicarium. in.c.conquerēte.nu.1.3.ꝛ.7.de cle.nō resi.fo.19.

6 Clericus siue habēs administrationē:siue nō:siue sit simpliciter beneficiatus vt canonicus:an faciat fructus suos adeo vt possit de illis testari siue donare.in.c.si quis.nu.5.de pecu.cle.fo.109.

Clericus si emit equum de redditibus ecclesie nō facit suū:sed est ipsi⁹ ecclesie.ibidem.

Clericus si expēdit de redditibus ecclesie voluptuose tenetur de suo satisfacere.ibidem.

Clericus an equiparetur vsufructuario vel vsurario.ibi.

2 Clericus electus ad aliud beneficium nō tenetur ad hanc electionem acceptādam requirere consensum sui prelati.in.c.admonet.nu.9.ꝛ.13. de renun.fo.11.

1 Clericus potest subijci torture vigore cōfessionis facte coram iudice seculari vt persistat in ea.in.c.per inquisitionem.nu.13.de elec.fo.146.

2 Clericus an agat pro ecclesia sine mādato.in.c.coram.nu.6.de officio deleg.fo.95.

4 Clericus iudex potest excōicare laicum impediētem productionem testium coram se fiendam.in.c.tam literis.nu.1.de testi.fo.65.

7 Clerici heretici degradātur ꝛ curie seculari traduntur puniendi.in.c. ad abolendam.nu.1.de heret.fo.91.

7 Clericus pōt agere cōtra laicum sine metu irregularitatis ciuiliter lȝ possit presumere ꝙ poterat puniri in sanguine dūmodo protesteṫ qđ nō intēdit ad vindictā sanguinis.in.c.postulasti.nu.3.de homi.f.102.

6 Clericus impetrās beneficium qđ prius habuerat a laico hoc non expresso nō gaudet rescripto tanꝙ̄ surreptitio.in.c.ꝓterea.nu.2.de iure patro.fo.190.

7 Clericus aleator excluditur a bñficio obtinendo nō autem ab obtēto nisi sit incorrigibilis:vsurarius vero ꝛ ab obtēto ꝛ obtinendo excluditur.in.c.dilectos.nu.6.de exces.prela.fo.132.

1 Clericus qui ex priuilegio pōt studere in iure ciuili an possit in eo doctorari ꝛ ipsum legere.in proe.Grego.nu.7.fo.3.

6 Clericus nō potest emittere votum peregrinationis sine cōsensu ep̄i. in.c.scripture.nu.9.de voto et voti redem.fo.175.

6 Clerici nō sunt obligati ad aliquid quod in canonibus nō inuenitur. in.c.nouum genus.nu.1.de deci.fo.143.

Clerici suscipiētes sacramēta a ꝓsbytero parochiali tenenṫ ad oblatio

nes ⁊ ad que tenentur laici.ibi.nu.3.

3 Clericus cõiugatus portãs habitũ ⁊ tonsurã in criminalibꝰ indistincte gaudet priuilegio:in ciuilibus vero tũc si fuerit preuẽtus.in.c.proposuisti.nu.13.de fo.cõpe.fo.88.

3 Clerici conuẽti in curia romana nõ possunt excipere ꝙ ibi nõ sunt sortiti forum nulla ratione.in.c.fi.nu.1.⁊.4.de fo.compe.fo.88.

Clericus delinquẽs in alieno territorio an perdat priuilegiũ fori:⁊ qd de aliis priuilegiatis.ibi.nu.11.

Clericus habẽs beneficia in diuersis territoriis cõcurrẽtibus contrariis mandatis eodem tempore debet obedire cui primo se obligauit.ibidem.nu.22.

7 Clericus debet viuere de fructibus sui beneficii lꝫ habeat vnde possit viuere quia diues.in.c.j.nu.3.de magi.fo.84.

4 Clericus etiã pugnãdo ꝯtra Saracenos ⁊ aliquẽ ex ipsis interficit nõ euitat irregularitatẽ.in.c.petitio.nu.1.⁊.2.de homici.fo.102.

Clericus ꝑcutiẽs aliquẽ vel dãs auxiliũ in bello iusto nõ incurrit irregularitatẽ excepto ꝙ nõ occiderit.secus in bello iniusto in quo qualitercũqꝫ prestet opem incurrit irregularitatem.ibi.

7 Clericus in sacris ducẽs vxorẽ dꝫ cõpelli illam abiurare.in.c.ex literarum.nu.3.qui cleri.vel vouen.fo.22.

Clericus in sacris ꝯhens matrimoniũ perdit executionẽ oĩm ordinuꝫ nec de facili secum dispensatur.ibi.nu.4.

1 Clericus heres institutus si nõ facit inuẽtariũ teneť vltra vires hereditarias.in repeti.c.ecclesia sancte Marie.nu.18.de consti.fo.35.

Clericus delinquẽdo nõ sortitur forũ seculare.ibi.numero.41.fol.38. Auť.hoc amplius.C.de fideicõ.tit.de his qui.vt indi.⁊ similes ligant clericos.ibidem.

Clericus qui aliquid pro se allegat dꝫ illud idem contra se adductum recipere.ibi.nu.51.fo.38.

Clericus agẽs in foro ciuili an ligetur statutis laicorũ.ibidem.nu.24.25.26.⁊.42.fo.36.et.38.

Clericus nõ gaudet in bonis patrimonialibus priuilegio ecclesiaruꝫ nisi in casibus a iure expressis.ibi.nu.3.2.26.fo.36.

6 Clericus nõ petita licẽtia ab ep̃o põt religionẽ intrare nisi ecclesia propter hoc grauiter lederet qꝛ posset petere restitutionẽ in integrũ sicut si esset lesa in tẽporalibus.in.c.licet.nu.12.⁊.14.de regu.fo.162.

6 Clericus ordinatꝰ asserẽs se habere sufficiẽs p̃rimoniũ:si nullũ an sit sibi interdicta executio sue ordinationis.in.c.ij.nu.3.de prebẽ.fo.24.

1 Clericus qs nõ debet fieri sub spe habẽdi beneficia qꝛ cõmittit simoniã saltẽ mentaliter licet per hoc nõ perderet beneficia nisi ab initio p̃cessert pactũ de adipiscẽdo officium abbatis vel beneficia.in.c.cum ad nostram.nu.3.de elec.fo.158.

7 Clerici adinuicẽ se percutiẽtes incidũt in excõicationẽ.in.c.j.nu.3.⁊.6.de sent.excom.fo.163.

Decturpãs vestẽ clerici an incidat in excõicationem.ibi.nu.4.

7 Clericꝰ vel monachꝰ an in seruitutẽ redigi possint:⁊ dic ꝙ aliud in clerico:aliud in monacho.in.c.cũ sit ꝓprium.nu.7.de cõdi.appo.fo.19.

7 Clericus teneť facere plenã fidẽ de titulo sui b̃ñficii de recẽti habito qñ non potest cõsiderari cõsensus prelati tacitꝰ vel exp̃ssus vel etiam patroni.in.c.licet heli.nu.24.de simo.fo.78.

1 Clerici nõ soluũt collectã etiam de bonis patrimonialibus nec valeret cõsuetudo aliter disponẽs.in.c.massana.nu.6.de elec.fo.180.

7 Clericus tertio monitus nõ desistẽs ab enormitatibus habeť ꝓ degradato:⁊ qñ.in.c.in audiẽtia.nu.4.⁊.8.de sen.excom.fo.170.

1 Clerici nõ debẽt priuari beneficiis nisi propter grauia delicta.in.c.dilectus filius.nu.3.de rescrip.fo.71.

6 Clericus an possit licite sine dispẽsatione obtinere plures p̃bẽdas vel plura beneficia simplicia ⁊ casu quo non põt:an ep̃s possit dispensare.in.c.cum iãdudum.nu.6.et.9.de preben.fo.19.

6 Clerici in fructibus beneficiorum suorum comparantur vsurariis nõ autem vsufructuariis qui possunt ad libitũ disponere de fructibus.in c.cum constet.nu.5.de pigno.fo.96.

Clerici an possint donare fructus beneficiorum suorum.ibi.nu.6.

6 Clericus nutriẽs comã potest a superiore inuitus tonderi.in.c.clericis.nu.1.de vita ⁊ hone.cleri.fo.4.

6 Clericus conuẽtus ex maleficio exigiť nõ habita rõne ne egeat:⁊ ideꝫ credo in aliis priuilegiatis vt in milite ⁊ ceteris.in.c.odoardus.nu.10.de solu.fo.101.

5 Clerici habẽtes iurisdictionẽ vt sunt prelati an possint cõmittere causam criminalem sine metu irregularitatis.in.c.in archiep̃atu.nu.6.de rapto.fo.56.

5 Clerici gaudẽt in multis priuilegio ecclesiastico in rebus patrimonialibus.in.c.j.nu.2.de cleri pere.fo.139.

Clerici an possint peregrinari sine licẽtia suoꝝ prelatoꝝ siue ob deuotionem siue ad prosequẽdã appellationem.ibi.nu.9.

1 Clerici an possint peregrinari de patrimonio suo.in.c.postulasti.nu.5.de rescrip.fo.73.

1 Clericus nõ potest puniri de falso a iudice seculari si corã eo falsum testimoniũ fecerit.in.c.ecclesia sancte Marie.nu.2.de cõsti.fo.30.

Clericus nullo casu potest cõueniri coram iudice seculari.ibi.nu.22.

Clericus potest trahere laicum in forum suum.ibi.

Clericus vtrum ꝓbatur quis ex eo qꝛ diciť in rescripto talis clericus ⁊c.in.c.nõnulli.in.§.sunt ⁊ alii.nu.9.de rescrip.fo.73.

7 Clericus in sacris matrimoniũ nõ potest contrahere qꝛ habet consensum non tamen legitimum.in.c.dilectus.nu.2.de spon.fo.10

7 Clerici an p̃nt torqueri.in.c.cũ in ꝯtẽplatiõe.nu.6.de reg.iu.fo.191.

6 Clericus nõ ꝓfessus neqꝫ in sacris cõstitutus potest vxorẽ ducere:sed iterum tondebitur si vult gaudere priuilegio clericali.in.c.clericus.el.ij.nu.1.4.⁊.5.de vi ⁊ hone.cle.fo.4.

6 Clerici cõiugati an gaudeãt priuilegiis aliorum clericorum et an veniant appellatione laicorum.in.c.j.nu.6.de vi.⁊ hone.cle.fo.2.

5 Clericus qui habuit secũdã ecclesiam curatam licet prima quã habebat vacet ipso iure tamen non debet spoliari prima nisi citetur.in.c.ex ratione.nu.16.de appel.fo.94.

1 Clerici habẽtes ecclesias nõ possunt istas dimittere ⁊ ad alias trãsire sine licẽtia superioris.in.c.fi.nu.6.de postu.prela.fo.116.

1 Clericus hereticus vel excõicatus:an possit fidelibus administrare sacramẽta.in.c.quãto.nu.13.de cõsue.fo.93.

2 Clericus illegitime promotꝰ potest per ordinariũ beneficio spoliari. Anto.in.c.presentium.nu.1.de fi.presby.fo.52.

2 Clericus cõcubinarius est suspẽsus quo ad alios si est notorius vnde peccãt audiẽtes ab eo diuina.Ant.in.c.qꝛ circa.nu.3.de biga.fo.63.

7 Clericus blasphemãs quomodo puniatur.in.c.statuimus.num̃.8.de maledi.fo.74.

6 **Coadiutor** debet viuere de facultatibꝰ ecclesie:sed qd si facultates nõ sufficiũt ipsi vel rectori.in.c.de rectoribus.nu.5.de cle.egro.fo.50.

Coadiutor nõ dicitur proprie prelatus.ibi.nu.6.

7 Coadiutor an sit dandus prelato suspecto de dilapidatione.in.c.licet heli.nu.8.de simo.fo.77.

6 Coadiutor nõ potest dari suffraganeo per metropolitanum sed solũ per papam.in.c.pe.nu.3.de cle.egro.fo.50.

Coadiutor quid sit:⁊ qualis esse debeat:⁊ vnde dicatur:⁊ cuius etatis esse debeat.in.c.fi.nu.1.co.tit.fo.eo.

Coadiutor nõ potest esse laicus in spiritualibus nisi ex ꝑmissione pape.ibi.numero.2.

Coadiutor potest esse religiosus illi officio cui põt principaliter preesse.ibi.numero.4.

Coadiutoris officium expirat mortuo naturaliter vel ciuiliter illo cui in officio coadiuuabat.ibi.

Coadiutor datur ep̃is ⁊ superioribus a solo papa:aliis vero ab aliis superioribus.ibi.nu.5.

2 Coadiutor debet dari prelato suspecto de dilapidatione.in.c.venerabili.nu.4.de offi.deleg.fo.100.

Coadiutor nõ datur per alium q̃ per papam.ibidem.

7 **Cognatio** seu ꝓpinquitas oriť per adoptionẽ nedũ inter adoptãtẽ ⁊ adoptatũ sed etiã inter adoptatũ et filios adoptãtis.in.c.vnico.nu.2.de cog.leg.fo.28.

Cognatio legalis nõ durat nisi durãte adoptione.ibidem.

7 Cognatio sp̃ualis descẽdit de patre in filium sed non ascẽdit de filio in patrẽ:ideo filius nõ põt ducere in vxorẽ filiã spiritualẽ patris sꝫ pater potest ducere filiã spiritualẽ filii.in.c.j.nu.4.de cog.spiri.fo.26.

7 Cognatio sp̃ualis an extẽdatur ad filios illegitimos.in.c.martinus.nu.6.de cog.spiri.fo.27.

7 Cognatio spiritualis oritur inter patrẽ baptizati ⁊ leuantem seu tenẽtem baptizatum impediẽs ⁊ dirimens matrimonium.in.c.veniẽs.numero.1.de cog.spiri.fo.28.

Cognatio oritur inter cõpatrem et cõmatrem impediens ⁊ dirimens matrimonium.ibidem.

Cognatio sp̃ualis an possit per procuratorem cõtrahi.ibi.nu.4.

Cognatio legalis an possit per procuratorem contrahi.ibi.

7 Cognatio sp̃ualis oritur inter baptizatum ⁊ filios baptizãtis impediens ⁊ dirimẽs matrimoniũ.in.c.ex literis.nu.1.de cog.spiri.fo.28.

Cognatio sp̃ualis etiã oriť ⁊ extẽdiť ad filios illegitimos.ibi.nu.3.

Cognatio spiritualis solum oritur ex sacramento baptismatis ⁊ confirmationis.ibi.nu.9.

7 Cognatio spiritualis oritur inter baptizatum ⁊ filios leuantis etiam antegenitos impediẽs ⁊ dirimẽs matrimonium.in.c.tua nos.nu.2.de cogna.spiri.fo.28.

7 Cognatio legalis an impediat ⁊ dirimat matrimoniũ.in.c.vnico.numero.4.de cog.leg.fo.28.

Cognatio collateraliũ est apta impedire ⁊ dirimere durãte adoptione ea soluta nõ impedit nec dirimit.ibi.nu.5.

2 **Coertio** maior dr qñ tormẽtať ꝑsona maior vero cõsistit in rebus.in.c.pastoralis.nu.9.de offi.deleg.fo.93.

7 **Cohabitatio** triẽnalis nõ est necessaria vbi statim probari põt impedimẽtũ.in.c.laudabilẽ.numero.2.de frigi.⁊ male.fo.35.

4 Cohabitatio sola sufficit de iure ciuili ad probationem matrimonii.in.c.illud quoqꝫ.nu.14.de presump.fo.120.

dica

nico sufficit q possit conuinci.in.c.super eo.el.j.nu.3.de testi.fo.48.

2 Condēnatio expensarū fienda cōtra cōtumacē non requirit nouā citationē.in.c.ij.nu.2.de procu.fo.140.

3 Condēnatio aliqñ fit maior vel minor q̄ sit petitio.in.c.cū ecclesia.nu.40.de cau.pos.et proprie.fo.155.

5 Cōdemnatus si aliquis fuit de homicidio iniuste et postea appareat verus homicida potest nō obstāte q fuerit primus indebite punitus et iste decapitari et idē in alijs delictis.in.c.q̄uis.nu.6.de re iudi.fo.82.

6 **Condictio** omnis est psonalis.in.c.tua nobis.nu.11.de deci.fo.151.

3 Condictio ex lege an sit actio vel officium iudicis.in.c.sepe.nu.11.de restitu.spo.fo.191.

7 **Cōditio** turpis i ꝯctu mr̄imonij apposita nō vitiat mr̄imoniū sȝ cōditio ipa frāgit.i.c.j.n.1.de cōd.appo.f.18.

Conditio an possit apponi in cōtractu matrimonij et qualis vitiet matrimonium.ibi.nu.2.

7 Cōditio q aliqd detur ex cā dotiū vel donatiōis an sit honesta vel turpis.in.c.de illis.nu.3.de condi.appo.fo.18.

Conditio in sponsalibus posita tollit per carnalē copulā superuenientem et consensum de presenti.ibi.nu.45.

4 Conditio impediens matrimoniū carnale vel spirituale adijcit.in.c.in presentia.nu.42.de proba.fo.17.

7 Conditio apponi pōt resolutiua libertatis in manumissione serui.in c.cum sit proprium.nu.2.de condi.appo.fo.18.

Conditionis acceptatio quid operetur.ibi.nu.6.

6 Conditio suspēdit actū adeo q interim nō pōt peti.modus vero non suspēdit sed qualificat adeo q relictū pōt peti pstita cautione de modo adimplendo.in.c.raynaldus.nu.19.de testa.fo.128.

7 Conditio siue modus appositus in donatiōe facta ecclesie an psumat q sit causa finalis cōtractus et qd operetur si est tanq̄ causa finalis vel nō.in.c.verū.nu.2.de condi.appo.fo.19.

Conditio apponi potest in donatione facta ecclesie q res donata non possit alienari.ibi.nu.4.

7 Cōditione deficiēte spōsalia ex toto euanescūt adeo q̄ copula sequens nihil operatur.in.c.per tuas.nu.4.et.5.de condi.appo.fo.19.

4 Conditio si sine filijs etc.in persona q̄ sine pacto nō pōt habere naturales non intelligitur de naturalib9.in.c.in psentia.nu.15.de pba.fo.14.

Conditio si sine filijs decesserit ex suo corpore in persona illius qui habere non potest sine pacto rejicitur.ibi.nu.16.

7 Conditio hec si pater consentiat in matrimonio apposito honesta videtur.in.c.super eo.nu.1.de condi.appo.fol.19.

Conditio nō improbata potest apponi in matrimonio.ibi.nu.4.

7 Cōditio turpis vel impossibilis in ꝯctu mr̄imonij apposita ht p nō adiecta nisi sit ꝯ substātiā mr̄imonij.in.c.fi.nu.1.et.3.de cōd.appo.f.20.

Cōditio apposita cōtra substātiā mr̄imonij vitiat mr̄imoniū et nō vitiatur ipsa siue sit suspensiua vel resolutiua.ibi.nu.2.et.6.

Conditio turpis vel impossibilis regulariter vitiat cōtractū et non vitiatur:secus est in matrimonio.ibi.nu.3.

Conditio cōtra substantiā actus vitiat ipsum actū cuiuscūq; qualitatis existat.in.d.c.fi.nu.4.de condi.appo.fo.21.

Conditioni turpi vel honeste ad hoc vt matrimonium vitiet an sit necesse q ambo coniuges consentiant.ibi.nu.6.

Cōditio in pfessione religionis q religiosus possit habere ppriū vel ꝯhere matrimoniū an valeat et talis remaneat monachus.ibi.nu.7.

Cōditio q clericus ordinādus in sacris possit cōtrahere matrimoniū non valet et ordinandus remanet in sacris.ibi.

Cōditio q monachus habeat ppriū est ꝯ substantiam religionis.ibi.

Conditio in consecratione ecclesie apponi an possit.ibi.nu.8.

6 **Conductor** non tenetur soluere maiorē pēsionē siue mercedē ppter vbertatē fructuū.in.c.ppter.nu.5.et nu.20.de locato.fo.87.

Cōductor pōt ex cā ēt añ tps finitū domū cōductā dimittere.ibi.nu.7.

Cōductor ad modicū tps si expellat nullū habet interdictū qr ipse nullam habet possessionem.ibi.nu.11.fo.91.

4 Cōductor an et qñ possit opponere de dominio locatori.in.c.inter dilectos.nu.6.de fide instru.fo.102.

6 Conductor minuit et auget pensionē sm qd fructus minuunt vel augentur.in.c.q̄to.nu.6.de censi.fo.200.

6 Cōductor pdiorū est interdicta religiosis qñ habēt ppria ex quibus possunt viuere.als secus.in.c.dilecti filij.nu.3.de deci.fo.145.

6 Conductor ea ratione qua nō tenet ad pensionē si patit magnū dānū: eadē rōne debet augere pensionē si cōsequit magnū cōmodū.in.c.prohibemus.nu.4.de censi.fo.201.

6 Conductor ppter pestē superuenientē potest dimittere domū.in.c.ppter.nu.8.de loca.fo.87.

☞ Corse.Adde qd no.Bar.in.l.j.ff.de bo.pos.ex testa.mili.et Bal.in.l.fi.C.de testa.et Ang.in.l.si vacā.li.x.et in auč.de nō alie.in.§.qr vo.et Sal.in.l.cū a mr̄ib9.C.q pe.tu.gl.i.c.ad supplicationē.de renū.et ibi.d.Anto.de bu.et gl.i.c.si vo.de iureiu.tex.iūcta gl.i.c.cōis fili9.xxiij.di.putat tñ do.meus Barba.in.d.c.ppter.in.iiij.col.q inglin9 non pōt dimittere domū hoc casu:qr nō reperit priuilegiat9.in hoc ergo etc.qr nō sequit hoc hȝ locū in locatore:ergo et in cōductore.p id qd voluit glo.in.c.j.de loca.ego teneo q hoc casu licite pōt dimitti de m9:qr tpe pestis loc9 nō dicitur tut9. per id qd voluit Bar.in.d.l.de etate.et tex.iūcta gl.in.c.cōmunis fili9.et gl.in.d.c.ad supplicationē:ita tenet Bal.in.c.ex pte.el.j.in fi.de app.et ibi Pe.phil.perusi.dicit ita esse tenendū indistincte.licet Abb.in.c.cū dilecti.de dolo.ver.ex hoc dicto.dixerit esse in cōsyderatione qualitas cōplexiōis psonarū.Sed certe nullus dȝ se exponere tanto periculo:vt dicit Bal.in.d.c.ex parte.in fi.cū sit iusta cā timoris ppter quā pōt quis licite recedere a loco et dimittere domū cōductā:et dȝ sibi fieri remissio mercedis p illo tpe quo durauit pestis:vt i.l.habitatores.§.j.et ibi not.ff.loca.et miror pro certo q nec abbas nec dñs meus viderint Bal.in.d.c.ex parte.in terminis hanc questionem decidētē qui cā refert ibi perusius.in.ix.col.in ver.vltimo queritur.et inquantum dicit do.meus q in hoc non reperit priuilegiatus:ego dico q de hoc est tex.quasi rotundus decidens hunc casum in.d.l.habitatores.nā ibi dicit q si quis timoris causa recesserit de loco si iusta fuerit causa cur periculum deberet timere q̄uis periculū vere nō fuisset.nō debet soluere mercedem.cū ergo nulli dubiū q pestis est iusta causa timoris mortis ergo non debetur merces.et ista practica esset obseruanda per illū tex.contra dominum meum Barba.et Abb.

6 Conducentes domum p certa quātitate omnes tenent p rata et nō insolidum.in.c.constitutus.nu.9.de relig.do.fo.188.

1 **Confessio** facta in vno iudicio facit fidem in alio iudicio.in.c.per inquisitionem.nu.12.de elec.fo.146.

Confessio procuratoris in vno iudicio non preiudicat dño in alio.ibi.

Confessio defuncti nō nocet suo heredi si nō habuit effectū cōtra defunctum et confessio filij non preiudicat patri.ibi.

Confessus in vno iudicio vtrū possit interpretari confessionem suā in alio iudicio.ibi.nu.12.

Confessio spontanea mitius punitur q̄ conuicta.ibi.nu.14.

Confessus mitius punitur.in.c.fi.nu.4.de cele.miss.fo.211.

Confessio facta calore iracundie non preiudicat.in.c.statuimus.nu.6.de maledi.fo.124.

7 Cōfessio facta in tortura non preiudicat nisi fuerit ratificata extra locū torture.in.c.cum in cōtemplatione.nu.7.de reg.iur.fo.191.

3 Confessio clerici facta corā iudice seculari nō est sufficiens vt sit ab epo condēnandus.in.c.at si clerici.nu.1.2.9.13.18.de iudi.fo.11.

Confessus nō dicitur conuictus et statuta facientia mentionē de conuictis non habent locum in confessis.ibi.nu.3.et.4.

Confessio et alia acta facta corā iudice incōpetenti sunt nulla et nō sufficiunt ad aliquem condemnandum.ibi.nu.5.

Confessio non reddit nulla ex defectu lit.contesta.secus alia facta.ibi.

Confessio facta super processu inualido plene preiudicat quando est facta coram iudice suo.ibi.nu.6.

Confessio facta coram iudice sedente pro tribunali inducit plenā probationem secus si iudex non sedeat pro tribunali.ibi.nu.6.et.17.

Confessio operatur vt quis mitius puniatur si est facta sponte secus si confitetur timore pbationis que potest contra ipsum fieri.ibidē.nu.8.

Confessus vel conuictus ficte non dicitur proprie confessus vel conuictus adeo qd non cadit in statuta facientia mentionem de confessis.in d.c.at si clerici.nu.11.eo.titu.

Confessus corā non suo iudice vtrū debeat purgare illam confessionē coram suo iudice:et quid operetur confessio facta coram non suo iudice.ibi.nu.14.30.fo.12.

Confessio facta coram non suo iudice vel cōfessio extraiudicialis an sit indicium ad torturam.ibi.nu.16.

Confessio facta calore iracundie nunq̄ est sufficiens indicium ad torturam.ibi.nu.16.

Confessus in vno iudicio non cogitur repetere in alio si agitur ciuiliter:secus si criminaliter.ibi.

Confessus non habetur pro condēnato in criminalibus sed requirit sententia.ibi.nu.15.

Cōfessio ad sui vtilitatē nō requirit validitatē iudicij.ibi.nu.17.fo.13.

Confessio inducta per cōtumaciā dr ficta confessio.ibi.nu.28.fo.14.

Confessio facta in vno iudicio parit preiudicium in alio.ibi.numero 14.et.30.

3 Confessio pcuratoris siue administratoris an noceat dño.in.c.j.nu.29.vt lit.non conte.fo.108.

Confessio procuratoris potest per dominum reuocari.ibi.nu.31.

Confessio principalis in vna causa facit sibi piudiciū in alia secus in cōfessione procuratoris.ibi.nu.22.

5 Confessio aduocati preiudicat clientulo nisi illā reuocet.in.c.cum cām.nu.2.de appel.fol.131.

Confessio aduocati pōt reuocari p clientē etiā nō pbato errore sed cōfessio ppria vel pcuratoris nō potest reuocari nisi pbato errore.ibi.

Cōfessio erronea q̄ preiudicat nō solū circa merita cause sed circa processum potest reuocari.ibi.nu.3.et.6.

Confessio aduocati pōt reuocari intra tres dies p clientē suū:qñ.s.cōfessio preiudicat ad merita cause sed si piudicat ad processum qr induxit litis

☞ Corse. Et ibi dicit Abb.antiquū.d.Ant.d.Pe.⁊ cōiter doct.cum hoc dicto transire sed apud eū non est sine dubitatione qꝛ presbyter cōmittit adulteriū spūale ⁊ sacrilegium:vt no.glo.in.c.virginibus.xxvij.q.j. Sed tene cōem opi.p rationē.d.c.vt clericorū.qꝛ cōiugatus potest vti matrimonio ⁊ clericus occidētalis.nō ob.gl.in.d.c.virginibus.qꝛ hodie nō attēdimus rigorem antiquorum canonum vt est pulcherrimus

Conſecra-

rendum licet requirens non astringat illud sequi de consensu.in.c.cuz olim.nu.2.⁊.4.de arbi.fo.174.

Consilium an ⁊ qñ sapiat consensum vel econtra.ibi.nu.5.

6 Consilium aliquorũ vbi requiritur in aliquo actu si non adhibeatur actus est nullus licet quis nõ obligetur tale consiliũ sequi.in.c.ad apostolicam.nu.12.de reg.iur.fo.161.

5 Consiliũ peritorum an teneatur iudex perquirere in decidẽdis causis. in.c.vt debitus.nu.28.de app.fo.127.

1 Consilium aliquorũ si requirit in aliquo actu oportet ꝙ interueniat ante actũ.in.c.cum in veteri.nu.7.de elect.fo.174.

Consilium si requirit in aliquo actu ⁊ cõsulentes nolunt vel differunt dare cõsilium potest actus sine cõsilio expediri nisi consulentes fuerint requisiti in extremitate temporis.ibi.nu.8.9.13.

Consilium aliquorũ si requiritur in aliquo casu an in decisione casus sit omnino sequendũ consilium ⁊ quid de consensu ⁊ quid si fuit iudicatum sm malum cõsilium.ibi.nu.12.

Cõsilium debet requiri ante scrutiniũ ⁊ est vtile iterato requirere scrutinio publicato anteꝙ sequatur cõis electio.ibi.nu.13.fo.175.

5 Consilium siue propositum mutare in melius sapientẽ decet.in.c.cuz cessante.nu.6.de appel.fo.128.

6 Consiliũ alicuius si requirit in aliqua re nõ potest illa res expediri consilio prius non petito nisi immineret maxima necessitas ⁊ celeritas.in c.tua nos.nu.7.⁊.8.de eccle.edi.fo.221.

6 Consiliarij an teneantur de malo cõsilio siue vnus siue oẽs siue insolidum.in.c.aduersus.nu.20.de immu.eccle.fo.203.

4 Consilium secretum si iuraui nõ reuelare intelligitur de honesto.in.c. ego.N.nu.7.de iureiur.fo.132.

1 Consilium an sit exquirendum ab illiteratis ⁊ insipientibus.in.c.ad nostrã.nu.4.de consue.fo.94.

6 Consiliũ si requiritur in aliquo actu non potest fieri actus ille nisi precedente consilio ⁊ habito responso.in.c.cũ vos.nume.5.de his que fi.a prela.fo.66.

6 Consilium alicuius si requiritur de necessitate nõ est illud sequenduz. in.c.quãto.nu.5.de his que fi.a prela.fo.67.

Consiliũ capituli presumitur abbas vel prelatus habuisse ⁊ dicenti contrarium incumbit onus probandi.ibi.nu.7.

2 Consiliũ ponitur aliqñ pro cõsensu.in.c.admonet.nu.5.de renũ.fo.11.

7 Cõsultor debet vti vocabulis proprijs.in.c.nuper nobis.nu.8.de dona.inter vi.⁊ vxo.fo.49.

2 Consulentes vel auxilium prestantes ⁊ qñ teneantur etiam vnus pro omnibus in foro tam penitentiali ꝙ contentioso ad omnimodam restitutionem totius damni.in.c.sicut dignum.nu.15.de homici.fol.49.

8 **Consors** litis admittit etiã post litẽ contestatã ⁊ sine mandato.in.c.cũ dilecti.nu.9.de do.⁊ cõtu.fo.203.

1 Consors eiusdem litis potest augere pro consorte sine mãdato dũmodo caueat de rato.⁊ istud consortium quomodo contrahatur.in.c.cũ M.nu.9.de consti.fo.27.

1 **Conspirantes** contra prelatum an prohibeantur testes contra statutum ecclesie.in.c.per inquisitionem.nu.9.de elec.fo.146.

5 Conspiratores habentur ac si essent capitales inimici ⁊ ideo repelluntur a testimonio licet aliquo casu admittant.in.c.cum.J.⁊ A.nu.20. de re iudi.fo.77.

4 Conspirantes contra epm vel facientes tumultum contra aliquẽ qua pena plectantur.in.c.fi.nu.4.de testi.fo.94.

4 Conspiratio quid sit.in.c.petitio vestra.nu.2.de iureiur.fo.162.

2 **Consuetudo** generalis dr que seruat in vna prouincia. in.c.ex tuarũ.nu.3.de aut.⁊ vsu.pal.fo.8.

6 Consuetudo iurata vel statutum per singulos de vniuersitate potest non obstante iuramento tolli ab omnibus de ipsa vniuersitate. in.c.j. nu.7.de his que fi.a ma.pa.ca.fo.70.

Consuetudo vel constitutio capituli etiam iurata disponens qd oẽs de capitulo vel saltem due partes debeant consentire ⁊ aliter actus nõ teneat non valet.ibi.nu.8.

7 Consuetudo an ⁊ quando tollat ius commune vel ab eo tollatur.in.c. j.nu.2.de cogna.spiri.fo.26.

Consuetudo potest inhabilitare personas habiles ad contrahendum matrimonium.ibi.nu.3.

6 Cõsuetudo qd possit dispẽsari p epm sup duobus beneficijs cõformibus nõ valet.in.c.extirpãde.in repe.§.qui vero.nu.41.de prebẽ.fo.44.

1 Consuetudo nõ valet vt clericus exerceat actus episcopales.in.c. quãto.nu.1.⁊.2.de consue. fo.95.

Consuetudo non facit quem capacem.ibi.nu.2.

6 Consuetudo valet vt appelletur ad papam omisso medio item valet circa ea que sunt accidentalia alicuius actus contra naturam ⁊ substantiam actus nõ valet cõsuetudo.in.c.referente.nu.4.de preb. fo.25.

5 Consuetudo tanti temporis de quo non sit memoria in cõtrarium habet vim confessionis.in.c.cum nobis.nu.4.de prescrip.fo.33.

6 Consuetudo non inducitur ex actibus qui sunt mere facultatis.in.c. ex parte astensis.nu.7.de conces.preben.fo.61.

6 Consuetudo nõ inducitur ex non vsu in his que sunt mere facultatis. c.qm.nu.7.de vi.⁊ ho.cle.fo.5.

1 Consuetudo an valeat q̃ tollit iuramentum calũnie ⁊ an possit ipsuz differre.in.c.ceterũ.nu.3.4.9.de iur.ca.fo.128.

Consuetudo etiam ꝙ sit a.l.reprobata licet aliqua iusta causa emanauerit.ibi.nu.9.

3 Cõsuetudo ꝙ fruct9 nõ cputent in sortẽ vel ꝙ missus ex pmo decreto lucret fructus nõ valet.in.c.fi.§.in alijs.nu.17.vt lite nõ cõtest.fol.118.

6 Cõsuetudo ꝙ platus possit exercere iurisdictiõalia sine cõsilio capituli valet.in.c.nouit.nu.5.de his que fi.a prela.fo.67.

4 In probanda consuetudine an sufficiat pbare actus pro parte vt duo pbent de vno actu alij de alio ⁊c.in.c.licet ex quadã.nu.12.de test.f.81.

6 Consuetudo ꝙ laici nõ soluant decimas nõ valet.in.c.ad apostolice. nu.3.de decimis.fo.149.

6 Consuetudo diminuens quotã decime nõ valet nisi a papa approbet. in.c.in aliquibus.nu.7.de deci.fo.154.

5 Consuetudo vt stetur probationi nõ plene an valeat.in.c.j.nu.8.de appel.fo.87.

6 Consuetudo disponens illud qd ius cõe videt ei aliquid addere.in.c. cũ venissent.nu.3.de insti.fo.53.

1 Confessio nõ pot per dñm reuocari etiã incõtinenti nisi probet de errore ⁊ idem in confessione ppria.in.c.scriptum.nu.9.de elec.fo.160.

2 Confitenti delictũ sponte ex ignorãtia parcendũ est secus ex malitia. in.c.inter corporalia.nu.26.de transla.epi.fo.4.

1 Consuetudo per quã prelatus solet dimittere platurã sine cõsensu superioris nõ valet.in.c.cum venerabilis.nu.1.⁊.6.de consue.fo.98.

Consuetudo mala dicit corruptela.ibi.nu.4.

2 Consuetudo que attendenda erit in diuinis officijs ⁊ sacramentis.in c.pastoralis.nu.9.de offi.ordi.fo.117.

3 Consuetudo vnius loci ligat etiã clericos qñ est cõis clericis ⁊ laicis. c.cũ venissent.nu.3.de eo qui mit.in pos.fo.214.

3 Consuetudo fori in preparatorijs iudiciorũ vbi litigat.in.c.fi.nu.23. de ferijs.fo.142.

1 Consuetudo tribuit iurisdictionẽ non habenti.in.c.ad nostram.nu.2. de consuetu.fo.94.

7 Consuetudo ꝙ matrimonia possint contrahi in gradibus prohibitis nõ valet.in.c.qd super.nu.2.4.de consan.⁊ affi.fo.32.

Consuetudo nõ potest habilitare inhabiles lege canonica ad chendũ matrimoniũ sed bene potest inhabiles habilitare.ibi.nu.4.

Consuetudo an valeat contra ius canonicũ vel diuinum.ibi.

Consuetudo ⁊ statutum contra bonos mores nõ valent.ibi.

Consuetudo ꝙ matrimoniũ non possit contrahi in quinto gradu tenet.ibidem.

5 Consuetudo nõ inducitur ex actibus mere facultatis.in.c.ad nostram audientiam.nu.11.de confir.vti.vel inuti.fo.142.

6 Consuetudo cũ sportule possunt peti a iudice ecclesiastico ordinario vel delegato nõ valet de iure canonico qñ habet vnde viuat sed de iure ciuili sic.in.d.c.cũ ab omni.nu.10.de vi.⁊ ho.cle.fo.6.

Sportule an possint peti a iudice ecclesiastico delegato qñ nõ hz sufficiens beneficium vnde viuat.ibi.nu.11.

Sportulas accipere iudex delegatus nõ pot nisi fuerit assessor.ibidẽ. numero.14.

Sportulas exigere an possit arbiter.ibi.nu.16.

7 Consuetudo nõ requirit titulum.in.c.sup quibusdam.nu.9.de verb. signi.fo.187.

7 Consuetudo dat ordinariam iurisdictionẽ.in.c.quoniã.nu.4.ne prela.vi.su.fo.83.

6 Consuetudo an introducat per nõ vsum.in.c. ioannes.numero.9.de cle.coniug.fo.16.

1 Consuetudo quid sit.in rub.nu.1.de consue.fo.91.

6 Consuetudo preualet interpretationi doctorũ super intellectu alicui9 legis.in.c.j.nu.8.de decimis.fo.143.

6 Consuetudo curie romane est non delegare causas matrimoniales.in c.j.nu.11.de consan.⁊ affi.fo.31.

7 Consuetudo loci quo ad paternitatem ⁊ matrimonium qñ sit reseruãda.in.c.super eo.nu.4.de cogna.spiri.fo.27.

Consuetudo an valeat habilitandi vel inhabilitãdi aliquos ad matrimonium.ibi.nu.5.

Cõsuetudo an possit tollere ĩpedimentũ publice honestatis. ibi. nu.6.

7 **Confiteri** nemo pot alieno sacerdoti qr nõ pot iurisdictio cõscientialis prorogari nisi in casu necessitatis. in.c.ois vtriusq3.nu.14.⁊.16.de peni.⁊ remis.fo.161.

Confiteri potest quis laico.item non suo sacerdoti vel illi quẽ hz ex iusta causa suspectum vel als inhabili in casu necessitatis vel qñ habet sacerdotem proprium imperitum.ibi.nu.17.

Confessio penitentialis quo iure sit introducta.ibi.nu.18.

Confiteri an quis teneatur pluries in anno.ibi.nu.20.

Confessus semel in vno si postea reincidat in peccata ⁊ habeat propositũ confitendi ⁊ nõ confiteatur in aliquo modo illaqueat.ibi.nu.22.

4 Confessio facta ratione tormentorũ vel renũtiatio facta ratione pietatis vel

pedes Jeſu chꝛiſti.⁊ ex dictis Inn.dicit ibi Bal.ſe concludere ꝙ nõ eſt hereticus ille qui credit in quo multos ſanctos patres habet cõteſtes licet nõ omnes: qꝺ dicit eſſe mẽti tenendũ ad excuſationẽ doct.facit ad hoc quod voluit Hoſ.⁊ Jo.an.in.c.capellanus.de fer.⁊ qꝺ voluit gl. in.c.j.de poſtu.pꝛela.lib.vj.Ego ſequoꝛ hanc communem opi.ex quo per eccleſiam hoc compꝛobatum eſt nam feſtum aſſumptionis eſt celebꝛius feſtũ alijs feſtiuitatibus virginis.tex.eſt iuncta gl.in.c. alma.de ſen.excõ.lib.vj.in verbo aſſumptionis.vbi tempoꝛe interdicti campane pulſatur in tanta ſolennitate.Itẽ habet vigiliam in pꝛecepto quã non habent alie feſtiuitates eiuſdem.in.c.j.de obſer.ieiu.⁊ licet ex his non recte ſequatur cõcluſio tamen conſiderata tanta celebꝛatione ⁊ appꝛobatione eccleſie:ita tenendum eſt.⁊ pertinaciter aſſerere cõtrarium eſſet hereticũ.argu.eius qꝺ voluit Pe.de anc.in cle.j.de vſu.⁊ Sali.in l.cunctos populos.C.de ſum.tri.⁊ fide catho.⁊ ꝙ legit ⁊ no.in cle.j.in verbo pertinaciter.de ſum.trinita.⁊.fi.catho.⁊ tex.iuncta glo. Bal.in l.ij.in verbo pertinaciter.C.vbi quis decurio.vel coarta.conue.

2 Coꝛpoꝛis maceratio facit ſublimationem ſpiritus.in.c.j.nu.4.de renun.fo.10.

2 Coꝛpoꝛe vitiatus an ⁊ qñ impediatur pꝛomoueri ad oꝛdines.Ant.in c.fi.nu.1.de coꝛpo.viti.fo.62.

7 Coꝛpus chꝛiſti an debeat ſumi in die paſchatis reſurrectiõis an in die iouis ſancti.in.c.omnis vtriuſqꝫ.nu.13.de peni.⁊ remiſ.fo.161.

6 **Coꝛrelatiua** duo nõ poſſunt eſſe in eadem perſona.in.c.poſtulaſtis.nu.12.de conceſ.pꝛeben.fo.63.

5 Coꝛrelatiua quando vniformiter ſe habent diſpoſitio circa vnum ex coꝛrelatiuis extenditur ad reliquum etiam in materia penali.in pꝛoe. greg.nu.20.fo.7.

☞ Coꝛſe.Adde eundẽ Abb.in.c.j.de lo.nu.9.⁊ Bar.in.l.fi.ff.de accep.et in.l.fi.C de indi.vid.tol.⁊ in.l.j.C.de cupꝛeſ.lib.xj.⁊ gl.⁊ doc.in cle.vnica.de cõſan.⁊ affi.⁊ Do.de ſctõ ge.in.c.j.de tẽp.oꝛd.lib.vj.⁊ Abb.in.c.qꝛ clerici.de iur.pa.in.c.fi.de iud.⁊ in.c.cum cõtingat.de iureiu.in.viij.col.⁊ in.l.nõ tm̃.ff.de re iudi.per Raph.⁊ are.Sed quid ſi ſtatutũ dicat de quolibet cõtractu vẽditiõis ſoluat gabella an cõpꝛehendat ẽptionẽ ⁊ vẽditionẽ adeo ꝙ vterqꝫ teneat.ſ.vẽditoꝛ ⁊ emptoꝛ.Dic ꝙ ſol' venditoꝛ.⁊ caſus eſt in.l.debet.in fi.ff.de edil.edic.Adde Bal.in rub.C.de re.cre.⁊ ſequitur Ro.in no.ſuis.in litera.S.Adde Bal.in.l.j.C.de commu.ſer.ma.adde gl.⁊ ibi Sali.in rubꝛ.C.de re.cre.vbi dat vnam regulam ꝙ ſemp in coꝛrelatiuis lex loquens de vno trahitur ad reliquum ⁊ ibi inducit ad ſtatutum loquens de debito an compꝛehendat creditũ ⁊ dicit ꝙ ſic:qꝛ nõ põt eſſe cõtractus debiti quin ſit crediti: qꝛ hec ſunt correlatiua.⁊ ponit pꝛefatã.q.quã dixi.s.ſi ſtatuto caueatur vt de quolibet cõtractu debiti ſoluat gabella ⁊ nõ dicit per quem vtrũ ergo per debitoꝛẽ vel creditoꝛẽ:arguit pꝛo ⁊ contra.tñ cõcludit ꝙ ille tenet ad onus rei ad quẽ ipſius rei emolumentum ſpectat.ff.de vſufru.l.hactenus.⁊.l.ſi quid.§.j.⁊.ff.de mune.⁊ hono.l.reſcri.§.fi.item ꝙ ille debeat onus ſubire qui habet cõmodum.C.de fur.l.manifeſtiſſimi.ff.de reg. iur.ſm naturã regu.qui ſentit.eo.ti.lib.vj.ex quibus infert ꝙ ſi cõtractus eſt feneratitius ſoluere tenet creditoꝛ:ſi ſimplicis mutui ſoluere tenet debitoꝛ:⁊ pꝛo illa diuerſitate accedat.l.ſi quis nec cauſam.cum ibi no.ff.ſi cer.peta.ſi eſſet pꝛomiſſio cã donatiõis:tũc tenet ſoluere creditoꝛ.⁊ vid Jo.de ana.in.c.fi.in.ij.col.de iude.⁊ in.c.ſup eo.de vſu.i.ij.co.

3 **Coꝛrectio** alicuius delinquẽtis eſt fiẽda ſub peccato moꝛtali quando ex tali coꝛrectiõe pꝛeſumitur delinquentem emendari.in.c.nouit ille.nu.35.de iudi.fo.34.

3 **Creditoꝛ** poteſt conuenire debitoꝛem non ſolum vt ſoluat ſed etiam ad lucrum ceſſans ⁊ ad damnum emergens.in.c.p.⁊.g.nu.2.de offi.deleg.fo.102.

